

1567 I. O. a.

Quam ob lidiam ...

...ninission
...unt:
...putii: sicut
...cumcisionis
...aedata est
...ee dextra
...incircumci
...citus fui
...n Infaciem
...amabiacobo
...gregabat
...nsenserunt
...tionem
...uangelii
...udaiceuiuis
...xgentibus
...rib: legis
...mur exfic
...ponius fuf
...asumus
...ienim
...tuo;
...ssum cruc
...mcuiuo
...prome;
...tis mo stuus
...ntequorum

...inis non
...unt;
...putii· sicut
...rcumcisionis·
...aedata est
...ee· dextros
...incircumci
...ctus fui
...n In faciem illi
...amabiacobo
...gregabat se·
...nsenserunt
...tionem
...angelii·
...iudaiceuiuis·
...xgentibus
...rib: legis·
...emur ex fide
...noniustifi
...ertasumus·
...ienim
...tuo;
...ussum cruci;
...mcuiuo
...nprome;
...tis mostuus·e·
...ntequorum

...es sunt que pueris adolescentibus magis opprimunt verecundia: tatiturnitas:
Ber:

Iudet figulus figulo, faber fabro, poeta poete

2° VII.

1567 I. O. a.

Cr
ipse
dum
M
Jnal
&uo
euan
Sicut
prae&erid
autquaeroh
II. Notum enim
scdm homi
tionem ihu
supra mod
in iudaismo
tor existen
segregauit
suum in me
& sanguin
Sed abii in a
tres uenih
autem apost
scribo uobis
& ciliciae.
Tantum aut
euangeliz
III Deinde post

Tres virtutes sunt que pueris adolescentibus magis conpriunt verecundia: tacitu[illegible]: et obedientia, Ber:

Iuvdet figulus figulo, faber fabro, poeta poete

2° VII.

Ex Bi

Oratorum
uirum Albert

nem:ac ad b
mere uolent
reducerem m
finiti pene sit
rei magnitud
létiæ cõtinea
oratorem id
loco sunt & c
quicquid po
tenes(materi
cta complect
esto breuis u
magis me re
religiosissin
tute parta e
me laudata.
triste est diu
ris suis id est
solari. Et lic
pene illumi
ctus:& occi
mo uelim:
tibi nomen
dem clarisi
margaritæ
gis lucere:n
ris Margar
ac maxime
texantur.ip
legentiũ o
opus relig
ciosum ing
uinum inu
porrigo pr
tam illustr
& gloriam

satis explan
præsens sat
genter sit al
cesse est. Q
non satis in
us:qua den
prima omn
humanissim

Ex Bibliotheca Joannis Baptistæ à Seepach

Oratorum omnium Poetarum: Hystoricorum: ac Philosophoꝝ elegantes dicta: per Clarissimum uirum Albertum de Eiib in unum collecta fæliciter incipiunt.



LBERTVS de Eiib iurisutriusq; doctor sactissimi domini nostri Pii pappæ.ii. Cubicularius: Bambergésis & Eiistiten.ecclesiarū Canonicus. Reuerendissimo in christo patri: & domino domino Ioanni dei gratia episcopo Monasterienſi. Comiti Palatino Rheni: ac Bauariæ duci illustrissimo. S.p.d. & presens dedicat opus. Optasti sæpenumero reuerēde pater ac prīceps illustrissime: heroicarum cultor uirtutum: ut siquando mihi adesset ociū nōnullas artis rhetoricæ præceptiones: diuersas clausularum uariationes: ac plurimas tam oratorum q̄ poetarum: ac hystoricoꝝ autoritates: diuersis in uoluminibus sparsas: & uage disiectas: dictu quidem & memoratu dignissimas: quæ ad ornatam: concinnam: splendidam & resonantem orationem: ac ad bene beateq; uiuendum admodum conducerent & expedirent: in unam (ut documēta sumere uolentibus longæ inquisitionis labor abesset) deligerem consonantiam: atq; in facilem quendā reducerem modum. Etsi ea res super qua sermonem sæpenumero in multam produximus noctem: īfiniti pene sit operis & immensi: adeo ut unde initium: unde medium: & unde denicq; finem: in tanta rei magnitudine sumam: non iniuria subhorrescam Ac tantum autoritatis: tantumq; dignitatis & excellētiæ cōtineat: ut nō modo infimū aut mediocrem uirum defatigaret: sed summum: ac prope diuinū oratorem id aggredi perhorescere q̄plurimum faceret: tamen tuas ne preces: quæ sedulo īperii mihi loco sunt & quæ hoc conficiendi opus meis modo rationibus alligarunt: uidear declinare (tibi enim quicquid possum debeo: & me non modo huic rei: uerum cuicunq; possibili deuinctum obnoxiūq; tenes (materiam longe patentem: angustis finibus terminabo: & in uerba q̄ potero (non enim cuncta complectendi mihi cupido incessit) conferā paucissima: iuxta Horatii uerba. Quicquid præcipies esto breuis ut cito dicta percipiant animi dociles: teneantq; fideles. Ad hoc enī īstituendū opus nulla magis me res excitauit pater humanissime: q̄ ut tuæ in primis clementiæ: quam iāpridem unice atq; religiosissime colui, complacerem: tametsi nonnihil ipsa me gloria mouebat quæ si meritis aut uirtute parta extitit: semper est a summis uiris magno studio quæsita: & a sapientibus hominibus maxime laudata. Nonnihil etiā exercendarum ingenii uirium me causa inducebat: quia quemadmodum triste est diuiti decedere sine herede: ita miserrimū est habenti a deo summo gratiā: intellectus posteris suis id est studiosis nihil ornatum dimittere: quo possit ueluti hæredes intellectus aliquatenus cō solari. Et licet tot in omni scientia: & in primis in oratoriæ artis facultate scripserint: ut iam mundū pene illuminauerint: adhuc tamen inueniendis inuenta non obstant. Instar enim solis oritur intellectus: & occidit: uadit & redit: & nunq̄ moritur. Nunc hoc unum prīceps clæmētissime: æquo fer animo uelim: ut meum huic sit operi consecrare nomē Margarita poetica haud abs re opus clarissimū tibi nomen sume: tum a genetrice mea dignissima: domīa Margarita de iuolmersnausen: fæmīa quidem clarissima: a qua tanq̄ magistra optima: litterarum prima hausi elementa. Tum quemadmodū margaritæ per se solæ quoquo in statu sint plurimū ualent: & si in cælato auro repositæ fuerint magis lucere: magisq; hominum intutum ad earum contemplationem allicere uidētur. Sic nostræ operis Margaritæ: in quocūq; dicendi genere persistant per seipsas graues sitæ: frugales & prestātes sunt: ac maxime conducibiles: & si expolita: cōmoda: splendida: ac resonanti uerborum confirmatione cōtexantur, ipse splendor atq; suauitas orationis: homines ad earum sententiarum lectionem incitare: legentiū oculos maxime iuuare: atq; audiētium animos plurimum oblectare solet. Nunc institutū opus religiosissime antistes trepidus aggredior: & satis ac satis paruo cum nauigio magnum & spacioſum ingredi mare perhorresco: sed cælesti opus est munere. Manibus igitur ad cælum erectis diuinum inuoco numen: & deum totius operis auctorem ac præsulem constituo: ad quē humiles nūc porrigo preces & cum Salomone dico. Da mihi domine sedium tuarum assistricem sapientiā: ut hoc tam illustre opus bene incipere: melius mediari: & optime ac fæliciter finire ualeam. Ad tui laudem & gloriam sempiternam Amen.

Eloquentiæ & perfectæ elocutionis præcepta incipiunt.

Ene esset uir illustrissime: q; quoniā omnis eloquētiæ & perfectæ elocutionis præceptio in tria sit mēbra distributa: elegantiā. s. compositionem: & dignitatem: ut de his aliqua i nostri operis exordio dicerē. Sed quoniā hæc apud Ciceronem libro suo rhetoricorum satis explanata sunt: de eis: maxime de elegantia & dignitate supersedendum: & de sola: quantum ad præsens sat erit compositione prosequendum existimaui: quandoquidem ipsa compositio nisi diligenter sit ab ipso oratore obseruata: omnis pene splendor: uerborumq; concinnitas tota intereat necesse est. Quid enim sine compositione elegantia: aut uerborū sententiarumq; ordinationes ualeāt: non satis intelligo. Hanc autem cōpositionis partem: quonā pacto cōmodius: quo compendio breuius: qua denicq; uia ad capessendum melius: q̄ per Clarissimorum nostra ætate oratorum præcepta: & prima omnis eloquentiæ elementa prosequi possem haud uideo. Artem itaq; ab his & præcepta uir humanissime: a me autem præsentem pro tua quæso clæmētia accipe ordinationem. Et quoniā hæc

cõpoſitiõis pars in tris apud oratores reperiatur diuiſa partes:ordinẽ:iunctur̃:& numerũ.In primis iunctura:quia circa litteras conſiſtit & ſyllabas:duxi expediendam.

N iunctura igitur:quæ apta quædã:de iunctura atq; concinna litterarũ ſyllabarũq; in cõtextu uerborũ eſt collocatio:ab omni offenſione auriũ procul remota multa ſunt uicia fugienda:quæ a Socrate & a Theopõpo ſummo ſtudio ſunt uitata.A Cicerone autem & Demoſthene nõ niſi cũ nimis frequẽter in orõné ícidũt.Sæpe ét ſi modeſte intercurrant:orationem nunc molliorem:nunc grauiorem efficiũt.Nam ut in ſaporibus quædam interdum ſuauiter amara ſunt:ſic in oratione aliqua aſperitatis interſonantia magis grata eſt. Vnde ſi uel ſententiarum neceſſitas exigeret:aut punctis quibuſdã curſus diſtingueretur uocaliũ nec ſpiritu uno nec eodẽ proA ferret:mõ id raro & modeſto fieret:nõ mõ hoc non reprehendẽdũ eſſet:ſed quãdoq; etiã laudandũ.Primum igitur ex ordine præceptũ eſt tale.Cauẽdum eſſe:ne creber uocalium cõcurſus:qui hiantem in Primũ Præceptũ conſonam atq; inſuauem exprimẽdi ſonoritaté pariat:incidat in oratione:quod fit ſi præcedés in uocali terminetur dictio:& ſubſequens ab eadem aut alia incipiat uocali:quod maxime in AE & O uocalibus:quia maiorem habent ſonum:erit euitandũ.ut Amo amantem deum.Veſtram laudo amicitiam.Egredere ex domo aliena.Egredere ex urbe elata. Vocales uero quæ magis exilem habẽt ſonũ minorem faciunt hiatũ.ut Honora illuſtres uiros Excolite uirtutis ſtudioſos homines. Non tamen magis incõcinne uocales ſeſe recipiũt q̃ ſi eædem concurrant.ut Sollicita Auſoniam Mariam. EligeB egregios bellatores.Conueni irritantes ad diſcordiam ciues.Cornu unicum in caſtris extat.Secundũ .ii. eſt præceptum:quod multarum ſimiliter litterarũ concurſionem effugere debemus:quæ quandã uel legendo uel pronuntiando difficultaté afferre uidetur.ut Iacob bonus & Iob beatus:dei leges diligẽter obſeruarunt.Dauid diuinos dedit pſalmos.Ioſeph fuit Pharaonis interpres a fratribus facinoroſe uenditus.Animaduertat Titus tyrãnus quæ ꝑpetrauit:& pœnitebit tandẽ tantæ tyrãnidis.Semiuocalium uero litterarum concurſiones præter.x.modicã uidentur uel legendi uel pronuntiandi difficultatem afferre.ut Chriſtum dominũ noſtrum maximũ nos omnes hoíes ſummopere debemus excolere.X uero quia duarũ in ſe litterarum uim & ſonum complectitur:difficilem ac hiantem in concurſione uidet afferre pronũtiationem.ut Carthaginẽſium dux Xanthippus trux:felix Xerxes:& uirtutis lux Xenophon fuit.Similiter x.& s.ineptam pronuntiationé reddunt.ut Deceptus Xerxes Græciæ bellum intulit.Vnde non ſolum in uerbis diuiſis:ſed etiã in compoſitis x.& s. litterarũ uitandus eſt concurſus.Quare ſi forte accidat:ut hæc præpoſitio ex cũ dictione ab S incipiente cõponat:S littera de medio eſt abiicienda:ut exurgo:exulto & ſimilia.Nec ſolũ in his duabus litteris magna é aſperitas:ſed R etiam & T ſi crebro concurrant:iunctur̃ deformem faciũt.ut nunc ſuauiſſime ſuadebat nunc uero terribilis tutoribus ſuis ſatis grauis erat.Omnium itaq; litterarũ ſiue uocalium ſiue conſonantium nimiæ concurſiones uel aſſiduitates euitãdæ ſunt:quæ inſuauem profecto ſonoritatem .iii. A reddere ſolent. Tertium præceptũ Quod ſyllabarũ ſimiliter earundem & conſimilium cõcurſiones & nimiæ aſſiduitates ſunt euitandæ.quoniã non tam inſuauem q̃ ineptam reddunt orationé.ut Caſſius curans cuſtodire communé cõmoditatem:& cæteri etiam de re certa certãtes Cæſarem cæperũt Item meæ mentis memoriæ modũ ita impoñ:ut meæ meditationis me minime pœniteat. Iteé poetæ potentiã ponentes in poſſibilibus & honeſtis rebus laudantur.Item ciuitas quæ a regibus regitur regio amore fælix eſt.Similiter ne idem ſit dictionũ immediate ſe ſequentium exitus cauendum eſt. ut illoꝝ bellatorum ac imperatorum fortuna laudatur:quorum probitas ciuium optimorum ſaluti intenta eſt.Item fortunatorum imperatorum optimorumq; rectorum uirtus magis q̃ fortuna laudatur. Similiter ne ſequens dictio ab eadem incipiat ſyllaba in qua præcedens terminatur: perſpice. ut ille legit.Amor mortalis in te integer eſt.Quod quidé uitium nonnulli Ciceroni obiecerunt:ſed hoc uicium non eſt attribuendũ:ſi grauitatis cauſa fiat:niſi cum hoc dicendi genere crebro utamur. .iiii. B Quartum præceptum:q; etiam dictionũ nimia concurſio & aſſiduitas diligenter eſt euitãnda. ut nõ eſt rationis ratio rationem illi adhibere:qui in ſententiis ferendis ratione nõ utitur. Nemo quidem ita eloquentiæ ignarus eſt:cuius animus non faſtidio aliquo afficiatur:ſiquod huiuſcemodi audierit niſi ornatus cauſa:ut repetitione:complexione:traductione:conduplicatione:continuatiõe & huiuſdictiones quomodo ſumende. modi in orationé cadant.Dictionibus equidé ex oíbus gramaticæ orationis partibus ſumptis uti debemus:longis:ſuauibus:dilucidis:ſonantibus:electis:idoneis:cõmodis propriis:apertis:concinnis:uſitatis:ut oratio ita ſplendens:idonea:& reſonãs ex ipſis efficiatur:q; aliqua uerboꝝ obſcuritas:aut orationis difficultas in dicẽdo non cõmittatur:quæ uel auditoꝝ aures uel legentium animos aliquãdo .v. C offendere poſſit.Quintum præceptum: Quod nimia uerborum ſuſpenſio & prolixitas in oratione .vi. eſt uitioſa:quæ res tametſi in prohœmiis interdũ concedatur: in cæteris tamẽ orationis partibus re .vi. D præhendi ſolet.Sextum præceptum: Quod figura quæ temeſis dicitur in ſimplicibus non utamur. Rostra uero q̃ Nec in compoſitis niſi in quibus apud autores id permiſſum ſit.ut poſtea uero q̃: pro poſteaq̃ uero. .vii. Inq; uicem:pro inuicemq;.Septemq; triones pro ſeptentrioneſq;.Satis boni uiri officio fecit:pro ſatis fecit.Et quædam ad hũc modũ a nobis diuiduntur:propterea nõ repræhenduntur: q; a ſummis poetis & oratoribus ſunt recepta. Septimũ præceptũ.hoc iter cũ & tum refert:& tũ duplicatũ.ut multis E locis admonet Cicero:Quod ea particula orationis:cui hæc coniũctio cũ antefertur:uel cauſam uel comitantiam:uel id quod apertius eſt certiuſue ſignificat:uel temporis prioritatem:uel maiorum re-

030028279

rum dignitatem. Tum uero aut officiũ antecedentis causæ, aut alternationẽ: aut rem minus notam: aut tempore posteriorem importat: aut minorẽ dignitatẽ ac momentum affert: nisi aliquid sequatur: quod huic rationi aduersetur, ut potius: multomagis studiosius: & quæ sunt huiusmodi. Exemplũ primi. Cum tuo in me amore summo: tum beneficio semper tui memoriã præ me feram. Exemplum secundi. Cum mutuo inter nos amore: tum reipub. causa perpetua rerum omniũ societate deuincti sumus. Exemplum tertii. Cum tuis in omnes beneficiis: tum uoluntate in posterũ prona ad omnia uiri officia pater patriæ iure optime diceris. Exemplum quarti. Cum dicit temporis prioritatẽ. Cum olim in parentẽ pietatem in signẽ animaduertimus, tum in patriã non minore studio futuram speramus. Exemplum quinti. Cum uitã pro tua salute: tum opes omnes profundere nunq̃ dubitabo. Quod si tũ in eadem oratione geminetur aut in diuersis: cõmitantiam sine differentia signat ut Cicero tum natura: tum consuetudine ad omnes res honestas flammato studio rapiebatur. Sæpenumero tamẽ nimia obeundi negocii opportuna celeritate oppressi: aut occupationibus aliis distracti: aut parua adhibita diligentia inconsulte in cõcursionem & assiduitatem: uel litterarum: uel syllabarum: uel dictionum: uel utrarumq; incidimus. Quod etiam apud ciceronem cum eloquentiæ principem: tum etiam harum compositionis rationum & præceptorum optimum artificẽ aliquando cõperiemus: sed tamen ẽ curandum diligenter: & quoad fieri possit: ut ipsa cõcursionis & nimia assiduitatis uicia declinemus.

De Ordine.

Rdo est quædam uerborũ orationũq; inter se: uel naturalis uel artificialis dispositio. Circa quẽ obseruãdũ est: & sit hoc octauum ĩ ordine nostro præceptũ. Quod semper oratio crescat & augeat: ut quod sequitur magis eo sit quod antecedit, ut nobilis & egregius. Magnificus & illustris. Crudelis & immanis. Fur & sacrilegus. Augeri quidẽ uult oratio & insurgere: non minui, hoc uero cum uerba ad eandẽ sint rem relata: q; si ad diuersas nullũ admittit uitium: qui ab hac ordinis ratiõe discedit: ut cũ alium sacrilegum prius dixeris: aliũ de hinc furem appellas. Exaugẽdæ aũt ac multiplicãdæ orõnis ratio: triplex reperit apud oratores. Vna quæ pertinet ad unicã orationẽ multis uerbis coadornatam. Altera quæ ad plures multis ex partibus grãmaticæ orõnis amplificandis. Tertia quæ est accõmodata epistolis & orõnibus atq; cæteris oratorum dicendi rationibus: nõ solum uerborũ copia exaggerãdis: uerumetiã negociis rerum locupletandis. Prima ergo coaugmentandæ orationis aũaduersio est: ut ĩ nostra orõne coaceruemus multa nomina substantiua uel propria uel appellatiua: aut etiam adiectiua positiua cõparatiua & superlatiua: aut uerba personalia aut impersonalia: aut participia in omnibus tẽporibus posita: aut gerundia uel supina: aut pronomina primitiua aut deriuatiua: aut aduerbia positiua comparatiua & superlatiua: quæ dictiões huiuscemodi ita gradatim collocentur: ut alteram altera & aliam alia subsequatur: quæ maiorẽ uim & efficaciorem uæhemẽtiam importet: & orationis sententiã magis adductã efficiat. Vt in hoc exẽplo. Cum iusticiam eamipsam apertissime constare uideamus: ex qua oppida, ciuitates: prouinciæ: nationes: regna: atq; imperia gubernantur conseruantur: amplificantur: omnem igitur cogitationem: diligentiam: actiones: fortunasq; nostras: nos deniq; totos libẽter exponere debemus ut ea ipsa iuris æquitas diligenter excolatur. De secunda coaugmentandæ orationis specie exẽplum tolle, ut Ego propter magnũ Ciceronis in me amorem: & propter insignes eius uirtutes: atq; ppter magna & multa sua benemerita eum plurimũ diligo. Item. Ego enim cũ propter magnum Ciceronis in me amorem: quem semper optimum fuisse cognoui: tum etiam sua erga me benemerita: quæ ab ipso quidẽ multa & magna recepi: eũ profecto mirifice diligo. Ecce quomodo oratio præcedens ex relatiuis interpositis multiplicatur. Sic enim ex omnibus orationis partibus oratio multiplicari potest: sed de omnibus ponẽ exempla: item & de tertia augmentandæ orationis specie: non tã prolixum est q̃ laboriosum. De hoc autem relatiuorum exemplo & aliis orationum partibus: circa multiplicandas orationes: quomodo opportune concurrant in suis propriis dicetur locis. Nonum præceptum: Quod dignitas rerum attendi debet ac naturæ: ut quæ in eodem genere dignitate naturæ præstant: ea minus dignis ĩ oratiõe anteferantur: ut uiri fœminis, ortus occasui, dies nocti, secũdæ res aduersis: honestæ turpibus. & multa ad hunc naturæ modum similia. Hoc uero cum aliqua uerba sese immediate sequuntur. Nihil enĩ impedit, si a se distantia fuerint: & in diuersa orationis posita parte: aut ad diuersum tempus ordinẽq; relata: quæ minorem dignitatem habeant posse dignioribus anteferri: ut in hoc exemplo. Cũ ingens agmen prius mulierum: dehinc uirorum in manus hostiũ peruenisset: secuta est subito cunctis in rebus captiuitas. Idem in sepatis uideri multo facilius est. Decimum. Cauendum est ne uerba in oratione ociosa sint: ne superuacua: ne nihil agentia, quod uitium qui euitare uolet: semper genus suæ speciei anteponet, ut castor & pollux: fratres gemini cum finitimis bellũ gerebant. Superuacue igitur & ĩepte diceretur gemini fratres. Nam cum omnes gemini fratres sint: nihil opus erat: cum gemini dixisset fratres adiicere. Vndecimũ: Quod uerba rebus de quibus loquimur sint accõmodata: ne plus minusue q̃ dignitas rei postulabit significare uideantur. Nam, qui agricolam illustrem: aut regem parcũ inter laudandum appellat: non mediocre uitium incurrit: quoniam illic adiectiuo ampliori: hic angustiori quam rei natura poscat utatur. Duodecimũ: Quod nõ abutamur unius uerbi significatione p altero in quibus nulla similitudo reluceat: ut si fundũ eruditũ appelles: aut militẽ sine armis ĩstructũ ĩcedere ad bellũ dicas. Opus itaq; erit propriã significationem uerborũ a grammaticis epetere: & re-

F viii. ro

Sinonyma quo uero, da sibi,

G

H

I

A

B

C rum naturas cõsulere qs ornatus rebus de quibus sit accõmodandus.Decimumtertium: Quod iter adiectiuum & substãtiuum aliquæ interponant dictiones:quæ profecto ex oĩbus partibus grãmaticæ orationis commodissime sumi possunt,ut amplissimam,M.T.C.facultatem rationemq; dicẽdi ĩ genio studio atq; doctrina consecutus est.Itẽ summam equidem Maria læticiam susceptit: cũ sibi ab angelo filium dei se pariturã nunciatũ est.Item.Tam multa legisti librorũ uolumina q; uir tandẽ peritissimus euasisti.Item. Magnum supra uires onus sumpsi:qui de rebus diuinis dicturus sum. Cauẽ dum tamen ne nimium absese inuicem separentur:q; orationem obscuram faciant:ut in hoc exẽplo. Nulla satis probata apud ciues suos uirtus est.Non tamen semper concinnum esse uidetur:q; adiectiuum a substantiuo intermediamus:si meliorem præsertim sonoritatẽ habere uideat ut cõtinuo collocentur,quod euenit potissimum:si adiectiuum & substantiuũ ĩ genitiuo positum: aliud adiectiuũ & substantiuum cui subordinatur:fuerit interpositum.Aut cum adiectiuum cõparatiuum una cum substantiuo fuerit in genitiuo positum.Aut cum aliquam magnam alicuius rei uæhementiam ĩportet.Et etiam aliquando adiectiuum positiuum uel superlatiuũ in oĩbus casibus positum decenter cõtigue tractari potest.Sed potissimum participia omnis temporis cum in cõcomitantia uel subsequẽtia continentur sine intermediatione collocari solent.Exemplum de adiectiuo & substãtiuo ĩ genitiuo posito,ut Eximia pristini nostri amoris magnitudo me uehemẽter adhortat:ut par mutui beneficii retributio a me tibi referat.Itẽ.Excellens tuæ familiæ dignitas:& præclarus spectatæ uirtutis splẽdor:& exardescẽs & fruendæ uirtutis desideriũ ad studium te plurimum ĩcitare debẽt.Exẽplum ubi adiectiuum comparatiuum cum substantiuo in genitiuo ponitur,ut Neminem uideo callidioris ĩgenii:perspicacioris intelligẽtiæ:accuratioris excogitationis:ĩgeniosioris sciẽtiæ:studiosioris diligẽtiæ: amplioris doctrinæ:præstantioris elloquẽtiæ:q̃.M.T.C.extitisse.Exẽplum ubi magnã uæhementiã importat:quod contingit ĩ ablatiuo,ut Qui ægregias bonarum artiũ disciplinas summa uoluntate: accuratissima contemplatione:& quotidiano studio complexi sunt:eas quas exinde sperarunt emolumentorum rationes facile consecuti fuerunt.Exemplum ubi adiectiuum positiuum ponit cum substantiuo in oĩbus casibus sine intermediatiõe,ut Marcus Aurelius uir officiosus & prudẽs:cuius uirtus tantæ est intelligẽtiæ:tantæ integritatis:tantæ cõstantiæ:tantæq; modestiæ:ut ei tanq̃ fido socio & homini sapienti plurimũ debeã.Illum igit ad te proficiscentẽ ut hominẽ rectum & ingeniosum artificem ita tibi cõmendo ut meum affinem & gratum hominem.Nam & ego ipso claro ĩgenio nato: & insignibus moribus expolito:atq; aliis magnis uirtutibus prædito in oĩbus meis negociis familiariter fretus sum.Exemplũ de adiectiuo suplatiuo,ut Lucius Crassus uir peritissimus:cuius ut hominis integerrimi fides mihi explorata est:a me plurimũ diligit,nam & ei tanq̃ homini amicissimo & procuratori uigilantissimo rationes meas agendas libenter cõmittere soleo:nec unquam ipsum optimũ amicũ derelinquã:quẽadmodum ego ipso Lucio Crasso uiro officiosissimo utor familiarissime: ita ẽt a te peto:ut causæ eius tanquã si mea res ageretur:te maximopere accõmodare uelis: quo gratius mihi nihil efficere poteris.Exemplum ubi adiectiua participia oĩs temporis sine intermediatione ponuntur:ut Cum in senatu causam tuam agere cæpissem,Salustio decernẽte consulibus audientibus: præfectis legationibus:cæteris magistratibus fautoribus senatus est dimissus:obmissis ẽt aliis creandis magistratibus.Itaq; res in alium diẽ dilata est:de qua qcquid actum fuerit te certiorẽ faciã. Decimumquartũ præceptũ.Quod orationes ab adiectiuis sæpius q̃ a substantiuis incipere debeamus: & hoc a positiuis cõparatiuis & superlatiuis:simplicibus & compositis.Item a relatiuis substãtiæ & accidentis.Itẽ a participiis in ans uel in rus uel in dus uel in tus desinentibus.Item a pnominibus primitiuis & deriuatiuis.de quibus omnibus exempla per ordinẽ sequuntur.Exemplum de adiectiuo positiuo.Magnũ ego a te beneficiũ me accipisse profiteor:pro quo uniuersam meã tibi operã defero.Itẽ. Immortalia enĩ in me benemerita liberalissime profecta sunt:quæ nulla unquã mea delebit obliuio. Exẽplũ de cõparatiuo.Maius mihi officiũ præstare nõ potuisses:q̃ illud quo tu me hodierna die amicissime perornasti.Exẽplum de superlatiuo.Maximũ profecto illud tuũ erga me promeritũ:quo ego a te cumulatissime exornatus sum:deputo mihi sũmũ summopere gratissimũ.Exemplum de adiectiuis compositis:ut permulta:permagna:perclara:perclariora:q̃maxima:q̃singularissima:q̃amplissima. Exemplum de relatiuo substantiæ.Qui tibi ex me fructus debentur:cum idonea mihi facultas offeretur:eos profecto q̃huberrimos suscipies.Exẽplum de relatiuo accidentis.Qualia enim ab aliis officia recepimus:talia plerũq; reddere solemus.Exemplum de participio in ans.ut Inuigilantes uirtutibus homines & bonarum artium studiis iugiter insudantes:maxima semper fui beniuolentia prosecutus.Exemplum de participio in rus.ut Daturum operam uirtutibus Albertum nostrum q; scribis: mirum in modum gaudeo.Exemplum de participio in dus.ut Excolendus ab omni hominum genere penitus est Christus:qui omnium hominum est conditor & bonorum ellargitor.Exemplũ de participio in tus.ut Consecutum se opera mea commoditates q̃plurimas Ciceronem tibi rettulisse uæhementer lætor.Exemplum de pronomine primitiuo.Ego semper tibi amicissimus esse uolui: quia tu me semper plurimum amasti.Item Me quidem in amicicia si aliquãdo experiri uolueris: amicum profecto tibi comperies optimum atq; paratissimum. Exemplum de pronomine deriuatiuo. Mea quidem diligentia tibi semper futura est paratissima:quia tuam in me beniuolentiam cognoui mihi
E semper q̃promptissimã.Decimumquintum præceptum.Quanquam ab adiectiuo apposito uel sup-

posito principium sumere orationis commodissimum sit: quia tamen aliquando accidit ut dictiones aliæ multifariæ non minus in orationis principio optime iacere & pulchre sonare uidentur: non incommodum usum est ab eis principium orationis constitui posse: quæ profecto dictiones ex omni genere atq; modo octo partium grammaticæ orationis commodissime sumi potuerunt: ubi adiecti ua non tibi commode succedent quod complura uidere exempla pulchrum iudicabis. Exemplū de nomine proprio in principio orationis posito. Brutus quem in his tibi litteris commendo cum mihi sit omnium amicissimus: tamen etiam maximis est uirtutibus exornatus. Exemplum de nomine appellatiuo. Homines enim illos quos duplices esse cognoui: ut unum uerbis dicant: alterum autem re sentiant: nisi ipsi aliqua probabili fortasse ratione ad hanc fictionem compellantur: apud me semper parum ualere debere constitui. Exemplum de uerbo actiuo. Amabo te semper atq; summopere diligam: quoniam tu omnia pro me liberaliter effecisti. Exemplum de passiuo. Videor enim te uidere cū tuas lego litteras: sed doleo cū appellor īmerito a te negligens: cum scribendi facultatem non habuerim. Exemplum de uerbo interest. ut Interest plurimum uirorum prudentium internoscere quæ ad eorum remp. recte gubernandam pertinere uideantur. Exemplum de uerbo placet & similibus. Placuit semper ac libuit maximopere principibus sapientibus accuratissime perscrutari: quid superioribus aliis principibus acciderit: ut suppeditet eis quid eueniat aut eos agere oporteat. Exemplū de gerundio. Agendum est assiduo ut officiosum aliquid cōsequamur. Exemplum de supino. Relatu multorum nobis significatum est maximum officiosum te uirum esse factum: quo plurimum certe gaudemus. De participio supra in proximo dictum est præcepto. Exemplum de præpositione. Ad. x. Kalendas Maii: ad urbem cum uenissem ut de multis ac uariis rebus tecum commētarer: te reperire nō potui. quas igitur res te coram agere uolebam: per litteras absens breuiter significabo. Item. Extra io cum sunt ea profecto quæ tibi scribo. quæ certe sunt a te diligētissime consideranda. Item Post deū nostrum omnipotentem & parentes qui me genuerunt neminem habeo: quem magis te diligam: magis excolam: magis obseruem: neq; maiori q̄ te beniuolentia complectar Item usq; quo spiritum perducere potero non cessabo me tibi gratissimum demonstrare. Item. Ab omnibus hominibus hi meri
to deridentur: qui clarissimas bonarū artium disciplinas uilipendunt. Item. Coram te cum affuero ea tibi declarabo: quæ & gratissima forte & cōmodissima tibi uidebuntur. Item. de omnibus rebus quæ ad te pertinent. quasq; mihi curādas præcipisti quid egerim ex his litteris cognosces: quas tibi Gasparinus meo nomine cosignauit. Exemplum de aduerbio. Heri litteras ad te scripsi: hodie uero atq; nūc de te cogito: cras etiam meis te litteris uisitabo: diligenterq; res tuas pertractabo: ut aliquando intelligas me semper & iam olim de tuis ornamentis & cōmodis maximopere cogitare. Item Verum memi nero nisi tandem meliorem uiuendi constitutionem desiderieris: conspicio te maxima subiturū incōmoda. Item Forsitan parua hæc incōmoda quibus in præsentia afficeris: in maximū tibi emolumē tū in posterū redundabunt. Item. Vix uere me contineo quin ad te aduolem: & ea tibi significē: quæ si feceris tibi plurimum conducent. Exemplum de interiectione: Heu mihi cur ego tuis omnibus incommodis non affuerim: nam maximis te profecto curis atq; molestiis fortasse liberassem. Itē Hem bone ihesu ita exoro ut nobis perpetuo sis adiumento. Item Papæ itane res habet ut narrasti Marce Tulli. Item. Atat quas huic nostræ reipu. futuras imminentes calamitates narrat Sempronius. Item. Vha itane ab his decipiendus ego semper sum quorum rationibus plurimum me acommodare soleo. Exemplum de coniunctione. Et tecum libenter adessem: & me tibi libentissime accommodarē: si magnæ meæ atq; assiduæ cogitationes ac occupationes hoc mihi permitterēt. Item. Si in hoc meo negocio adiumentum mihi tuum præstiteris: perficiam profecto quod te beneficium mihi præstitisse lætaberis. Item. Igitur cum tu plurimum mihi semper obsuisti: noli expectare ut pro his tuis in me iniuriis debeam magnis te meis beneficiis exornare. Item Nullum unq̄ fuit tempus in quo non maximam atq; firmissimam tuorum in me meritorum memoriam continue complexus fuerim. pro quibus equidem iam tibi cumulate satisfeciissem: si idoneam tibi satisfaciendi facultatem mihi compara re potuissem. Item. An tibi ego unq̄ nulla in re contradicturus sim: qui te mihi semper omnibus in re bus q̄ facillimum præbuisti. Item saltem uerbis te mihi cōmodare uelis te obsecro: si re ipsa adiumento mihi esse non possis aut non uelis. Et quampluriſma ad hunc modum de omnibus partibus orationis poteris excogitare exempla. Decimumsextum præceptum. Quod distributiuis & partitiuis nominibus commodissime uti possumus cum aut alicuius negocii partitionem quandam facere uolumus: aut certam aliquam animi determinationem declarare nitimur. De qua ratione hoc exemplū conspicere potes: Quod Cato & L. Clodius a me plurimum diliguntur: neq; enim immerito eos maximifacio: Nam cum alter mihi doctrinam ministrauerit: alter uero magnas mihi rerum facultates præstiteris: non possum abduci quin cum alterius uirtute adauctus sim. alterius aūt copiis adiutus alteri maxime debeam alterū etiā admodū diligā quorū utro magis gaudeā aut magis uti uelim non facile diiudico. Præterea sæpenumero euenire uidemus: ut in comperatione rerum multarū: aut aliud alio laudabilius uel turpius demōstrare. aut cōmodius aut aleterius persuadere aut iustius uel iniquius significare uolumus. tunc cōparatiua uidentur oīo necessaria De quo hoc tibi exēplū trado. si ex oībus hōibus q̄ maxima tibi beniuolentiæ cōiunctiōe profitentur. unū tibi potissimū adoptasti: q̄ dignitatē tuā maximope tueret: neminē pfecto cōmodioré diligeret potuisses. q̄ Pōponeū: cuius studiū p

autoritate tua colluſtranda tam maximum extitiſſe conſtat: ut neq; maiorẽ operam: neq; ſtudioſiorem curam: nec ardentiorem beniuolentiam: nec promptiorem quidem diligentiam quiſq̃ præſtare tibi potuiſſet. Inſuper id quidem concinnum eſt: ſi in omni pene modo dicendi frequentemus ſuperlatiua nomina uel participialia aut aduerbialia, quod multis ex cauſis a nobis fieri idoneum eſſe uidetur. Nam cum in primis ipſa ſuperlatiua propter magnam rerum reſonantiam magis ſplendidam reddant orationem: tum etiã efficiunt: ut dicentis ſententia longe uerior & efficatior eſſe uideatur. Præterea ipſa ſuperlatiua dicendi ſtilum reddunt magis amplum: magis longum: magis bonum. Quod cum ita ſit: apte ſatis ſuperlatiua quæ uſui tuo ſe accommodabunt arbitratu tuo pertractare potes. De quibus hoc exemplum tibi patefacio. Quod Antonio tam familiariſſime ſemper fretus ſum: tam ſummopere eum diligam: ut ego ſumma cum ipſo ſim familiaritate coniunctus: non eſt profecto mi Lentule: quod ulla moueri debeas admiratione. nam cum his & ſummo mihi ſemper amore præſtiterit: & uigilantiſſimam pro rebus meis diligentiam declarauerit: & ampliſſimam mihi libertatis beneficentiam patefecerit ut nullum ſummum hominis amantiſſimi liberaliſſimiq; officium prætermiſerit: neq; ullum maximum pro ſalute mea periculum ſubterfugẽ uoluerit: iniquum eſſe duxi niſi ego etiam uirum me ſibi q̃gratiſſimum: & omnibus ſuis commodis & ornamentis q̃promptiſſimum demonſtrantem. Decimumſeptimum præceptum eſt. Quod oratio frequenter obliqua ſit: ideſt a poſterioribus in recta cõſtructione incipiat: ſiue id quod uerbo ſupponit: uerbũ ipſum antecedat ſiue poſtponatur. Exemplum primi: ut neminem poſſe ad eloquentiam accedere Craſſus inquit: niſi qui multarum rerum prius ſcientia inſtructus ſit. Exemplum ſecundi. Hanc unam eſſe ad bene beateq; uiuendum compendiorum uiam inquit Socrates: ut tales ſimus quales iudicari apud alios uolumus. Decimumoctauum præceptum. Quoniam de genitiuis in oratione rhetorica ſæpenumero occurrit neceſſario tractandum: eius igitur pertractandi ratio erit diligenter conſideranda. Genitiuus ergo præpoſtere colloceturut illis dictionibus quibus ſubordinatus eſt præponatur: concinnam profecto ſonoritatem importat: & magno orationi clarius intelligendi adiumento eſſe uidetur. De quo hoc tibi exemplum deſcribo: Cum Ciceronis ſcripta quorum innumerabiles conſtant commoditatis opportunitates: eos ſemper plurimum oblectarunt: quorum animus officioſis rebus ſemper fuit expoſitus: non igitur mirum eſt: ſi eius Marci Tullii uolumina a me ipſo accuratiſſimo quidem ſtudio fuerint pertractata. Item Chriſti præcepta qui diligenter obſeruant: æternam gloriam optime cõſequuntur. Item. Oratoris primi præcepta a multis maximopere celebrantur. Ita datiuus caſus in compoſitione ornandæ orationis præpoſtere poſitus bonam reddit ſonoritatem. ut Chriſto qui ſe tradunt: optimã uiuendi rationem eligunt. Item. Maiori quidem curæ dignitas tua mihi eſſe non potuiſſet: cum aliud nihil dies nocteſq; q̃ de rationibus tuis excogitem. Decimumnonum præceptum. Quod caſus tẽporales qui a plæriſq; in ablatiuo caſu collocari ſolebant. ab oratoribus in accuſatiuo conſueuerunt tractari: ut & melior fieret reſonantia & efficacior conſtaret oratio. Et quod hoc celeberrimum ſequens uidere potes exẽplum. Ego enim multos annos excogitaui qua ratione hoc fieri poſſet: q; omnes chriſtianorum principes atq; poteſtates: iniuriis odiis: ac ſimultatibus omiſſis: tanta eſſent amoris caritate coniuncti: ut ex omnibus ipſis tãm ualidiſſimus fieret exercitus: ut ipſi maxima potentia freti: infidas gentes atq; barbaras oppugnare poſſent. Quæ huiuſcemodi cogitatio mea: quia tam honeſta & optabilis eſſe conſtat: non ceſſabo dies nocteſq; mecũ animo peruoluere: ſi quid fortaſſe conducibile ex hac re poſſet elici. Quod ſi aliquando factum: aut conſtitutum eſſe uiderem. tunc uitæ commutatio (ut mihi uideor) moleſta mihi accidere non poſſet. Poterit ſimiliter accuſatiuus non tẽporalis: in compoſitione orationis præpoſtere poni. Vt chriſtum qui uere diligunt: eorum animas æternæ beatitudini conſecrant. Item. Studioſos equidem homines nitor imitari: ut uirum me doctũ reddere poſſim. Vigeſimum præceptum: Ablatiuus in concomitantia poſitus: tum orationes plurimum delucidare uidetur. Tum etiam narrationum breuitati potiſſimum eſt accõmodatus: qui ablatiuus huiuſmodi: ſæpenumero deducitur: aut a nominibus propriis hominum locorũ & prouinciarum cum appellatiuis nominibus & uerbalibus & participiis: aut ab adiectiuis diſtributiuis: & cæteris etiam poſitiuis comparatiuis & ſuperlatiuis: atq; pro nominibus primitiuis & deriuatiuis coniunctis cum nominibus appellatiuis cognominibus & uerbalibus atq; participiis. De quibus hæc pauca exempla conſpice. ut Superioribus iam priſcis temporibus florente Roma Numa Pompilio rege: reſpubli. tunc recte gubernabatur. Verũ fluentibus annis. L. Silla &. L. Muræna conſulibus intercedente. G. Mario nouo conſule deſignato. ciuilis diſcordia cruditeliter inſanire cæpit: qua in longum nimis deducta communis ſalus ciuitatis acerbiſſimum eſt paſſa detrimentum. deinde paucis poſt annis potentioribus rerum petitis. dominante luxuria. nimia exorta iam ambitione imperandi cupiditas conualeſcere cæpit: ſed auctore Cicerone: ſapientia in conueniendis magiſtratibus: & conſiliis adminiſtrãdis ſuffragante: reſpub. a dirreptionibus liberata eſt: expulſo præſertim. L. Cathelina: & ſociis oppreſſis. Item imperante Octauiano auguſto: auctore deo patre: duce Iheſu chriſto: intercedente ſpirituſancto: adiuuante uirgine Maria: fauentibus ſtellarũ conſtellationibus: omnibus etiam diuinis fatis conſentientibus: ſalutifera claritatis lux diuinitus nobis exorta eſt: qua duce animas noſtras rationibus mundatæ uitæ rectæ conſtitutis: æternæ felicitati conſecrare ualeamus. Item. Chriſto omnium bonorum ampliſſimo largitore qui gratiarum adiumenta petunt: ut recte id egerunt aliquando conſe-

qui poterunt. Item Studioſis equidem uiris ſedulo ſtudio libenter uſus ſum: ut illuſtratus eorum uir tutibus exaggerari ualeam. Vigeſimumprimum præceptū q̄ eſt generale circa nomen & omnes ora- B
tionum partes: uidelicet Si ſubſtantiua nobis tractanda contingerint ſiue propria ſiue appellatiua tā hominum qui mulierum omnium animalium atq̄ locorum: rerumq̄ cæterarum tam cæleſtium q̄ terreſtrium: diligenter inſpicere & accurate conſiderare debemus. quæ ſit illorum natura ſubſtanti uorum: quæ uis: quæ dignitas: quæ præſtantia: quæ nobis cum recte perſpecta & prudenter cognita fuerint. ea nos facile admonebunt: ut ſubſtantiuis illis idoneas conuenientes proprias commodas & condignas nominum uel participiorum adiectiones poſitiuas comperatiuas ſiue ſuperlatiuas adiun gere debeamus. quæ recte & concinne & rei contractæ eſſe uideantur. & etiam ſubſtantiuis in geniti uo poſitis. quæ aliis etiam ſubſtantiuis in regimine ſubordinantur: addamus alia ſubſtantiua quæ ſi bi commode & congrue addere ualeamus. Addo etiam quod aliæ cæteræ dictiones aliarum partiū orationis eadem ratione ut nomina uel participia debent eſſe rei de qua agitur conuenientes. Quæ omnia ut clariūs percipi poſſint in ſequenti patent exemplo. Quoniam in. M. T. Cicerone ſummo & celeberrimo quidē oratore: tanta erit dicendi uis eloquentiæ facultas: agendi ratio: tantæq̄ eius con ſtabunt orationis diuitiæ: ut ei eſſet inſitum a natura: quod in ipſo eſſet acutum ingeniū graues ſen tentiæ: intenta memoria atq̄ geſtus oratorius omnia poterat animo percipere: memoria cuſtodire: rempub. adminiſtrare. & alia cætera gubernare. Erat etiam eius Ciceronis ſapienter ſuū in rebus agen dis conſilium explicare: mente prouidere: oratione perſuadere: autoritate probare: qui etiam amico rum ſaluti conſulebat multorum inſolentiæ reſiſtebat. hominibus uirtute præditis familiariter ute batur: bonos mirifice diligebat: uitiis deditos odioſe fugiebat: omnia etiam ipſius Ciceronis in rem publicam: prouiſa prudenter: reſponſa acute: librata accurate: incepta libenter: perfecta diligenter: gu bernata moderate: acta conſtanter: adminiſtrata ſapienter eſſe conſtabant. Omnia præterea benedice- A
di præcepta: ab ipſo calidiſſime animaduerſa uerbis deſignata. generibus illuſtrata: & partibus diſtri buta fuerunt. omnes deniq̄ præſtantes philoſophiæ rationes: ad bene beateq̄ uiuendum optime per tinentes: ab eodem. Cic. fuerunt prudentiſſime excogitatæ. cōmodiſſime deſcriptæ: & diuinitus illu ſtratæ. Ergo ipſe Cicero diuina prudentia inſtructus: excellenti ingenio p̄ditus perſpicaciſſima animi fortitudine munitus: incredibili temperantia decoratus: maxima integritate conditus: ſingulari mo deſtia illuſtratus: integra fide inſignitus: gratiſſima humanitate nobilitatus: clariſſimis moribus ex politus: omni recta uiuendi inſtitutione cumulatus: & cæteris præſtantibus uirtutibus exaggeratus: & huiuſmodi ſummis excellentibus diuiniſq̄ uirtutibus eius: per omnes totiūs orbis terrarum regio nes atq̄ partes: clariſſimā nominis gloriā & ampliſſimā uirtutū congeſtionē: ſibi celeberrime cōpara uit. Vigeſimūſecundū præceptū eſt circa pronomina: quōniā pronomina & proprietatē quandā no- C
minum ſubintelligunt. & promptitudinem magnam important: & demoſtrationē rerū & animorū. Et huiuſmodi adiectiua eſſe conſtat: quæ per ſe in multis ac uariis dicendi generibus locum habent. Ex quibus equidem pronominibus quanq̄ multas in dicendo cōmodas rationes elicere poſſemus ta men aliquas uideo præter cæteras diligentius eſſe notandas. Vna enim hæc ratio conſideranda eſt: q̄ iſtis genitiuis quinq̄ pronominum mei: tui: ſui: noſtri: & ueſtri minime uti debeamus: niſi cū expreſ ſum ſuſtantiuum habere non uideantur: qui profecto huiuſmodi genitiui abſq̄ ſubſtantiuo expreſſe poſito tunc reguntur ab huiuſcemodi adiectiuis: qui aut copioſam quandam abundantiam impor tant: aut promptum amorem uel odium ſignificant: aut efficacem aliquā cupiditatē demonſtrant: ut in hoc patet exemplo. Cum Manfredus Socienſis fidei amore plenus: mei ſtudioſiſſimus & tui aman tiſſimus: cuius dignitatis ego ſum magis auidus q̄ eius affines: per meas tibi litteras cupiat ſe plurimū cōmendari: ego autem amore ſui maiora faceré: hoc a te peto: ut ipſum Manfredum tu benignitatis gratia recipias exorandum: hoc tibi perſuadens neminem te tui amantiorem eſſe habiturum. Altera eſt conſideranda monitio: Quod hæc quinq̄ deriuatiua pronomina: meus tuus ſuus noſter & ueſter: quanq̄ per ſe conſtent eſſe adiectiua: alia tamen eis adiectiua idonee addenda ſunt: quæ illorū adiecti uorū ſubſtātiua ita adiuuent: ut eorū ſubſtantiuorū præſtantiā aut dignitatē aut amplitudinē aut na turā aut conuenientiā magis demonſtrent: ac longe clariorē & magis promptam orationis ſententi am explicent. De quo hoc te expediet exemplū. Optima enim mea erga te tuoſq̄ omnes beniuolen tiæ coniunctio: & clariſſimæ tuæ tuorūq̄ uirtutes: ac etiam ampliſſima tua in me meoſq̄ benemeri ta efficiunt: ut officioſa noſtra beneficiorū receptorū memoria: imortalibus noſtris ī nos officiis mu tuo correſpondere teneatur. Ex quibus quidem duabus conſiderationibus habes: quod pronomina primitiua atq̄ deriuatiua ad multiplicandas orationes plurimū ualent: & cōmode rhetoricam exau gent elocutionem. De quo etiā ſequens tolle exemplum. Eximia equidē illa tuæ liberalitatis ampli tudo: ex qua me plurimū exaggeraſti: iure ipſo ame depoſtulare uidetur: ut nō ſolū res omnes meas: ſed etiam me ipſum totum pro omnibus tuis cōmodis & ornamentis exponere tenear. Præterea ex relatiuis ſubſtantiæ & accidentis: noſtras aut multiplicare aut continuare: aut uariare commodiſſi me orationes poſſumus: quæ licet orationes ſine relatiuo proferri ſimpliciter poſſent: adiuncto ta men relatiuo longe fiunt copioſitiores longeq̄ apertiores. Poſſemus enim ſine relatiuis nude ac ſim pliciter orationem in hunc explicare modum. Ego propter magnum Ciceronis in me amorem: & propter inſignes eius uirtutes: atq̄ propter multa & magna in me benemerita eum plurimum

diligo.Sed ex relatiuis ſubſtantiæ interpoſitis ſic multiplicari poteſt.Ego enim cum propter magnũ Ciceronis in me amorem:quem ſemper optimum fuiſſe cognoui:tum propter eius uirtutes:quas celeberrimas equidé & inſignes eſſe conſpicio:tũ etiã eius erga me benemerita:quæ ab ipſo multa quidé & magna recepi:eum profecto mirifice diligo.Item ſine relatiuis accidentis nude ac ſimpliciter ſic dici poſſet.Cum Marcus Cato pro ſalute ſuæ patriæ multa quidem egerit:non igitur ĩmerito ipſum bonum ſemper ciuem fuiſſe dicimus.Quæ oratio ex relatiuis accidentis ſic multiplicatur. Cũ talem M.Cato ratione reip.ſe ciué ſemp præſtiterit:qualé benemeritæ reipub.poſſidere deſiderant:tantaq; benemerita in patriam ſuã contulerit:quanta rectus ciuis iure ipſo conferre debet:totq; pro cõi ſalute pericula perpeſſus fuit:quot alius qui uis ſolitus eſſet ſuſtinere:non igitur ĩmerito oẽs Catoné ipſum bonũ uiꝝ & optimũ iudicare poſſunt.Relatiua etiã accidentis:ut ſunt talis:tantus:tot:& his ſimilia:multiplicant orationes cũ poſt illas orationes ex huiuſcemodi relatiuis confectas:neceſſario ſequatur illa coniunctio infinitans:ut uel q;.aut eorũ correſpondentia qualis:quantus:quot & ſimilia. quæ coniũctiones uel relatiua ſint alterius ſequentis orationis principiũ:& ſint cauſa q; aut una alia oratio:aut plures etiã orationes ſubſequantur.ut in his patet exẽplis.Numa Põpilius Romanoꝝ rex officioſiſſimus.talé ſe reip.gubernatoré præſtitit:tantũ Romanæ patriæ adiunxit.totq;. Ro.ciuibus beneficia contulit:q; uniuerſa Romanoꝝ patria ĩmortales ſibi gratias referre tenetur.Ité Gn. enĩ Põpeius tales a.M.Cicerone patrocinii fructus recepit:tantas eſt ex ipſo laudes conſecutus:totq; ĩmortalibus eius beneficiis exaggeratus eſſe uidetur.ut niſi ipſe Pompeius beneficiorũ ĩmemor haberi uelit: perpetua debeat ipſum Cic.beniuolentia cõplecti:& pari ſibi meritorũ uiciſſitudine reſpondere.Simili etiã modo de relatiuis ſubſtantiæ exẽpla ſumere poſſes:quæ propter breuitaté nolo enarrare:& po
A tuiſſem tot tibi dediſſe præcepta:quot conſpicis cõſiderationes.Vigeſimũtertiũ ergõ præceptũ ſimiliter circa pronomina ſume:uidelicet.Quod hoc relatiuũ qui quæ quod non conſtruatur ĩmediate cũ ſuo antecedente:ſed inter relatiuũ & ſuũ antecedens uerbũ interponatur aliquod.ut Homines diligo qui paci & ſtudio uacant.aliter qui paci & ocio ſtudent Gicero eloquentiſſimus fuit. qui cæteris in dicendo præſtitit.Platoné oẽs in primis laudant:qui rerũ diuinarũ cognitioné ante alios aperuit. Nonnunq; etiã ornatus cauſa relatiuũ ſuo antecedenti præponitur.ut quos in urbe tumultus excitaſti:multarũ ſeditionũ principiũ & cauſa extiterunt.Similiter interdũ a relatiuo incipimus orationem nullo antecedente expreſſo.ut Quæ tua humanitas eſt:maiorem beneficiorum rationem q; iniuriarum habebis.Quæ tua modeſtia eſt ferenda:æquo animo contumeliam hanc iudicabis. Nec ſolum in càſu recto:ſed in ablatiuo etiã hac dicendi ratione nonnunq; uiri eloquẽtiſſimi uſi ſunt.ut:qua animi prudentia ſemp extitiſti nunq; dubitatur.omnia te prudenter conſuloq; facturum.Hoc autem relatiuum Is ea id ĩmediate poſt ſuum antecedens collocetur.ut.P.Africanus is qui Carthaginé magna ſperantem:leges Romanorũ coegit acciperé:omnes ſummos bellorũ duces laude gloriaq; anteceſſit.
B Vigeſimũquartũ præceptũ circa uerba erit neceſſariũ Animaduerti enim q;plurimũ in compoſitione dilucidandi ſtili hoc præceptum eſſe diligẽter obſeruandum:ut fini orationis noſtræ uerbum aliquod perſonale uel ĩperſonale:ſiue finitũ:ſiue infinitũ:aut actioné aut paſſioné ſignificans ſit collocãdũ.Nã quéadmodũ qui uias faciens cũ multũ ambulauerit:diuerſarũ uideat ubi itineris finé & quaſi laboris ſui terminũ eſſe intelligit plurimũ recreatur.ita etiam ex uerbis in fine orationis terminatis: cũ ſententia illius totius orationis antetactæ apertius explicetur:ſit ut legentis animus meliori quidem intelligentia acquieſcat.Et ſi illud uerbum longũ fuerit aut plurimum reſonans:concinniorem profecto ſi in fine orationis terminatur.quã ſi in media aut alia orationis ipſius parte collocatur. ſonoritaté præſtabit.de quibus exẽpla per ordinẽ uidere pulchrũ iudicabis.quibus ſcilicet modis: quibuſq; rationibus ipſa uerba ſiue ſingula:ſiue plura in fine orationis collocentur.Exẽplũ ubi unũ uerbũ finitũ actioné ſignificans unicæ orationi inſeruiens in fine orationis terminatur.ut Ego enĩ homines claris uirtutibus præditos tantopere diligo:ut nulla res tã maxima eſſe poſſit q; non ego pro illis libenter perficerim.Exẽplũ ubi uerbũ finitũ in fine poſitũ:duabus inſeruit dictionibus. ut cauſam profecto meã iam facile ĩpetraſſem.ſi amor:ſi gratitudo in quibuſdã hominibus extitiſſet. Exẽplũ ubi duabus orationibus uerbũ inſeruit:ut ego quidé id ſemper egi:ut & me tibi amiciſſimũ extitiſſé.& tuis omnibus me nunq; defuiſſe intelligeres.Eodem quoq; modo uerbum in fine poſitum:tribus:quattuor:uel pluribus ſiue dictionibus:ſiue orationibus poſſet acommodari.De pluribus dictionibus exemplum tolle.nos cum prudentiæ:cum iuſticiæ:cum temperantiæ inuigilauerimus: uitam equidem officioſam faciliter perducemus.De pluribus orationibus hoc ſit tibi exemplum. Miror enim plurimum cur mihi aduerſeris:cum ego ſemper tibi plurimum inſeruire:affinibus ſedulo fauere:atq; amicis tuis uæhementiſſime opitulari ſtuduerim.Exemplum ubi duo uerba finita:quorum quodlibet unicæ orationi inſeruiat in fine orationis contigua terminantur.Ego enim rationes omnes:ex quibus pro maximis tuis in me officiis merito tibi gratificari poſſim:exquiro.Exemplum ubi tria uerba finita:quorum ſingulum ſingulæ orationi inſeruiat in fine orationis terminatur. ut Quoniam ea quidem ratione ad ſtudium ſcientiarum acceſſimus.ut bonarum artium uirtutem conſequamur:dãda é igiť opera diligẽs:ne ex ipſis ſtudiis niſi poſtq; uirtuté illã quã aſſeq deſideramus: adepti fuerimus:recedamus.Exẽplũ ubi uerba finita tria numero unicæ orõni ĩſeruiẽtia ĩ fine orõis collocanť:quæ ſententiã cõfirmatioré efficiant.ut Ego quidé tantope te diligo:colo:magnifico:qđ totã

tur inuere ut aliam agendi institutionē ingrediar. Aetas iam discursa alia me monet cogitare. De bel lo persico nos fama: rumore: nunciis: tabellariis: litteris certiores facti sumus. De exercitu classe Mythridatis per nostra nauigia inde redimita apertissime cognouimus. Hoc autem scito omnes numantinos eo aīo esse ut mortē seruituti anteponant Numantini nec desse nec supersse Carthaginensibus uolunt. Appius q̄ magnæ mihi molestiæ fuit nunciauit magnā bellorū irruptionē expectari. Appius q̄ iuitus audiui nūciauit magno nos ī piculo ee futuros. Appius q̄ mihi uæheméter displicuit signifi cauit magnas discordiæ futuras esse calamitates. Dicunt nobis magnæ inimicorū copiæ parari. Nun ciatur nobis magnus inimicorū exercitus congregari. Significantur nobis amplissimæ hostiū congregationes coadunari. Res sunt positæ direptioni & incendiis. Res arbitrio imperitæ multitudinis uexant. Res neglectis legibus malorum libidini suppositæ sunt. Imperiū est diminutū. Oēs ꝓuinciæ cō quassatæ sunt. Omnes ciuitates turbatæ sunt. Resp. maxima accepit detrimenta. Væhementer ad hoc me coegit inimicorū acerbitas. Maxime me ad hoc induxit aduersariorū iniquitas. Potissimū ad hoc me traxit multorū perfidia. Casus. n. mirificus interuenit: Accessio rei est uaria cōsecuta. Fortuna. n. diuersa interuenit. Sors equidē inopinata interiecit. Hæc mihi uicio dant. Hæc mihi impingunt. His me incriminantur. In hoc me deliquisse disputant. Relinquebatur difficilis illa deliberatio prouidendi. Restabat illa laboriosa pertractatio consulendi. Cæterū erat ut inueniremus rōnem recte tuteq; uiuendi. His ēt rebus carebam quibus me potissime sustentabam. Eram præterea illis amicis orbatus: qui mihi fauere solebant. Quā mihi spem pollicerer non erat Quod primum mihi promitterem nō reperiebam. Quod secundam mihi fortunam sperarem non occurrebat. Mihi. n. uidet indigne detractum esse Ciceroni. Videtur mihi Semproniū a Pelione sine cā lesum esse. Constat. n. Lentulum indignis quidē iniuriis a Pompeio affectū esse. Scis nescio quo pacto nostra uita incidit in oculos maliuolorū. Scis casu nescio quo nostrā operā incidere in perfidiam inuidorū. Si quis forte fuerit qui mihi nocere uellet. Si quem intelligeres qui mihi detrahere niteretur. Si cuius iniquitatem pernotares qui existimationi meæ inimicus esse conaretur. Iniqui inuidia impediti q̄ rectum est non probāt. Perfidi scelere ꝓfusi q̄ uerū est non laudant. Nefarii malignitate detenti q̄ decens ē non sentiūt. Omitto dicere q̄ olim dixeris. Missa facio q̄ quondā tentaueris. Meminisse nolo q̄ prisco tēpore molitus fueris. Nō cōmemoro quæ priscis tēporibus machinatus sis. Non sum iā cōmemoraturus q̄ iāpridē feceris. Nō sum explicaturus quæ iamdudū ætate cōmiseris. Mitto q̄ Clodius mihi semp fuit aduersarius. Præterea q̄ mihi semp obfuerit. Non dico q̄ acerbissimis me iniuriis affecerit. Taceo q̄ existimationi meæ uæheméter detraxerit. His tā in auditis deptionibus ludificatus. His tam intolerabilibus iniuriis affectus. His tam ignominiosis offensionibus lacessitus. His tam uiolentis lesionibus iflāmatus. His tam anxiis calamitatibus excruciatus. Recordor quod uacillabas quoniam ineptas uoluptates rectis & cō modis consiliis præponeres. Teneo memoria q̄ delirare solebas quia scelera probitati anteponebas. Vides enim exaruisse hominum liberalitatem. Non te fugit hominum benignitatem factam esse remissionem. Satis enim exploratum habes hominum caritatem esse uæhementer extenuatam. Hoc. n. erat mihi dolendum. Erat enim hæc iniuria mihi plurimū pmolesta. Erat enim hoc mihi deplorandū. Erat profecto hoc mihi acriter contristandum. Accidit mihi q̄ multis euenire solet. Mihi. n. id cōtigit ī quod recti homines sæpenumero incidere solent Soleo equidē ī illos fortunæ casus incurrere quos ēt subierunt q̄plurimi. Tiberius molitus est remp. turpiter impedire. Nelius tētauit bonis ciuibus litē intendere. Sylla non cessauit remp. pturbare. Catillina machinatus est cōem salutē usurpare. Illud uæhementer admiror: Illud non paruam mihi affert admirationē. Illud maximam me in admirationem inducit. Ex hoc non parua moueor admiratiōe. Illud soleo plurimū admirari. Solebamus ocia pace perfrui nunc accerrimo bello cōficimur. Solebamus libertatē possidere: nūc turpissima seruitute opprimimur. Solebamus ueritatē posse dicere: nūc cogimur debere médaciis assentiri. Quid aūt sperē tibi dicam. quid confidam tibi declarabo. quid cōiectē tibi aperiā. Quid sentiā tibi significabo. Quid uero exploratū hēam tibi denudabo. Secreto hoc audi. tecū hēto. non abeat longius. Vide quid mihi ꝓsumpsi: ꝓsuasi: cōstitui: cōieci: cogitaui. Vtriusq; nostrū magnū ītereſt. Magnum utriusq; nostrū interesse puto. Hoc utriq; nostrū incumbit maximopere. Hoc equidē ad rōnes utriusq; nostras uæhementissime ptinere uidet. Nunc nactus sum occasionē agēdi. Nūc sum tractādi facultatē consecutus. Nūc pficiēdi opportunitatē sum adeptus. Mihi erat ī aīo uelle facere. Animaduertera uelle curare. Excogitabam agere debere: Deliberauerā oportere pficere. Illud enī agēdū ē. orādū ē. prouidendū ē. Hoc nequaq̄ ē negligēdū. ptermittēdū: Agit diligenter. Laborat uæheméter. Curat studiosissime. Inuigilat quottidie. Nihil ptermittit. Sedulo fit. Sū hoc cōsecutus. Hoc uideor ꝓfecisse. Hoc enī complexus sum. Rem eo loco pduxi. Hoc egi. Hoc magno tibi erit adiumēto. Hoc tibi plurimū ē expediēs. Hoc ē tibi maxime cōducibile. Hoc tibi ē admodū opportunū. Hoc maximo tibi usui futurū ē. Hoc rōnibus tuis maxime cōducere uidet. Pluribus uerbis gras Catoni dixi. Multo sermone Catōi gratulatus sum. Lōga orōe Catoni gras ægi. Autoritate nobis opus ē. Cōsilio enī tuo īdigemus. Gra tua ē nobis oīo necessaria. Virtus. n. tua ē nobis plurimū opportūa. Hoc magno tibi erit honori. Hoc sūmo erit tibi ornaméto. Hoc tuæ dignitati admodū erit expediēs. Magna ē enī opinio de te. Magna ē de te cōmēdatio. Declarat mihi concordiā pacis agitari. Affirmat mihi bellū ꝓpediē terminari. Cætera sunt eiusmodi. Reliqua sunt eodē mō. Reliqua pertinent ad remp. Quantum possum recordari.

Quantū memoria repetere possum. Quantū ualeo cogitatiõe cõplecti. Quãtū humano ingenio possum reminisci. Quãtū ex lõgissima memoria possum ituri. Volo scias. Volo exploratū hẽas. Nolo te ignorare. Cupio ut certior fias. Postea uero q̃ Cicero mihi nũciauit: rettulit: significauit: me admonuit: certiorẽ fecit. Postq̃ Brutus me cõuenit: & ego cũ eo locutus sum. Postq̃ Brutus me adiit & ego sermonẽ cũ eo habui. Cũ Pharo ad me uenisset, ꝓfectus fuisset, me cõuenisset. Nondum satis constabat. satis erat exploratũ. clare apparebat. Collegi opinionẽ meã. mecũ locutus sum. me in consilium adhibui. Erant præterea hæc animaduertenda. ponderanda. pertractanda. Hac sententia dicta. hac causa ꝓorata. hac controuersia agitata. hac oratione pronunciata. hac re pertractata. hac opinione disputata. hac ratione cõmentata. Hoc consilio in causam nostram facto. Hac deliberatione in utilitatẽ nostrã facta. Hoc negocio in fauorẽ nostrum perfecto. Hac lege in nostras rationes edita. Hac sententia ĩ nostram cõmoditatem pronuntiata. Quod ego cũ audissem. ĩtellexissem. cognouissem. Omnes pendẽt ab ore Ciceronis. Omnium oculi in Ciceronem coniecti sunt omnes enim animaduertent quid Cicero facit. Hoc cum mihi Antonius scripsisset. ministrasset. significasset. me admonuisset. Nos ĩ hac sententia sumus. nos hoc sentimus. nos hac ducimur opinione. hoc enim nostrum est propositum. hæc nostra est institutio. hæc nostra est consilii deliberatio. Sed redeo ad prima. rerum ad summas reuertor. Cæterum ad caput ipsum regredior. Vt ommittã tam multa atq; tanta. Vt non cõmemorem tã innumerabilia. Vt missa faciam cætera omnia. Ego tibi meum consilium exponam. Ego opinionem meã in mediũ adducã. Ego tibi deliberationẽ meã denudabo. Ego tibi quid constituerim declarabo. In hoc aũt negocio illud mihi occurrit. In mea aũt cã hoc accidit. In meo aũt proposito istud euenit. Vt uerum dico. ut uerum profitear. ut rem ut se habet enarrem. Cũ est ad nos allatum. cum est nobis significatũ. nunciatũ. intimatũ. Quod cũ diceré: illud etiam adiunxi. Quod cũ exponerẽ: illud ẽt admonui. Quod cũ insinuarẽ. illud ẽt renouaui. Et ut dicẽdi gratia rẽ tibi narrẽ. Et ut exempli cã negocium tibi explicẽ. Et ut uerbigratia factũ tibi ostendã. Cum essem ociosus. negociis uacuus. laboribus subleuatus. occupationibus relaxatus. Mihi hæc ueniunt in mentẽ. hæc mihi occurrunt. hæc me exagitant. commouent. adhortantur. impellunt. me adire quosdam memini. quidam ad me profecti sunt adierunt. cõuenerunt. Idem etiam illa uidi. curaui. dixi. feci. Existimo id q̃ est Puto id quod re ipsa cõstat. Animaduerto rem ipsam ita esse. Mihi cõsilium captum iamdiu est. Iamdudum mecum institui. cõstitui. deliberaui. Iamantea mecum decretum est. Hoc mihi iamdiu certum est. Iamdiu mecũ quid sim acturus stabiliui. Sermo uerbis tectus. Oratio uerbis similata. Sententia circumlocutione prolata. Effectus alienis uerbis cohopertus. O rem gratam. O negocium acceptum. O causam desideratam O accessionem opportunissimam. O fortunam commodam. O condicionem expectatam. O rationem aptam. O factum conueniens. O uirtutem spectatam. O industriam perspicacem. O cõsilium sapientissimum. O æquitatem benignissimam. O constantiam perseuerãtem. O modestiam frugalem. O multa præclara. O plurima florentissima. O plura uenusta. O uaria magnifica. O quãplurima egregia. O innumerabilia conducibilia. O multa intolerabilia. O multa abominanda. O multa indigna. O multa pernicioſa. O multa errabunda. O innumerabilia implicata. O rem miseram. O incommoditatem inauditam. O tempora calamitosa. O consilium perditum. O uitam uituperandam. O detrimẽtum insperatum. O disciplinam præposteram. O superbiam inauditam. O perfidiam ĩtolerabilem. O uersutiam dolosam. O cogitationem pestiferam. O mores barbaros.

A

De Diuisione.

Iuisiones rerum explicandarum quottidie ad dicendum maximopere necessarias esse quis dubitat? Nam hæ profecto diuisiones cum auditores dociles efficiunt: tum etiam ita attẽtos & admonitos reddunt: ut quæ necessariæ rationes & argumentationes consequãtur. æquiori animo constituant. & eas lucidius intelligant. Ipsarum igitur diuisionum inuentiones prosequar: tametsi forte paucas putabis. Dicam igitur de quattuor rebus uidelicet de prudentia: de iusticia: de fortitudine: de temperãtia nostri Illustrissimi principis. Duæ enim res sunt quæ me ad te amandum impellunt. Tria enim esse constant quæ me admonent ut te mihi carissimum habeam. Hæc omnia me plurimum adhortantur ut tuis rationibus inseruiã. Duabus tuis epistolis respõdebo. Tribus tuis sententiis non assentio. Quattuor opinionibus tuis acquiesco. Sed breuiorem duæ me res faciunt. Verũ tres causæ ne longior sim me cõmonent. Sed conditiones quattuor ne scribere potuerim me retardarunt. Sed duo particulatim a te peto. Sed tria te nominatim rogo. Ostendam igitur oratoriam facultatem esse plurimum utilem honorificam atq; necessariã. Probaturus igitur. M. C. ex eius eloquentia magnam suæ reipub. commoditatem attulisse: amplissimam omnibus poetis dicendi opportunitatem reliquisse: & immortales sibi laudes ac nominis gloriam comparasse. Multis de causis uellem. Pluribus ex rebus exoptarem. His omnibus rationibus quæ tibi dicam cuperem. Tunc ego uaria mecum pertractaui. Tunc ego diuersis cogitationibus animo distrahebar. Tunc ego multa excogitare coactus sum. Multa enim sunt in tuis epistolis irridenda. Plura enim sunt inania a te dicta. Complura quidem sunt in tuis rationibus repræhendenda. In hac causa multa mihi ueniunt in mentem. in hoc enim negocio multa cogor excogitare. in his enim rebus multa meum animum exagitant. in hac enim controuersia uaria mihi cogitanti succedunt. Hominum senatorum uoluntates multiplices esse conspicio. omnium doctorum diuersas sententias esse uideo. Cicero hoc longa

oratione pertractauit.Cicero hoc acri cõtentione diſputauit.In noſtra beniuolẽtia obſeruanda ratio nes q̃plures intercedunt.in noſtra familiaritate cõplectenda per multæ ſunt conditiones.Harũ enim cauſarum nulla mihi uidetur eſſe conſentanea.Harum trium ſentẽtiarum nullam approbo. Horum enim duorum negociorum alterum ut faciam neceſſe eſt.In hac noſtra cõtrouerſia ẽ quoddã tertiũ. In re noſtra alia eſt conſilii deliberatio ſuſcipienda.Quoꝝ nemini credere poſſum.Quoꝝ neminẽ fi dũ nobis amicũ eſſe uideo.Hoꝝ uter mihi ſit acceptior non diſcerno.Hoꝝ utrũ potius uelim mihi incertũ eſt.Hoꝝ q̃s magis ſit exoſus ſatis aperte cõſtat.Hoꝝ cuius uitia maiora ſint clariſſime intelli gimus.Hoꝝ quẽ maiori odio ꝓſequamur liquido patet.Hoꝝ.n.quis uirtute ſit præditus. & quis ui tiis uolutatus ſatis intelligi poteſt.Horũ cuius conſiliũ ſit officioſum & cuius ſit ꝓnicioſum clariſſi mũ ẽ.Hoꝝ cui recta fides ſit adhibẽda & cui non ſit credendũ non dubiũ ẽ.Horum quem magis ſeq & quẽ effugere debeamus nobis ẽ notiſſimũ.Hoꝝ aũt quo uti & quo careꝛ nobis liceat noſtri cõſilii eſt.Quoꝝ alterꝝ laude maxima proſequimur:alterum ſumma ignominia inſectamur.Quorũ altero plurimũ gaudẽmus:altero uæheméter cõtriſtamur.Quorũ ab altero diligimur:ab alio acriter odio habemus.Hoꝝ unus uituperandus eſt:alter uero ſummis laudibus extollendus.Hoꝝ unius uirtutes deſiderandæ ſunt:alterius uero ſcelera ſunt effugienda.Hi profecto digni ſunt quoꝝ alteri cõſulatũ: alteri tribunatũplebis cõmittas.Hi quidẽ nullomõ ualẽt.quorũ alteri balnea.alteri criminoſorũ cu ſtodia promittat.Quoꝝ nullius uideo in ſtudẽdo diligentiã.Quorũ nulli adhærere poſſum.Quoꝝ alterutri adhærendũ ſit:officioſis potius q̃ inertibus me adiungã.Quorum ſi alterꝝ ſequi debeamus: pacẽ potius q̃ bella ſequamur.Quorũ utriuſq; uirtutẽ admodũ ſemp amaui.Quorũ utroq; utor ſæ penumero.Vtrũq; meũ eſſe duxi ut quid agere deberes monerẽ:& qd cõſtitueres ſuſtinerẽ. Vtrunq; meũ exiſtimo:ut te unice diligã & mutuis tibi beneficiis correſpõdeã.Dicã igit̃ ſummatim.ſcribã ꝑti culatim:narrabo cõpendioſe:litteris ut res expoſtulat ordine reſpõdebo.Orõni tuæ ut cã reqrit ꝑticu latim cõſcribã.Diſputatõi tuæ ut argumẽtoꝝ rõ depoſcit opinionẽ meã declarabo.Nos.n.cũ ꝓp inſi gnes uirtutes tuas:tũ ꝓp eximiũ tuũ erga nos amorẽ:tũ ẽt ꝓp maxima tua ĩ nos officia te mirifice dili gimus.Qui partim ꝓ honore cõparãdo.partim ꝓ uirtute celebrãda:partim ẽt ꝓ ignominia euitanda hoc refutare non debẽt.Qui ꝓfecto inimici partim ĩbecillitate:ptim ignauia:ptim timore nos tẽtare non audẽt.De q̃bus multa ad nos ipſos:multa ad remp.multa ẽt ad cæteros oẽs ꝑtinent.Planũ igitur uobis faciã ĩ hoc maleficio multos fuiſſe inimicos:multos corruptores:multos nocẽtes:multoſq; cõ ſentientes.Qui uel ex odio:uel ex inuidia:uel ex ignorãtia:uel ex arrogãtia:uel ex ꝓcacitate:uel ex ini quitate ſemper nobis detrahere nitũtur.Homines.n.uoluntate ĩmutantur:alias beneficiis: alias amo re:alias iniuriis:alias ſuſpitione:alias honore:alias ætate:alias fortũa.Aut.n.ſit imperator:aut rex: aut dux:aut princeps:aut dominus:aut cuiuſcunq; generis exiſtat ſapientia indiget.Ad ſtudium enim bo narum artium complectendum præter uoluntatem nihil tibi deeſſe uideo:neq; ætatem:neq; ingeni um:neq; facultates:neq; præceptores:neq; alias ullas res.Apud alios uirtus litterarũ excolitur: apud alios copia diuitiarum ad amatur:apud alios bellorum diſciplina exercetur.Quarum equidem ſcien tiarum inuentio induſtria:ratio:ſapientia:conſilium:eruditio:ſ̃ionor:dignitas:præſtantia:laus: fama: gloria te ad eas celebrandas uæhementiſſime incitare debent.Explicaturus igitur ſum quales in tuo negocio fuerunt fideles:quales perfidi:quales ſtudioſi:quales negligentes:quales amici:quales aduer ſarii.Siue enim pacem ſeruare uelimus:ſiue bellum exercere deſideramus:ſiue res alias curare ſtudea mus uirtute utendum eſt.Quod ſi effecerimus & honorem comperabimus & cõmoditatem conſe quemur:& uoluntati noſtræ ſatiſfaciemus.Oſtendam igitur uobis quantã cõmmoditatem:quãtã ob lectationem:quantãq; tranquilitatẽ ex pace ſumus conſecuturi.In medium igitur adducam quanta ĩ commoda:quanta pericula:quantos errores:quantas deſtructiones:quantaſq; malorum calamitates nobis bella ſedulo inferre poſſunt.Cognoſcetis igitur qui boni ciues fuerunt:qui negligentes:qui ſor didi:& qui ſedicioſi.Si remp.adamamus:ſi ciuiũ ſaluté curã habemus:ſi honorẽ deſideramus: ſi com moditatem appetimus:ſi rẽ nobis gratiſſimã cupimus:ſi diligẽté gloriã adoptamus:ĩ hoc plurimũ ela borare debemus.Niſi Clodii nocẽté uitã mõſtrauero:niſi aptiſſime delicti maleficia declarauero:niſi teſtes ꝓbatiſſimos adduxero niſi aptiſſimũ maleficiũ patere fecero.oĩum maximã me ſubiturũ pænã ſubiicio.Clariſſime igitur intelligetis Luciũ Catilinã multis nocuiſſe: multis detraxiſſe: multis inui diſſe:multis fidẽ p̃ſtitã fregiſſe.Quo in genere multa audiui:multa intellexi:multa uidi:multa cõpræ hendi:multa cognoui:multa palpaui:quæ uobis declarabo.Percipies igit̃ quæ ſint in urbe geſta:quæ ſint foris adminiſtrata:& quod ſenatuſconſultũ ſit conſtitutũ obſeruandum.Primo de pace dicturus ſum.deinde de ſtudiis.deinceps de moribus.cõtinuo de rep.tũ de priuata cõmoditate ciuium. poſtea de religione.poſtmodũ de ĩmortalitate animarum una cum ſalute omnium noſtrum.

De confirmatione.

Oſtea uero q̃ intentionem noſtram explicauerimus:non tam iucundũ erit̃ auditoribus q̃ noſtris rationibus permaxime cõmodũ:ut aliquibus modis & argumẽtatõibus ꝓpoſitio nes nr̃as cõfirmare ſtudeamus.Idcirco aliquas ĩueniẽdaꝝ cõfirmationũ uias in mediũ ad ducã:ex q̃bus quæ nobis cõducere uidebunt̃:eas uſui noſtro poterimus accõmodare.Nul la unq̃ ex parte hæſitaui quãta me ſemp beniuolẽtia cõplexus fueris.Tua erga me amoris coniunctio teſtibus non indiguit.Amor enim noſter confirmat̃ indies uæhementius.Noſtra ꝓfecto unitatis col

ligatio maius indies recipit incrementũ.Societas enim nostra tã optimis beniuolẽtiæ fundamẽtis sta bilita est:ut nunq̃ labefactari posset.Hoc uelim tecũ habeas neminẽ eẽ qui maiori a me q̃ tu beniuolentia cõplectatur.Ad amplissimã enim tuoꝝ in me officioꝝ magnitudinẽ:multæ aliæ bonoꝝ accessiones accesserũt. Ad eã enim nostræ antiquæ familiaritatis cõiunctionẽ accessit singularis quædam tua caritas:qua me meosq; omnes cõplexus es.Non enim facile diiudicatur uerus amor, nisi aliquod tanq̃ ex auro experimentũ uisum fuerit.Nõ enim recte cognosci posset uera beniuolentia nisi reꝝ ex perientia fuerit cõprobata.Hoc enim ut faciã nostri amoris uetustas depostulat.Hoc enim ut curem tua erga me officia demerentur.Facis enim rẽ amiciciæ nostræ cõdignã.Facis enim alienũ nihil a no stra beniuolentia.Est enim Sẽpronius ex meis intimis amicis.Est equidẽ Terentius in lauta mei amo ris parte collocatus.Res enim maiori amore a te curari non potuisset.Maiorem enim beniuolẽtiam in agenda causa mea mihi præstare non potuisses.Hoc enim animo ĩ me esse debes.Hac profecto uo luntate me debes complecti.Hæc enim res maximo mihi erit emolumento.Res enim ista ratõnibus meis maximopere est conducibilis.Hoc enim ad rationes meas constabiliendas uæhementer pertine re uidetur.Nihil enim mihi acceptius ex omnibus humanis rebus exoptassem.Rem enim gratiorem euenire nõ desideressem.Hoc enim fieri melius q̃ dici uolo.Hoc enim re ipsa potius q̃ uerbis fieri cu pio.Nullus enim erit deliberandi locus ac opinione utilior.Nemo enim esse poterit hoc homine no bis opportunior.Nullum erit cõsiliũ hac deliberatione cõmodius.Nihil certe reperitur hoc negocio conducibilius.Nam ea cogitasti quæ maximopere conducunt. Nam ea fecisti quæ uæhementissime cõprobari debent.Nam ea transegisti quæ rationibus nostris se accõmodãt.Omnia ꝓfecto curare uo lo quæ te uelle existimabo.Omnia sum libenter suscepturus quæ tu mihi ponas.Omnia certe agere desidero quæ tibi cõducere arbitrabor.Hoc ꝓfecto uelim existimes me nõ minori cura uelle tuis lau dibus q̃ meis fauere.Hoc equidẽ tibi uelim persuadeas honorem tuum non minus mihi q̃ tibi ipsi ca rissimũ esse.Perpetuum enim me tui defensorem es habiturus.Facillimum equidem me tuæ laudis amplificatorem semper habebis.Quis.n.in negociis magis est curiosus q̃ Cicero?Quis est.n.ĩ tractãdis rebus minus impiger q̃ Cicero.Non enim solũ litteris:sed etiam fasciculis te implebo. Non equi dem tantum epistolis:sed etiam libellis te incitarem.Facilius est enim mihi tuis litteris respondere: q̃ te litteris meis prouocare.Ego quidẽ leuius tibi respondere possum:q̃ litteris te meis incitare. Non enim tam grauiter laboro ut tuis respondeam litteris q̃ defatiger ex meis te litteris uisitare. Nullam equidem moram pati possem cum me tibi accõmodare debeo.Nulla profecto ĩtercedit negligẽtia cũ tuæ res operã meã desiderant.Summam equidem pro rebus tuis curam adhibuimus. Nihil enim ꝓ tua causa a nobis prætermissum est.Omnia quidẽ pro rationibus tuis officia præstitimus quæ ab of ficiosissimis præstari potuissent.Et iam in re fundamentũ inieci maximum.Et iam in negocio spem bonam consecutus sum.Honorem enim tuũ & uerbis & rebus quibuscunq; potui libẽter exornaui. Dignitatem enim tuam & orationem & opere omni quantum in me fuerit tuebor.Totas equidẽ ra tiones tuas uiribus omnibus susciplam defendendas.Nam Albertus tantopere pro te laborauit ut ni hil prætermiserit.Nam Cicero ita causam tuam egit ut maiori quidem studio ageꝛ nõ potuerit.Quã to studio Fanius res tuas curauerit:testis est assidua eius uigilantia.Equidem nihil quod ad te perti neat prætermisi.Omnes enim sum rationes complexus:quæ in tuã cõmoditatẽ redundare uideban tur.Omnia quidem perfeci.quæ dignitatem tuam exornare & facultates exaugere ualent. Omnia di ligentissime curaui quæ rationibus tuis accõmodari possent.Complura profecto fuerũt semper tua in me studia laboris diligentiæ actionis uigilantiæ.Immortalia quidem tua erga me semper extiterũt uirtutem beneficia consilii admonitionis doctrinæ amoris adhortationis uoluntatis desiderii. Hæc enim tuæ dignitati:tum etiam nostræ beniuolentiæ me debeꝛ diiudico.Hoc enim cum tuorum uir tutibus:tum etiam tuis officiis attribuo.Dies enim atq; noctes tua in me officia ante oculos uersanꝫ Continuo enim memoria ĩmortalia tua in me beneficia cõplector.Tua enim ĩ me benemerita nunq̃ mihi a memoria discedunt.Quæ tua in me merita contulisti nunq̃ ex anima dilabuntur. Hæc enim res nullam habet dubitatiõem.Hoc enim negocium nullã habet difficultatem. Hæc enim causa nul lum pene laborem desiderat.Nihil est quod studio & diligẽtia fieri non posset.Nihil enim est quod non posset beniuolentia confici.Nihil enim quod uerus amor non iubeat efficere.Nihil enim profe cto quod dedita opera perfici non possit.Est enim consilium nostrum ab omnibus approbandum. Quod a nobis decretum est rectum esse putamus.Quæ a nobis gesta sunt omni uitio carere uiden tur.Ego enim mei consilii maiorem indies fructum & uoluptatem cupio.Meum enim cõsiliũ quot tidie magis est mihi conducibile.Incredibile est enim quantopere tibi cupiã satisfacere. Vix enim cre dere posses quantũ cupiã unũ me tibi q̃gratissimum demonstrare.Cupio enim nullam timoris curã nobis insidere.Desidero plurimum nullam dubitationis molestiam remanere.Omnia profecto sunt tibi sustinenda ut laudem & gloriam tibi compares.Nihil enim est quod non laude & gloria libentis sime facere debeamus.Nihil est profecto tam difficile quod non tibi pro honore & fama facillimum uideri debeat.Ita enim natus es ut hoc efficere debeas.Ita enim doctus es ut hoc assumeꝛ debeas.Sed illum tuum animum fac adhibeas quo te esse oportet.Sed eũ te præbeas:quem tuæ uirtutes esse uo lunt.Nullã profecto partẽ inuenies quæ non sit cofracta.Nullum enim mẽbrũ conspicies:qđ non sit debilitatũ.Nullũ equidẽ locũ uidebis qui non sit cõquassatus. Tanta enim est tuarum uirtutum exi-

ſtimatio ut hoc facere debeas. Tanta enim eſt tuæ probitatis ſpes ut agere uelle debeas. Illa eſt quidē iocunda laus quæ a uiris laudatis proficiſcitur. Ea eſt equidē firmiſſima laus quæ ab his celebratur q in maxima laude uixerunt. Is enim uerus honos uideri ſolet: qui non ex uerbis ſed ex rebus ipſis naſcitur. Ea quidē uera gloria uideri ſolet: quæ ex ſalute reip. fieri ſolet. Cicero ea natus eſt conditione: ut nihil niſi quod rectum eſt curet. Cicero ea eſt ratione cōſtitutus ut honeſtum ſemp exquirat. Cicero is ſemper uir fuit ut ab officio nunq̄ deduci potuerit. His enim conſiliis præſtat Cicero quæ plurimū humano generi proſunt. His enim facultatibus abundat Cicero quæ ſunt oībus conducibiles. Nullā poſſes diſciplinā conſequi ex qua maioré nominis exiſtimationē tibi cōparare poſſes. Nihil equidem ex omnibus humanis rebus curare poſſes quod uirtute p̄clarius haberetur. Nihil.n. eſt ꝑfecto quod humano generi magis conducat. Nihil enim eſt de quo maioré homines cōmoditatē conſequantur. Recte quidē facere plurimū ualet ad beate uiuendum. Officioſe uiuere optimum ducemus ad fæliciter uiuendum. Si uirtus aliquando locum eſt habitura tu eris in ſupremis. Si uirtus ullā unq̄ eſt receptura facultatē p̄ſtantiſſimum dignitatis locum obtinebis. Aduentus.n. tuus clarus erit oībus. Summo.n. deſiderio ab oībus expectari. Tua.n. ad nos profectio ampliſſimā tibi laudē cōparabit. Oēs enī uiri prudētes hoc factum probant. Omnes profecto qui de rebus recte ſentiunt hoc laudant. Omnes equidē conditiones quas ſcripſiſti ꝑbabiles exiſtunt. Omnes cauſæ quas cōmemoras iuſtiſſimæ ſunt. Quæ mihi narraſti ita ut dicis conſtare uidentur. Quæ mihi per tabellarios & nūcios ſignificaſti ita eſſe conſtant. Fateor enim opinionē tuā eſſe uerā. Concedo equidē inſtitutionē tuā eſſe laudabilem. Hæc enim ſi ita ſunt cætera erunt faciliora. Quod ſi hæc uera ſunt: de reliquis optime ſperandum é. Hæc ſi ita p̄dicantur cætera meliora ſequentur. Volo enim hoc te ſcire nullius auctoritatē apud me tantum ualere quantum tuā. Hoc uelim ratum habeas me nullius amore magis q̄ tuo moueri poſſe. Non enim minus te uelle q̄ poſſe mihi exploratum eſt. Non equidē minus libenter hoc facere deſideras q̄ ego depoſtulé. Ego.n. ſingulis uerbis tuis ſingula teſtimonia tribuam. Ego.n. unicuiq; orationi tuæ auctoritatē maximā adhibebo. Hoc enim mihi ut uero teſti uelim credas. Hoc ꝑfecto Ciceroni ut ſummo oratori credere minime dubitare debes. Teſtis eſt optimus meus in Catonē labor. Teſtis é enim mea in Catoné uigilantia. Omnes enim qui iſta nouerūt teſtes habemus. Omnes enim qui hæc tractare ſolent pro nobis teſtabuntur. Omnes profecto qui hæc profitentur firmā fidē præſtare poterunt. Omnis enim mea ſpes in te poſita eſt. Omnē enim meā in te ſpem collocaui. Omnem profecto ſpē cauſæ meæ gubernandæ in te uno firmaui. Omnis enim ſpes huius negocii perficiendi in te collocata eſt. Neminē aliū q̄ te mihi patronum eſſe uolo. Nāq; illud non dubito quin etiā ꝑ me libenter ſis facturus. Non equidē unq̄ ueritus ſum quin tu ſemper rationibus meis recte conſulere uelles. Nō enim dubitaui quin tu mihi libenter fauere uelles. Nihil enim tantum eſt quod a te confici poſſe nō confidā. Nulla enim res tam difficilis eſſe pōt. quæ tibi non fuerit futura q̄facillima. Scio enim quantum ponderis oratio tua ſit habitura. Scio enim quantum facultatis tua p̄ſentia ſit p̄ſtitura. Scio enī quantū cōmoditatis tua cōmendatio ſit allatura. Te quidē maximū hominē futurum eſſe exiſtimo. Te profecto uiꝝ fore præſtantiſſimum iudicio oīum iudico. te quidē ſummū in ciuitate uiꝝ ex omni expectatione maxime ſpero. In eum quidē locum res deducta eſt ut niſi deus nobis ſubuenerit maximis incōmodis afficiamur. In talē enim ſtatum negocia cōpulſa ſunt: ut niſi diuina clæmētia nobis opē præſtiterit: acerbiſſimas ſimus calamitates perpeſſuri. In eum enim caſum me fortuna compulit. In id profecto infortunium me ſors intruſit. In eā quidē tēpeſtatē me fatū iniecit. Illud enim eſt maxime in tuis rationibus illudendum. Illud enī quod ſcribis merito uidetur irrīdendum. Illud eſt enim tuis epiſtolis plurimum ludificandum. Hoc enim credulitate non culpa contractum eſt. Hoc quidē errore non uitio accidit. Hoc profecto nimia facilitate non fraude factum eſt. Verecundia quæ ī periculis repudianda eſt Cæſari male conſuluit. Timor enim infamiæ quæ in difficillimis rebus moderanda eſt multoꝝ hominum cauſa mortis fuit. Homo enim natus ad deſidiā excolendam. Hominis uita tota languoribus eſt referta. Hominis enim uita ad nihil aliud nata q̄ ad fruges cōſumēdas. Hoc n. ſic habeto. Hoc tibi ꝑſuadeas uelim. Hoc ſcito eiuſmodi. Hoc.n. exiſtimes uelim. Hoc uelim ita hē as exploratū. Hoc enim memoriæ manda. De quo ſic uelim exiſtimes. Spē habes firmiſſimā. Tu autē hoc tibi perſuade. Illud hoc tibi affirmo. Crede enim hoc mi Cicero. Illud quidē ſcio. Tantum dico. Illud enim non dubito. Hoc tā uere dicā. Hoc dicā ut ſentio. Illud enim aperte audeo profiteri. Illud profecto confirmare poſſum. Ego enim uideo hæc plane fore. ego conſpicio hæc eſſe futura. ego ſic coniecto. ego quidē hoc auguror. Ego hoc tibi polliceor. hoc cōfirmo. hoc profiteor. Nihil eſt quod curē diligētius. Mihi enim maximæ curæ eſt. Eſt enim plurimum mihi cordi. Hoc enim claꝝ eſt: certum eſt: exploratum eſt: manifeſtum eſt: liquidum eſt: expeditum eſt. In oculis enim poſitū eſt. In medium adductum eſt. Omnibus palam eſt. oībus planum eſt. Hoc unicuiq; apparet. Hoc cuilibet planum extat. Nulla enim de hoc eſt dubitatio. Non equidē dubium eſt. Nulla eſt de hac re controuerſia. Tantum dico. Tantum ſcribo. Tantum affirmo. Non enim me fallit. prærerit: fugit: clam eſt. Non enim ſum ignarus: expers: de hoc īprudens. Satis enim intelligo. Optime quidē cerno. Diligenter aīad uerto. Clariſſime perſpicio. Sic enim res habet. Sic cauſam eſſe conſtat. Sic enī uideo. Sic enim res habetur. Sic enī dicitur. Sic equidē fertur. Sic enī uidetur. Vt debeo: ut par ē: ut ius poſtulat: ut uirtutes tuæ demeritæ ſunt: ut mea beniuolētia requirit: ut tua ī me merita depoſtulāt. Vt negociū req̄rit. Vt

cauſa deſiderat.ut rō depoſcit.ut caſus exigit.ut conditio nobis expedit.ut fortuna adhortatur. ut acceſſio adminiſtrabit.ut ſors cadet.Neq; iniuria enim.Neq; enim ſine cauſa. Neq; enim īmerito. Neq; enim mirū eſt.Opus eſt enim.neceſſe eſt equidē.neceſſitas enim poſtulat.expediens enim eſt.oportet equidē.Res equidē tua agitur.tuū enim eſt onus.tuū eſt officiū. Video enim quid mea interſit.Nō.n. me fugit quid mihi conueniat.Non enim me præterit quid mihi conducat.Hæc mea fuerat cōiectura.Fateor enim hoc meum fuiſſe p̄ſagium.Hoc enim ſemper fore exiſtimabam. Morem profecto tibi ſemper geſſero.Tibi enim ſemper obſequentiſſimus fuero.Sū enī tibi ſemp obtēperabilis.A præceptis enim tuis nunq̄ diſcedam.Nullam unq̄ admonitionē tuā recuſabo.Si tuum mihi officium p̄ſtare conſtitueris.Si tuum mihi auxilium præſtiteris.Si te mihi accōmodaueris.Hoc enim ualde ꝓrſus placet.Hoc enim me plurimum delectat.Hoc enim mihi admodum eſt gratiſſimum. Hoc enim mihi accidit multo iucundiſſimū.Hoc.n.ē mihi in optatis reponendū.Non enim dubito te dare operā. Non equidem dubito te curare:te inſtare:te inuigilare.Circunſpice omnes rationes meæ cauſæ: conſidera omnia membra noſtri ſtatus.Speculare omnes uires noſtræ facultatis.Nihil eſt uirtute formoſius:nihil amabilius:nihil pulchrius:nihil præſtabilius.Nihil eſt probitate præſtantius. Nihil eſt tua mihi inſtitutione gratius.Nihil eſt profecto tua mihi uoluntate iucundius.Nihil eſt equidē tua mihi familiaritate ſuauius.Adhuc ſum in ea ſententia.Inſtitutam opinionem adhuc obſeruo. Ego enim is ſum qui antea eſſe ſolebam.Adhuc ſum in deliberata ſententia conſtitutus.Alia enī opinio indies magis confirmatur.Mea enim uoluntas omnibus in rebus conſtans ſemper permanebit. Me quidem in honeſto propoſito eundē ſemper eſſe uidebis.Neceſſe eſt enim ut horū unū ſequaṫ. Oportet equidē ut iſtoꝝ alteꝝ ſubeamus.Potes enim hoc cōmodiſſime facere.Eſt enim in tua poteſtate.In hoc p̄ficiēdo idoneā habes facultatē.Quoniā rō ita cōparata ē.Quoniā ita diuinitus datū ē. Poſtq̄ ita fortuna iubet.Poſtq̄ ita ſors cecidit.In hac profecto re ego interfui.In hoc ego negocio fui. Quibus omnibus in accidentibus me ſcias interfuiſſe. Vt teſtatur Cicero. Vt hæc omnia apud Ciceronem.Hæc omnia ut inquit Cicero.Hæc oīa Ciceronis ſententiam eſſe uidemus. Vt apud Ciceronem conſtare uidetur. Hæc omnia promiſſa fuiſſe audiui.Hæc omnia cōfirmata eſſe cognoui.Certa uidi hæc omnia. Hæc ego eiuſmodi eſſe ſtatuo.Equidem hoc arbitror.Tantum enim uideor intelligere. Vt paulo ante dixi:commemoraui:propoſui:præſcripſi. Vt paulo ante a me dictum eſt: præſcriptum: commemoratū eſt.Cuius rei modo mentionem feci.Sed illud idem quod in initio ubi ſcripſi. Illud equidē affirmare poſſum.Neq; enim hoc eſt tacendum:p̄termittendum:obliterandum.Neq; hoc in extremis permittereṫ.Huc accedit cōmemoranda quædā beneficioꝝ p̄ſtātia.Poteſtatem habes.Autoritatē ſuſtines.Facultatem poſſides.Tibi enim autoritas data eſt.Facultas conceſſa Idonea oblata cōmoditas. Rē profecto es idoneam conſecutus.Hoc enim in te eſt.Facillime potes.Plurimum uales. Non eſt uſq̄. Non enim conſtat in rebus humanis.Nuſq̄ profecto reperitur.Cato enim multa pertractauit.Multa expertus eſt.Multarum rerum uſum habet.Multoꝝ negocioꝝ experimentū tenet.Hæc enim mihi ſpes ē. Hæc.n.mihi ſperare licet.Hæc enim futura coniecto.Res equidē moleſta:iniqua:indigna: pene intolerabilis.Turpe enim eſſe exiſtimo.Eſt enim plurimū inconueniens.Puto enim ab illo eſſe abhorrendum.Paulus eſt uirtutibus inferior.poteſtate imbecillior.Autoritate minor. Vſu rerū indoctior.Epiſtola enim non erubeſcit.Litteræ quidem nullius conſpectū uerentur.Non enim ſcriptura quenq̄ expaueſcit.

De confutatione.

Onfutationes præterea maximopere ſunt ad dicendum neceſſariæ.Nam cum noſtrorum argumentoꝝ rōnes auditoribus p̄ſuaſerimus:nondū ſibi auditores ſatiſfactū eſſe cēſebūt niſi ea q̄ nobis obiiciunṫ aut tacite obiici poſſent: ꝓbabilius rōnibus refellerimus.Quod cū ita ſit:non mihi uiſum eſt incōmode factū ſi de his refutandorū locorū rationibus conſequenter ex ordine interſeramus.Ego enim in te amando beniuolentiæ obtineo principatū. Tu enī ſic a me diligeris:ut nemo alius magis.Sed moriar niſi te amore ſuperem.Sed peream ſi te beniuolentia non uincam.Non pene minus te diligo q̄ pater tuus ſemper amauerat. Caue exiſtimes neminē te mihi cariorē.Caue credas neminē ardentiori me beniuolentia q̄ te cōplecti.Si intellexero quid uoles uoluntatē meā tuo deſiderio adiungā.Si mihi p̄ſuadere potero quid deſideres:faciā ſponte mea quod cupis.Non.n.me īpedient inimiciciæ dū tibi proſim.Neq; ullus me dolor p̄turbabit q̄n me tibi accōmodem.Neq; ullus me labor deterrebit quin totū me tibi præbeā.Neq; uliæ me occupationes detardabunt quin tibi ſatiſfaciā.Fac habeas rationē noſtræ beniuolentiæ.Fac noſtri amoris ſis diligentiſſi me memor.Quid noſtræ beniuolentiæ cōiunctioni p̄termiſſum fuit?Quid noſtræ familiaritatis ſocietati adiungi potuiſſet?Non timebo oīa ſubire pericula dū tibi proſim.Si una eſſe poterimus aīoꝝ tamē coniunctione fruemur.Si mecum eſſe non poteris ego tamen aſſidua te cogitatione cōplectar. Si p̄ſentiā noſtrā colere non ualebimus:licebit tamē mutuā noſtrā īterrecordationē celebrare poſſe. Pro ſalute patriæ cur nō oēs exponimus facultates?Pro cōi ſalute cur non oīa bona ꝓfundimus? Maioribus enī meis te benemeritis exornabo:q̄ tibi in mentē uenire poſſet. Dirigā enim oīa pro te diligentiſſime.Nihil enī a me p̄termittitur quod ad te pertinere exiſtimē.Velim enī a me expectes quæ ab amiciſſimo expectanda ſunt.Omnia uelim a me & familiariter expoſtules & optima ſpe expectes. Id enī agā in rebus tuis ut nullā ſis meā negligentiā accuſaturus.Cū plus pro te fecero q̄ potuero: minus tamen profecero q̄ debuero.Cū longe maiora ꝓ tuis ornamētis conatus fuero q̄ mea facultas p̄-

ſtare poterit: multo minora fuero conſecutus: q̃ imortalia tua in me merita depoſtulent. Si mihi pro te moriendũ eẽt: nulli tamẽ parti tuorum in me officiorum uiderer ſatiſſeciſſe. Si mihi pro cõmodis tuis uita eſſet effundenda: nõ tamẽ uiderer tuorũ in me meritoꝝ magnitudinẽ aſſecutus. Ego ut par eſt ad tuã uoluntatem me confirmo. Ego ut tua in me cura depoſtulat me tibi totum accõmodabo. A Ciceronis uoluntate honeſta per ampliſſima eius in me merita diſſentire non poſſũ. Per Ciceronis familiaritatem atq; amorem non licet mihi ab eo diſſentire. Nulli cuiq̃ concedo ut tui ſtudioſior ſit quam ego. Neq; in hoc me uincere poteſt qui tuæ dignitatis ſit cupidior q̃ ego. Neq; ullum unq̃ tempus intermiſi te iuuandi. Neq; ullum unq̃ pro te laborem defugi. Neq; ullam unq̃ rem pro te ommiſi neq; ommittã curare. Neq; tamen Catoni defuturus ſum. Neq; tamen Catonis cauſam derelinquã. Iniuriam a te mihi fieri puto cum a te roger. Rem mihi ingratam facis cum aliquid precibus contendis. Magna me afficis iniuria cum rogando officium meum poſtulas. Ego pluſq̃ feci facere nõ potuiſſem. Ego maiori ſtudio rem curare non potuiſſem. Ego maiores uires q̃ oſtendi præſtare non ualeré. Te q̃ primum incommodis liberaſſem. Te illico incolumẽ reddidiſſem. Ne punctum quidem temporis in moleſtiis fuiſſes. In hac cauſa magis elaboraui q̃ oſtendam. In his rebus maiora ſum acturus quam demonſtrem. Hoc enim in negocio ſum plura præſtiturus quam pollicear. Non enim perſcribere poſſum quantum mihi erat gratum ſi Catonem quietum reddideris. Nõ poſſum uerbis explicare quam erit mihi iucundum ſi Catonem precioſum præſtiteris. Nullo ſatis poſſem dicẽdi genere declarare quam mihi erit acceptum ſi Catonem moleſtiis liberaueris. Ignoſce mihi Gaſparinum excuſantem. Patiaris me Gaſparinum defendentem. Quid.n. eſt cur non bonorũ familiaritatem deſiderem? Quid obſtare uidetur cur non iuſtorum mihi cõſortium adoptem? Oblitum me putas amoris caritatis humanitatis tuæ. Immemorem me exiſtimas tui erga me officii laboris diligentiæ uigiliarum periculorum. Ingratum me arbitraris liberalitatis benignitatis beneficiorum erga me tuorum. Quod ſi uita mihi contingeret me tibi amiciſſimum demonſtrabo. Quod ſi uita mihi ſuperſtes fuerit: me tibi beneficiorum memorem præſtabo. Niſi ob tuam erga me beniuolentiam tibi cumulatiſſime ſatiſſecero hominem me eſſe non arbitrabor. Niſi pro immortalibus tuis in me meritis parem, tibi gratiam retribuero: uirum me bonũ non exiſtimabo. Niſi tua erga me officia paribus meritis cõprobauero ipſe me hominem non iudicabo. Non enim mihi ullo modo fatiſſacio cum nõ reperiam quibus rebus tibi gratias referam. Cum ea quæ tibi deſiderem re ipſa conſequi non poſſum. Cũ nullam partem tuorum erga me meritorum in referenda gratia conſequi ualeam. Nunquam enim mihi acquieſcam niſi prius quæ a me uelis ex ſententia perficiam. Ego tanti te facio ut quicquid egeris ſtatim probaturus ſim. Pro ſũmo meo in te amore quæ tibi placere uidebũtur rectiſſime uera exiſtimabo. Nihil enim cõmittere poſſes quod mihi poſſit diſplicere. Plus enim a te mihi prouiſum eſt q̃ poſtulaueram. Magis enim mihi opitulatus es q̃ ſperaueram. Maiora quidem in me benemerita contuliſti q̃ a te contenderam. Non enim Ioſiam optime de me meritum derelinquere. Non enim paterer Ioſiam meæ uirtutis amplificatorem impune ab iniquis oppugnari. Non enim poſſem ſufferre ut iniqui Ioſiam mei admodum amatorem impune laceſſerent. Non enim mei eſſet officii qui ſufferre deberem q̃ inuidi Gaſparino mei amantiſſimo detraherent. Neq; ullum tantum eſſe poſſet quod ego non putem impendere poſſe. Neq; ulla tam magna iactura eſt: quam ego nõ exiſtimẽ accidere poſſe. Neq; eſt ulla tam magna calamitas: quam ego non mihi perſuadeã poſſe contingere. Malo enim meis uitæ rationibus delectari q̃ alienis uiciis gubernari. Malo enim eſſe mihi ſimilis q̃ alienis. Quæ facio quottidie magis me delectant q̃ aliena. Me quidem non ex fortuna: ſed ex uirtute pendere uidiſti. Nõ enim diuitias ſed uirtutes ſum ſecutus. Non equidem homines copiis opulentos ſed uirtutibus celeberrimis excolui. Illud cogita ne rem magis periculoſam exiſtimes q̃ ſit neceſſe. Illud uide ne ſine periculo timere uidearis. Illud prouideas ne timendo magis timere cogaris. Sed ea tu inſignitus es ſapiẽtia: quæ maiora prouidere poſſet. Verum tu pro ſingulari induſtria tua hæc commodius trãſigere poteris. Sed tu hoc facilius multo pro tua ſingulari prudentia iudicabis. Sed hæc tu melius ex re temperare conſtitues. Reliqua ſunt in teipſo & optima quidem. Quæ omnia acciderunt Cicero dixit futura. Qui autem caſus euenerunt Cicero multo ante prædixit. Quæ autem ſunt conſecuta: Cicero prævidit. Quod ſi hoc tibi conſilium non placebit: aliud mittemus. Quod ſi hæc tibi ratio non ſatis uidebitur cõſentanea: alias quæremus commodiores. Non dubito quin tu plus prouideas q̃ ego admoneam. Nec diffido quin tu melius rem pertractes: q̃ ego tibi declarem. Propone tibi quid clari homines facere ſolebant. Cogita quam uitæ rationem ſapientes obſeruarunt. Exemplum fac tibi ſumas uitam officioſorum uirorum. Tempora autem qualia futura ſint quis ſcit? Rerum autem conditiones quem finem habituræ ſint incertum eſt. Quæ autem fortunæ acceſſiones ſint conſecuturæ quis uaticinari poteſt? Quæ acciderunt fuerunt uera tam re q̃ ſuſpicione. Quæ nuper euenerunt nõ tam uera q̃ uiolentia fuerunt. Nam intelligo iſtis rationibus te nihil proficere. Non uides rebus iſtis nihil te prodeſſe poſſe. Non animaduertis iſtis moleſtiis nihil aſſequi poſſe. Quod ſi non poſſum aliquid perficere ſuadendo ego iam & precibus a te contendo. Quod ſi monitionibus meis obtemperare nolueris: precibus fac ſaltem obſequaris. Qui ſi amantiſſimis perſuaſionibus meis non flecteris: ſummis tamen ſupplicationibus fac mouearis. Faciam per meipſum & uires meas experiar. Negocium egomet ſuſcipiam & conabor quod poſſum. Aggrediar egoipſe rem iſtam & nitar quid cõſequi poſſim. Neq;

colas res immundas inanes atq; uolatiles. Neq; nimis cures incerta humilia breuia fugitiua instabilia caduca. Neq; nimiũ desideres ea quæ sunt hominibus incõmoda nociua & ignominiosa. Sed adhortatione nõ puto te indigere. Sed mea tibi admonitione nequaq̃ opus existimo. Sed ut arbitror præceptis meis nõ egebis. Sed in hac re nullam tuam accipio excusationẽ. Sed ĩ hoc negocio nulla tua apud me ualebit excusatio. Sed in hac cã tua apud me excusatio nulla est fidem habitura. Quãtum me possis adiuuare facile intelligo. Quanto mihi præsidio esse possis clarissime perspicio. Quãtum enim rationibus meis prodesse ualeas clarissime mihi constat. Quid rebus meis consulere possis est mihi liquidissimum. Neq; enim dubito quantum mea cã uelis. Neq; enim uereor quantopere mihi prodesse desideras. Neq; enim moueor hæsitatione quantopere mihi fauere cupias. Ego quem potius debeam inuocare q̃ eum qui causas meas uincere solet? Ego cui me potius commendem q̃ ei quo salutem recipere consueui? Ego cuius auxilium potius requiram quam eius cuius ope & præsidio meus status incolumis conseruatur? Nec dubito quin cum multis benigne feceris: mihi etiam tibi amicissimo fauere uelis. Neq; n. uereor ne cum ignotis liberalissimus sis, mihi etiam tui amantissimo tẽ accommodare uelis. Neq; n. hæsito: quin cum inimicis tuis officiosum te præstiteris: mihi etiã gratiosissimus futurus sis. Mihi autem in hac causa nihil aliud opus est, nisi ut autoritatem tuã interponas. Mihi autẽ ut hoc impetrem nihil deficit: nisi ut sententiam tuam adiungas. Mihi autem ut quæ uelim cõsequar aliud nihil deest nisi ut te mihi facillimum præstes. Id erit firmum: si Arpini uoluntas intercessit. Id stabilitum fore arbitramur: si Arpinus officium nobis suum præstiterit. Sed quid eam causam tãtopere tibi commendam: quam tu communem tecum existimas? Sed quid ego de ea re tam uæhementer tecum contendam quam ad te ipsum pertinere arbitraris? Sed quid ego de his negociis tantopere te obtundam quæ tecum sedulo tractas? Spem tamen habeo tempora aliquando futura meliora. Spero tamen fortunam aliquando mihi maiorem euenturam. Non enim mihi persuadere possum ut fæliciorem aliquando status conditionem consecuturus sim. Non enim opinione: sed certis signis hæc tibi significo. Non equidem aliorum auditu: sed certis rationibus hæc tibi scribo. Nõ enim somniis: sed uera rerum experientia hæc tibi narro. Neq; enim obscuris personis res agitur. Neq; enim dubiis conditionibus cõtractatur. Quo aĩo hæc recipias nõ nimis curo. Qua rõne hæc interpreteris paruifacio. Si oẽs homines aliud mihi persuasissent: ego tamen hac eadem usus sententia fuissem quam audisti. Huius ego constantiæ semper extiti atq; fore cõfido: ut meæ cõstitutionis nunq̃ me pœniteat. Adhuc in eadẽ sum sententia: ut quæ fecerim recta mihi uideanť. Libẽter tibi me & facile purgaré. Libẽter tecũ iracundiã euomerẽ. Putares fortasse ut indignis eo iniuriis lacessitus nõ successerẽ? An existimares q; acerbissimis ego incõmodis affectus nõ mouerer? An fortassis crederes: q; ego tã insigni iniuria percussus obdormirem? An hoc tibi persuadeas: q; ego tam calamitosis offensionibus cõpulsus iracundia nõ excandescerem? Hoc enim nullo quidẽ pacto ferendum est. Neq; enim est hoc ulla ratione tolerãdũ. Quis enim hoc ferre posset præter me? Cui enim hæc æquo animo fieri possent nisi mihi? Omnia sunt quidem toleranda patienter. Aequo animo sustinenda. Sapienter perferenda: prudẽter temperãda: facili animo accipiẽda. An tibi fortasse aliquid desit quod non sentias? An tibi forsitan aliquid laudandum erit quod non probes? An tibi fortassis aliquid moliendum fuerit quod non ualeas? An tibi fortasse aliquid sustinendum sit quod non queas? Sed est unus portus ad salutem, s. bonarum artium disciplinæ. Sed est una spes consolationis litterarum studia. Sed est unum remedium tranquillitatis scientiarum celebritas. Quæ omnia prosequerer si melius q̃ tu uiderem. Quæ omnia commemorarem nisi tu clarius q̃ ego iteligeres. Quæ omnia explicarem si ego apertius q̃ tu cognoscerem. Sed uereor ne iam mihi superesse uerba putes. Sed dubito ne dicẽdo prolixũ me nimis esse dicas. Sed timeo ne meã dicendi rationẽ longã nimis accuses. Sed uereor ne multa a me dicta supuacua esse dicas. Nulla est tanta doloris magnitudo quæ non tẽporis prolixitate mollificetur. Nulla enim fuit uua tã agrestis quæ non aliquãdo mollitudinẽ suscipiat. Nullũ, n. malũ potest esse perpetuũ. Nunq̃. n. id mihi attribuã qđ non fuerim cõsecutus: fateor. n. ad tantũ me sapientiæ gradũ nõ accessisse. Quereris tibi qc q̃ imponere non debere in summis præsertim occupationibus tuis. Laboris tibi quicq̃ committere non audeo in acerbissimis præsertim molestiis quibus opprimeris. Non deberem te uirum summa autoritate præditum defatigare: præsertim cum sis uæhementissime defatigatus. Tu tamẽ siue æquo aĩo hæc feras siue iniquo: nõ possũ rẽ mutare. Tu tamẽ siue gratũ hoc accipis siue molestũ nõ pot aliter pfici. Tu tamẽ siue me excusas siue accusas: nõ possum aliter facere. Neq; n. tu melius si p̃sens adesses rẽ curasses. Neq; n. accuratius si affuisses rẽ egisses. Neq; enim tu cõmodius si coram affuisses negocium perfecisses. Non enim eam cognosco aciẽ ingenii Clodii: ut ipse acutiora inueniret q̃ Cicero. Non tantam intelligo Tironis consilii calliditatem: ut ipse plus prouideat q̃ Cicero. Hoc loco si uidear clarius respondere nemo miretur cũ id necessitas postulet. Hoc loco si aperte disputo nemini dure uideri debet: quoniã necessaria me causa impellit. Non mihi in mentem uenit quibus uerbis tecũ colloquar. Nihil est impræsentia quod potissimum tibi significem. Non mihi occurrit quo te litterarũ genere uisitẽ. Non habeo quid scribã. Nihil mihi in mentem uenire potest. Nihil mihi in mẽtem succedit. Non possum cõminisci. Equidem scripsi apertius q̃. Equidem fui breuior q̃. Equidem breuius cõplexus sum q̃. Scriberem plura nisi Longiori uterer ratione si plura essent dicenda. Pluribus tecum agerem. Longior essem in dicendo nisi. Hæc breuius ad te scripsissem. Hæc breuioribus perstrinxi:

quia res hæc me non delectat. Hæc paucioribus egi: quia sine magno dolore apertius exprimere non poterã. Hæ quidem litteræ sunt eiusmodi: ut eas nõ audeã temere cõmittere cuiq̃. Siquẽ cui fidẽ habere possim inuenero: dabo operam ut percrebris meis litteris te uisitem. Si quenq̃ nactus fuero: cui recta sit fides adhibenda: id efficiã ut crebræ meæ ad te litteræ deferantur. Neq; obliuione nostræ amiciciæ hoc euenit. Neq; intermissione nostræ beniuolentiæ hoc accidit. Neq; diminutione nostræ coniunctionis hoc contigit. Non ausus sum uæhementius a te cõtendere: ne summæ tuæ liberalitatis oblitus esse uidear. Pluribus uerbis non audeo tecum agere: ne te amplissimæ tuæ beneficentiæ oblitus esse putẽ. Maiori quidem studio quicq̃ a te petere non debeo: ne liberali tuæ cõsuetudini uidear diffidere. Quod serius quã expectabas rem effecerim: id difficultate rei commissum est. Quod tardius q̃ uolebas tibi scripserim: id nuntiorum inopia non negligentia factũ est. Quod diutius q̃ credebas aduentum meũ distulerim: id occupationibus uelim attribuas. Siquis esset aditus ad id quod speras rẽ aggrederer. Siquã uiam perscrutari possem ad id quod petis omnia pertemptarem. Si facultate & gratia tantum possem. Si mihi idonea potestas concederetur. Si opportunitatem consequi possem. Non solummodo in hac causa: sed etiam in cæteris aliis. Neq; solum hoc in negocio: uerumetiã in aliis omnibus. Neq; in his duntaxat rebus: sed multo etiam magis in cæteris. Adolescentem inquies ac nobilem: at præstantem: at primarium. Puerum dices ac doctum: at sapientem: at expertum. Iuuenem asse res at amicum: at fidum: at necessarium. Neq; opus est ut ad res nudas accedas. Neq; bona uolũtas satis est: ubi res facultatem desiderat. Neq; enim uerba satis ualent: ubi negocia præsidium requirũt. Id uelim ut ignoscas quod inuita fortuna facere nõ potueram. Id cupio mihi idulgeas: quod negãte fortuna curare non ualueram. Neq; quicq̃ est quod mireris si hoc non egerim. Neq; est q; ulla tenearis admiratione: si rem hanc nõ curauerim. Sed nihil mihi ad satisfaciendũ præter bonam uoluntatẽ reditũ est. Sed nulla mihi facultas ad remunerandum præter animũ q̃gratissimũ cõcessa est. Sed nullũ mihi officiorum gratificandi genus præter ardentissimũ desideriũ datum est. Nisi hãc facultatem aliquis casus eripuerit. Nisi hanc occasionem aliquod infortunium perturbauerit. Nisi hanc opportunitatem aliqua iniqua fors ĩmutauerit. Meum in te animum multo officiosiorẽ atq; meliorẽ cognosces cum mihi allata fuerit tibi commodior satisfaciendi facultas. Quos beneficiorum fructus tibi debeo cum opportunior dabitur potestas: uberiores præstãtiores cumulatioresq; reperies. Ego enim semp oĩbus in rebus quas ad te pertinere arbitrabor: cum exoptatam facultatem consequar: mirificum me tibi cõmitẽ demõstrabo. Quod ego clarissime demõstrassem: nisi inopinatus casus hoc mihi eripuisset. Quod ego re ipsa probassem: nisi fors aduersa officium meum interturbasset. Sed hoc rato nescio quo contigisse arbitror: ut cum recte deliberauerim incommode mihi successerit. Sed nescio qua forte euenerit: ut pari cõsilio disparem coger fortunam consequi. Sed nescio qua cæli cõstitutione id cõtigerit: ut cum officiose excitauerim: exitus exoriatur ĩgratissimus. Quantum spes me fefellerit uides. Quanta de spe ceciderimus intelligis. Quantum nos spes deluserit prospicis. Quantum frustrati sumus apertissime sentis. De statu reip. nullã bonam spem cõcipio. Nihil est quod bene sperare possim: desperandum quodammodo esse uideo. Nullam enim habeo certam spem salutis Catonis: exploratã rationem status Catonis: exploratã fidem aduentus Catonis. Quæ de bello gallico audiuimus adhuc sine capite sunt: adhuc sine certo autore proferuntur: adhuc sine certo nuntio significantur: adhuc solummodo ex rumore habuimus. Si mea in homines officia profundere ac perdere uidebor. Si mea in homines beneficia ingrata esse intellexero. Si mea apud homines merita nihil esse ualitura cognouero. Non committam ut quibusdam hominibus insanire uidear. Non homines obtundam: si opera mea delectabit. Non apud homines deliberabo: si mea diligentia hominibus ingrata esse uidebitur. Clodius nondum profectus est eo: quo iam prope se delatum existimat. Nondum id Clodius est consecutus: quod iam prope perfecisse arbitratur. Nondum Clodius illum rẽ finẽ uidet: quẽ iã tenere sibi persuadere uidetur. Sed oĩa quæ putas commodius est pati: q̃ indignis parere. Sed mallem cuiusuis seruitutẽ tolerare q̃ quorũdam hominum perfidorum uultum subire. Nescio quo cum homine tibi negocium sit. Nescis æquidem cui tu homĩni contradicas. Non. n. recte nosti quem oppugnas. Ea quidem conditione natus sum ut facile detractores inueniam. Qui detractionibus delectantur facile cõperient qui parem sibi uicem referant. Qui malo dicendi genere delectantur: mutuam gratiam recipient. Qui cæteros lacessere non desinunt: iisdem iniuriis sæpenumero afficiũtur. Sunt. n. permulti q̃ cum cæteros corripiunt, non repræhensione carent. Plericq; existũt profecto qui cæteros lacessere nõ desinunt: ipsi admonitione plurimum indigent. Atq; hi qui cæteros increpant corrigendi sunt. Complures æquidem cæteris detrahunt qui sunt turpibus uiciis ac abominandis sceleribus coinquinati. Permulti reperiuntur qui seipsos non cognoscunt: & alienos damnant. Multi sunt qui suas rationes non nouerunt: & alienos inepte curant. Et nisi homines acerbissimis eorum in nos iniuriis nos abalienassent: non profecto essemus immutati. Et nisi quorundam oculi a nobis abhorruissent: hi essemus qui antea fueramus. Nisi homines intolerabilibus iniuriis nos lacessissent: in pristina profecto sententia stetissemus. Nisi fuissemus ab his a quibus minime opus fuerat derelicti: pristinam uoluntatem retinuissemus. Si fides ab his coleretur a quibus obseruari deberet: nullo quidem labore defatigaremur. Si illi de quibus sumus optime meriti eandem nobis gratiam præstare uoluissent his profecto molestiis non afficeremur. Si ab his adiuti essemus a quibus debuimus nõ tam moleste laboraremus: Nisi

ab his deiecti fuiſſemus:a quibus minime opus fuerat:iã quæ deſideramus fuiſſemus conſecuti.Hæc enim fuiſſent facillima:ſi culpa a quibuſdam abfuiſſet.Hæc iã perfecta fuiſſent:ſi eẽt in his beneficiorum memoria:in quibus maxime eſſe deberet.Si aduerſarii rem non impedient :cauſam noſtram obtinebimus.Niſi inimici noſtri nobis fuerint impedimento rem impetrabimus. Niſi res per aduerſarios fuerit impedita:facile q̃ uolumus conſequemur . Niſi inuidi rem perturbabunt ad id q̃ optamus faciliter perueniemus.In cauſa noſtra habebimus potentes inimicos.In noſtro negocio habemus auaros nobis infeſtos.In noſtra dignitate habemus complures nobis cõtrarios.Sed noſti hominum iniq̃tatem.Sed intelligis quãta ſit hominũ perfidia atq̃ iniquitas.Sed iam didiciſti quãtæ ſunt hominũ p̃dicationes.Sed te non fugit q̃ multiplices ſunt hominũ uolũtates. Verum perſpexiſti quãtæ inter homines uerſentur inſidiæ .Quæ nobis impedimento fuerunt arbitror te ſuſpicari. Quæ nobis nocuerunt credo te animaduertere.Quæ nobis difficultatem attulerunt te ſcire arbitror. Quæ rem nobis perturbarunt te non fugere exiſtimo.Ignoſce iracundiæ meæ quæ iuſta eſt. Parce meis querelis quæ iuſte quidem habentur.Da ueniam mihi de proditorum perfidia conquerenti.Patiaris me contra inimicos iure excandeſcentem. Offenſio parua eſt: ſed animi indignatio maxima. Amiſſio rerum exigua eſt:ſed ſtomachi perturbatio acerrima.Iactura tenuis exiſtit:ſed animi ardor ſummus. Adhuc tua patitur beniuolentia me liberaliter tecum expurgare. Adhuc patitur tua ſumma humanitas me q̃ ſentiam libere dicere. Adhuc patiatur tua maxima ſapientia q̃ mihi libet in medium adducere. Nunq̃ n.uideor tractaſſe cauſam difficiliorem.Nunq̃ profecto rem moleſtiorem ſuſtinuiſſe uideor. Nunquam certe negocium intractabilius me egiſſe conſtat.Dices fortaſſe quid me res iſta cõſolatur in tãtis malis. Dices quid mihi iſta opitulãtur in tantis anguſtiis. Dices quid me iſta ſuſtentabũt in tantis calamitatibus.Eſt omnio uix conſolabilis dolor.Eſt penitus quaſi intolerabilis moleſtia . Eſt omnio ferme irrecuperabilis iactura.Non poſſum reliqua ſcribere dolore impeditus.Non poſſum cætera dicere iracundia perturbatus.Non ualeo reliqua proſequi:moleſtia confectus.Quid.n.me tibi ſcripſiſſe exiſtimas?Quid meas litteras ſignificare putas? Quid in meis litteris ſcriptum eſt q̃ interpretatiõe indigeat?Quid eſt q̃ meas litteras uerearis?Ego hoc nunq̃ fuiſſem ſuſpicatus . Nunquam poſſe accidere exiſtimaui.Nunq̃ euenire cogitaſſem.Hoc.n.nunquam mihi in mentem ueniſſet. Quid tu unicus quæ oĩbus clariſſima ſunt nõ intelligis?Quid tu ex omnibus unus quæ iam contrita ſunt nõ cognoſcis?quæ tu ſolus aperta non uides?Quæ Appius conſecutus eſt:honorum uocabula ſunt:non dignitatis inſignia.Multi ĩſignia ſine uirtute aſſecuti ſunt.Complures in dignitatibus dicti ſunt præſtãtes:quorum nemo habitus eſt officioſus.Quid ego in ea cauſa inuigilem:in qua is cuius precipua res agitur obdormiat?Quid.n.ĩ his rebus me oſtentem:quibus hi ad quos potiſſimum pertinet negligẽtes exiſtũt.Iam ualde lautus factus eſt qui nihil curas mihi ſcribere.Iam factus es plurimum delicatus qui nihil agis.Precioſus iam nimis effectus es qui nihil curas. Neq̃ aliam conſiliorum rationem imitabor:ſi te firmum eſſe uidero.Neq̃ etiam aliam deſumo deliberationẽ:ſi in eodem te propoſito conſtitutum eſſe cognouero.Finge.n.te eſſe qui ego ſum.Perſuade mihi iam te me alterum eſſe. Fingete uicem meam ſuſtinere.Indices tibi meam cauſam tuam eſſe.Proponas tibi meas te ratiões agere.Hoc meum eſt opus.Hæc.n.me tangunt.Hæc rationes meas uidentur attingere . Vex fac eſſe omnia.Factita eſſe ut dicis.Verum hæc ita ſint.An ego tibi non obtemperem? tibi morem non geram ? tibi nõ obſequar? tibi non me facillimum præſtem? tibi quicq̃ denegem? Agam iam tecum familiariter. loquor iam tecum aperte.non ſimulabo tecum quicq̃.Iam totum me tibi patefaciam.Quantum in me eſt.Quantum mihi conceditur.Quantum idonea mihi poteſtas oblata fuerit.Quantum ſtudio: diligentia:labore:uigilantia conſequi potero:id omne ad arbitrium tuum libentiſſime conferam.Quãq̃ ego omnia tua cã fieri deſiderem. Et ſi omnia pro te facere uellem. Tametſi omnia amore tui libenter ſuſciperem.Iametſi ex commoditate tua nihil uellem ſubterfugere.Si fortuna optatis meis reſpõdebit.uotis meis ſucceſſerit.cogitationibus meis benigne reſpondere uoluerit. Si res caderet ut uellẽ & optarem.Si res ex ſententia gereretur.Si mihi optata contingerent.Si quod opto mihi fæliciter cõtingerit.Si deus res noſtras fortunabit.Negocia ſecunda reddiderit.deſiderio noſtro annuere uoluerit. Nos ſecũdæ uoluerit intueri.Niſi res mihi male ſucceſſerit.Spes mea decipiatur.Opinio mea ſiniſtra fuerit.fortuna me fallat.Beneficiorum memor ero.mutuis beneficiis reſpondebo. Parem officiorum uiciſſitudinem reddam.æqualem gratiam referam.Beneficia contulit. Officia reddidit. merita præſtitit.Benemerita retribuit.Promerita rettulit.Demerita perſoluit.Mutuo uiciſſim.ĩuicem. alternis uicibus.alternatim.mutua uice.Remuneratio retributio.uiciſſitudo.Eadem gratia.par uoluntas. par ſtudium.Ingratus beneficiorum.immemor.ſordidus.Beneficium perdere officium ammittere. meritum effundere.Homini ingrato beneficium conferre.homini ſordido benefacere.hominem ingratum beneficiis exornare.Mortuus eſt.Occiſus eſt.exceſſit eſt uita.ex hoc ſeculo migrauit. Animã reddidit.animam effudit.animam efflauit.uita priuatus elt. ex hac uita deceſſit. mortem obiit. diem ſuum obiit.Popilius furatus eſt.Popilius accepit unde non eſt licitum.Popilius res alienas uſurpauit. Moriar niſi q̃ ſentiam exprimam.Moriar niſi effluam.Non poſſum abduci quĩ me effundã.Deo uolente:deo comite:deo duce.deo nobis fauente.deo nobis annuente.fortuna ſuffragante. Quẽ caſum deus non permittat.Quod incommodum deus auferat.Quod ſuperi prohibeant. Quod utinã nũq̃ eueniat. Deum quæſo ut tua conſilia ſint tibi ſalutaria. Superos exoro ut quod acturus ſis: tibi non

obſit.Deum obſecro ut quicquid conſtituas:tibi bene ſuccedat.Non tenebo te pluribus.Plura dicen
da non ſunt.plura ſcribere non eſt neceſſe.plura non ſunt litteris committenda.pluribus te adhorta-
ri non debeo.Non.n.mihi placet de hac re plura ſcribere. Neqꝫ ego ſuperiora repetam. Singula proſe
qui non eſt neceſſe.Sed plura dicemus alias.Sed hæc audies ex aliis. Sed de his ex aliorum litteris cer-
tior fies.Impedior uerecundia pluribus tecum agere. Scripſi ad te pluribus. ut meum conſilium in-
telligeres.Hæc pluribus egi ut quid ſentirem dilucidius teneres.In hoc fui longior: ut quæ mea eſſet
ſententia clarius perſpiceres.Hoc uerboſius complexus ſum:ut inſtitutionem meam apertius cõpræ-
henderes.In hoc fui prolixior:ut de uolũtate mea certior fieres.Sed plura q̃ ſtatueram.hæc ad te plu-
ribus uerbis ſcripſi q̃ ſoleo.Sed hæc ſatis multa uel plura potius q̃ expectabas. Illa quæ maiora ſunt:
breuius exponam.Illa quæ ampliorem deſiderant orationem breui compræhendam. Hæc ex hac re
precipue tibi ſignificaui ut intelligeres.Hæc ex illa conditione tibi denotaui ut deliberares. Hæc ob
eas tibi rationes aperui:ut præparares.Scis quid dico quid loquor. quid intelligo. quid cogito. quid
uolo.Difficile eſt loqui.Non omnia ſunt litteris committenda.Nihil temere ſcribendum eſt.Non di
co ſine cauſa.Noli putare hæc me fruſtra dicere. Non.n.incaſſum hæc commemoro. Nõ ſcribo hæc
temere.Hæc præterea ſcripſi:quod cauſa neceſſitatis intercedit.Quod ut clarius intelligas: longiori-
bus uerbis utar. Quod ut apertius declarem:alterius rationes repetam neceſſe eſt.Quod ut euiden-
tius explicem attende quæ ſequunt.Si res ipſa loqui poſſet.Si negocium poſſet per ſeipſum quid ſen-
tiret declarare.Si ratio ipſa uires ſuas per ſeipſam exprimere poſſet.temporibus obſequendum eſt.in-
ſeruiendum eſt.Fortunæ credendum eſt.Eſt enim fato obtemperandum. Neceſſitati parendum eſt.
Id egi temporibus obtemperans.Id feci fortunæ credens.Id conſenſi fato aſſentiens.Id prætermiſi op
portunitati obſequens.Non eſt ſemper in eadem ſententia permanendum.Non enim ſemper eodem
animo eſſe debemus.Non ſemper unum cõſilium ſequi debemus.Non ſemper una opinione duci de
bemus.Subeunda eſt fortuna.tentandum eſt.experiendum.Percuntandæ ſunt uires. Vt tempus non
admonebit. Vt dies nõ cogent.ut utilitas nobis perſuadebit. Vt rõnes negociorum nobis conſulere
uidebuntur.Omnia tibi præponere debes.Omnia tecum commentari debes.Omnia ſint tibi animo
& cogitatione pertractanda.excogitanda.prouidenda.Omnia ſunt tecum animaduertenda.peruoluẽ
da.deliberanda. Non eſt hoc alienum a dignitate mea. Hoc exiſtimo rationibus meis inconueniens.
Hoc enim ad me attinere uideo.Exiſtimo hoc cauſam meam parum attingere.Arbitror hoc ab inſti
tuto noſtro alienum eſſe.Credo hoc rationibus noſtris parum debere prodeſſe.Quæ uis ĩſit his uer-
bis non facile intelligo.Quam facultatem importat hic ſermo non ſatis mihi conſtat.Quam ſubſtã-
tiam perſtringat hæc oratio non mihi notum eſt. hoc nihil ſignificare facile perſpicio. Hoc nullam
facultatem habere facile diiudico. Hoc friuolum atqꝫ ieiunum liquido eſſe conſtat. Sed hæc minora
ſunt q̃ dicantur. Verum hæc minorem uim habent q̃ exiſtimẽtur.Sed hæc minus timẽda ſunt q̃ ho-
mines arbitrentur.Sed tibi conſilium non deeſt.non deficit.deeſſe non poteſt.Neqꝫ.n.ſum ita demẽs
ita diſſipiens.ita ſtolidus:ut non ſciam quid agam.Nihil faciam inſolenter.Nihil agam ſine cauſa. Ni
hil tentabo incõſulte.Nihil moliar ĩprudenter.Nihil nitar temerarie.Atqꝫ hæc præter meã conſuetu
dinem dixi.Atqꝫ hæc tam multa præter meam conſuetam agendi rationẽ ſcripſi.Atqꝫ hæc tãta præ-
ter meos priſtinos mores effudi.Sed aliter q̃ oſtendam facio.q̃ conſtitueram perficio.q̃ pollicitus fue
ram ago.Quod ſi aliud tibi propoſitum eſſet:fac me certiorem.Quod ſi alia duceris uoluntate.fac ĩ-
telligamQuod ſi animum alio conuerteris:fac me admonitum reddas. Quod ſi opinio priſtina nõ
placebit:fac ut ſentiam.Si nihil te perturbat.Si uacuus es moleſtiis. Si ocioſo es animo. Si tranquilla
es uoluntate. Si nulla efficeris moleſtia. Si es occupationibus ſubleuatus.Mea poſtea mutata eſt ra-
tio.deinde conſilium mutaui.poſtea meæ rationes immutatæ ſunt.Aliam poſtea rem agere cæpi.
Nunc alia ratio eſt.Nunc alius eſt ſtatus rerum.Nunc alius eſt temporum curſus.Nunc alia eſt uiuẽ-
di conditio.Nunc eſt alia hominum opinio.Eſt una prouiſio.Eſt una cautio. Eſt unum remedium.
Eſt quoddam tertium.Si libet ſi placet.ſi uidetur.ſi commodum eſt.ſi uoluntas eſt.ſi patitur animus.
ſi uoluptati eſt.ſi tibi conducit.ſi fieri poſſit.ſi idoneum tibi uidetur.Nihil ſimulaui. nihil ficte dixi.
nihil ſimulate.nihil tectum excogitaui.Nõn agam aſtute.Non ſimulabo quicq̃.nihil ficte dicam. ni-
hil fatue tentabo.nihil malicioſe moliar.Non enim te fugit.præterit.latet.es neſcius.clam eſt.Neqꝫ te
hoc ignorare arbitror.Tenes enim memoria.De quo memoriam accepiſti.Vt mihi uideor.uideris.ui
detur.Vt coniecturam accipio.Vt arbitrari poſſum:ut poſſum exiſtimare.Ad imum referare.Ad ex-
tremum diſſerere.ad calcem diſputare.ad radicem inquirere.ad profundum progredi.ad ultimũ per
ſcrutari.Diſputemus familiariter.agamus pingui minerua:Neqꝫ hoc eſt obſcurum.neqꝫ ullam habet
hæſitationem.neqꝫ in magnam deliberationem cadit.Sed uelim deſinas arma ſequi. Sed tu uelim de-
ſiſtas exercitam ager. Bella deſeras.Inimicicias ommittas.Simultates effugias.Diſcordias euites.a diſ
ſidiis abhorreas.Sed uelim pacem colas.Paci conſulas.Ocium tibi adoptes. Ocio te exponas. Quie-
tem adames.Simul & illud cogitare debes.Simul & hoc animaduertendum eſt.Simul & iſta ſunt deli
beranda.Quod mea tuaqꝫ patitur ætas.Quod ab utroqꝫ commode fieri poſſet.Sunt enim innumera
bilia generis eiuſdem.ſunt enim permulta huiuſcemodi conſilia.Quod ſi reliqua ſcribantur. Quod
ſi omnia aperiantur.plane uaticinantur.taceãtur.Quid ergo eſt? Quid quæris? Quid expectas? Quid
tum poſtea ſequetur? Quæ omnia collegi ut intelligeres.Coadunaui ut ſcires.Tibi ſignificaui ut co-

gnoſceres,tibi deſcripſi ut certior fieres,te admonui ut cogitares.Hæc eo pertinet oratio ut. Hoc eo enim ſcripſi ut,dixi,aperui ſignificaui.Cætera ſunt ſigna communia,reliqua ſunt argumenta uniuerſalia,aliæ ſunt omnes coniecturæ generales.Puto enim hoc te audiuiſſe.Exiſtimo te hoc intellexiſſe. Arbitror hoc tibi nuntiatum eſſe,Sed noſti mores hominum,hominum conſuetudinem,hominum uoluntatem.Cur ſtudio non inuigiles neſcio,Cur ſtudia non excolas non intelligo. Cur hoc non uelis aſſequi cauſam non uideo. Hoc eſt animi tui,ingenii tui. Virtutis tuæ.Sed de hoc tu uideris. Hoc tu prompto ingenio cõſidera.Tuæ partes in hoc erunt,Neq; enim uereor,hæſito,dubio,quin ſi. Nec illud equidem curo,Certe quæro,profecto cupio,quidem ſtudeo,certe molior. Sed hoc ſperare licet. Hoc enim optandum eſt.Hoc enim expectare decet. Hoc enim é tibi commune cum multis.Hoc,n. eſt omnibus uniuerſale.Commune quidem hoc uicium eſt. Vulgare uicium,peccatum uniuerſale.Inſitum omnibus.Neq; enim debes q̃ communis fortũa dederit:recuſare,neque enim fortunæ caſibus obſiſtere. Plus tibi uirtus dedit q̃ fortuna abſtulit. Plura tibi compaſti q̃ amiſeris. Amplius quidem nactus es q̃ perdideris.Quid ſi hoc melius?commodius?conducibilius?conuenientius? Si non alienũ tua uirtute putabis.Si non indignum tua autoritate exiſtimabis? ſi tuis rationibus non inconueniẽs eſſe ducas?ſi hoc tibi nõ incommode arbitreris?Nemo eſt mihi Catone amicior,melior. familiarior. paratior.liberalior.Pace tua dixerim,pace tua loquor,pace omnium affirmabo. Ego quid poſſim neſcio.Ego quid ualeam non cognoſco.Ego quæ mea ſit facultas non ĩtelligo. Ego quid cauſæ poſſim: non ſatis mihi conſtat.Ego quibus uiribus niti poſſim non conſpicio.Sed tamẽ mihi non tantum aſſumo:attribuo:arrogo ut.Neq; enim cum hoc faciebam eram amens:ſtultus:diſſipiens,neq; enim cũ hæc tractabam:ignorabam quid agerem,neq; enim cum hæc tentabam. inſanire uidebar.Non enim eſt cõſilium meum accuſandum. Nihil egi q̃ iure poſſit repræhendi.Nihil enim uicii habet noſtrum conſilium deliberatum.Si tibi hoc diſplicet non utar poſthac,deinceps prætermittam. Si tibi hoc doleat in poſterum miſſum faceam,ſi tibi hoc inuidioſum eſt:in futurum non attingã. Poſſes hanc meã uoluntatem refutare.Poſſes hanc pro me prouinciam ſubterfugere. Poſſet tua dignitas hunc laborẽ recuſare,Si negocium commode uidebitur eſſe gerendum.Si res utiliter agi poterit.Si rei opportunitas poteſtatem habebit.Neq; enim habes quo me accuſes.Neq; quicq̃ a me commiſſum eſt q̃ criminandum eſſe uideatur.Quid ſi quæ dicta ſunt:falſa ſunt omnia?Quid ſi oſtẽdam hæc omnia eſſe inania?Quid ſi hæc omnia ficta eſſe confirmem?Malorum ego ſermonibus nõ moueor.Infidorum ego maledictis fidem non adhibeo.Friuolis ego hominum rationibus non aſſentio.Sed hæc tibi exponere niſi coram non poſſum,ſed hæc coram.Sed his rebus corã plura. Quãdo ego bonos conatus ſum offendere?Vt ego nunq̃ bonis fui impediméto?Vt ego bonis aduerſarius nunq̃ fui? Quorſum hoc? Quid hoc ſibi uult? Quem ad finem hæc ſpectant?Hæc quæ dixit eo ſpectant.Immortalitas mihi uidetur anteq̃ rem hanc conſequar.Hoc ita lungum eſt ut optandum ſit.Nunquam diem uidere uideor ut mihi hoc contingat.Sed iam ſatis iocati ſumus,ſed hæc extra iocum,ſed alias iocabimur. ſed ridicula miſſa faciamus,ſed de hoc alias uidere licet.Temporibus obſequor,pareo neceſſitati. fruor dũ licet.Hoc attribuas occupatõnibus uelim.Hæc rei magnitudini aſſignes.Ignoſce timori. Miſerere tẽporum.Neq; tamen ulla res alia me tenet.Neq; tamen alio ĩpedior negocio.De cæteris rebus affirmare poſſum.De reliquis negociis certi nihil habeo.De reliquis acceſſionibus certũ quicq̃ polliceri non poſſum.Reliqua nihil ad te attinent. Cætera ſunt eiuſmodi,ut nihil ad rem tuam pertineãt.Reliqua nihil te tangunt.Fortuna culpam ſuſtinet. Hæc fortunæ tribuuntur. Hæc temporibus aſſignantur. Fortaſſe diceret quiſquam. Forſitã quiſquam ſciſcitaretur. Quæreret aliquis fortaſſe. Neque habebatur quiſquam honore ſuperior.Sapientia præſtantior. uirtute excellentior.Rebus geſtis illuſtrior. autoritate præclarior.Danda eſt opera,properandum eſt.Celeritate eſt opus. Maturitatem res deſiderat.Eſt enim animaduertendum.diligenter procurandum.uigilanter enitẽdum.dies ac noctes elaborandum.uæhementer inſudandum.Nihil eſt quod rideamus.Sed ego non rideo quanquam tu rideas.Sed ego riſum prouocare non poſſum:tametſi tu riſu exilias.Sed ego lætari nõ poſſum: tãetſi tu riſu.inſanire uidearis. ſed ego iocari nõ poſſum quãuis tu gaudio deſipias. Actũ eſt ſi hæc uera ſunt.Si hæc ita ſunt nihil é qđ cogitemus.ſi hæc ita cõſtãt ut fertur non opus eſt ut deinceps fruſtra defatigemur.ſi hoc ĩteruenerit actũ eſſe de ſpe nſra putemus.Fruſtra laboramus.Incaſſum excogitamus.Inuanum nitimur.Acta agimus. Præpoſteris utimur conſiliis.Nihil eſt quod facere geſtias.Nihil eſt quod curare moliaris.Nihil eſt quod ſtatuere conaris.Res enim aliter acta eſt ac putaueram.Non equidem eum finem ſors dedit quem ſperaueram.Lõge ſecus acceſſio ſucceſſit q̃ expectaui. Sed hoc bonis plurimum moleſtum eſt. Sed hoc male accipitur a bonis.Sed hoc bonorum animum uæhementer offendere uidetur.Sed hoc bonorum oculi uidere non poſſunt.Neſcio quo modo,quo pacto,qua ratione,qua cauſa,quo auſpicio,quo cæli fato.Arpinus falſo errore ductus ad periculum apertiſſimum acceſſit:Arpinus ſpe falſa perductus ad peſtem ante oculos poſitã profectus eſt.Arpinus pudore uictus ad mortem omnibus ſuſpectam irruit ſponte ſua.Noſti mei ſtomachi faſtidium.Noſti mei animi indignationem.Noſti q̃ ſoleam ab indignis abhorrere.Vtilitatem Apii facile curare poſſum. Commodis Apii leuiter uacare poſſum.Adiumentis Apii facile ſuperſedere poſſum. Facile enim dictum eſt. hoc eſt facile exiſtimatu.Hoc enim facilius eſt dictu q̃ factu.Hoc tibi non concedo. Hoc ita eſſe non ſentio.Id enim iure negare poſſum.Neq; enim hoc eſt ueriſimile:neq; hoc uidetur eé probabile. neq;

hoc uerum esse constat. Tantum enim hoc est a ueritate alienum ut nihil sit alienius. Non enim possum ullo modo mihi persuadere, nulla quidem ratione in mentē mihi uenire potest. Hæc ratio leuis est, Hæc excusatio accipienda non ē, Hæc causa tenuis ē, Hæc sententia tenera est, Hæc conclusio nulla ēst. Sed hac ratione nihil opus est hac disputatione non egemus, hoc negocium non est nobis necessarium, hunc sermonem idoneum non putamus. Vires deficiunt, Membra occidunt, Animus lāguet, Vires eneruantur, Facultates minuūtur, Illud me perturbat, sollicitat, incendit, exagitat, inflammat. Quid enim est q̄ me persequantur, perturbent, impediant, lacessant, molestent, inquietent? Quid enim est q̄ mihi detrahunt, obesse studeant, mihi incommodent? Quid enim est q̄ iniuriis me afficiant? Quid enim est q̄ contra uim sine ui fieri possit? contra potentiam sine potentia agi posset? contra uires sine uiribus conari quisquam possit? Vos dormitis in periculis. Vos non uidemini quæ imminent intelligere. Vos in periculis ocio marcessitis. Nihil curans, nihil reputans, omnia faciens, omnia negligens, omnia ꝓfaciens, deos hominesq̄ despiciens. Quid multa? Quid plura? Quid reliqua? Quid cætera? Quid alia omnia. Sed nosti Calidii tarditatem. Sed non te fugit quam sit Calidius parum efficax. Sed non es ignarus quam calidius sit frigidus.

De Conclusione.

Vm autem epistolas nostras uel orationes iam exordio, narratione: diuisione: cōfirmatione: ac confutatione absolutas dederimus: consequens ac necessarium sequi uidetur: ut eis conclusiones accommodemus. Idcirco has modicas conclusionum inuentiones cæteris superioribus orationis partibus duxi adiungendas. Tu igitur me amabis: si hoc idem me in te facere existimas. Tu igitur mihi inseruies: si mutuam me tibi uicem præstiturum arbitraris. Si fieri possit uelim pristinum erga me amorem conserues. Si effici poterit cupio ut solita nostræ beniuolentiæ coniunctio integra conseruetur. Fac igitur mutuo me diligas. Eadem igitur fac me beniuolentia complectaris. Parem igitur fac mihi uoluntatem præstes. Eo igit̄ inter nos simus animo quo semper fuimus. Simus igitur ea uoluntate q̄ merito esse debemus. Tu igitur sicut mihi pollicitus es, persoluas. Quod promisisti uelim tua fide satisfacias. Quam mihi spem dedisti uelim re ipsa efficias. Fac igitur q̄ es mihi pollicitus re ipsa experiar. Fac igitur ut mihi dixisti: ita opus appareat. Tu igit̄ uelim ut scribis me carissimum habeas. Tu igitur uelim ut polliceris: me in ære tuo reponas. Quoniam igitur ī amiciciā tuam me commisi: me ergo exornare atq̄ exaugere debes. Quoniam igitur iusticiæ tuæ me dedi ergo rationibus meis iure ipso opitulari debes. A te igitur peto ut rationes meas commēdatas habeas. A te igitur contendo ut statum meum complectaris. Adiuua me igitur tua uirtute. Suscipe me igitur totum tuis beneficiis exornandum. Ama me igitur tua solita beniuolentia. Defende igitur me tuo solito patrocinio. Te ergo oro ut me ita tueaṙ: sicuti amicicia nostra depostulat. Te ergo obsecro ut meas rationes ita defendas sicuti nostra necessitudo requirit. Quare te oro ut causam meam agas, quare te obtestor ut me tibi in omnes partes defendendum putes, quare a te contendo ut me totum conseruā dum recipias. A te igitur peto: postulo efflagito: contendo ut dignitati meæ suffrageris. honori meo opituleris, autoritate meæ inseruias, rationibus meis te accōmodes. Itaq̄ te etiā atq̄ etiam rogo. Itaq̄ te uæhementissime obsecro. Itaq̄ a te maximopere contendo. Itaq̄ plurimum te obtestor. Beniuolentiam igitur & liberalitatem a te peto. Gratiam igitur & officium tuum a te desidero. Autoritatem igitur & uoluntatem tuam a te deposco. Est igitur in tua potestate id agere: ut quid maximopere desiderem: facilius impetrare possim. Ēst igitur tuæ uoluntatis omnia posse perficere quæ cupiam. Quare ut quid spero consequar: fac tuam operam interponas, quare ut quid summopere desidero facilius cō sequi possim: fac ut tuam diligentiam adhibeas, quare ut id q̄ uæhementissime cupio commodius īpetrem: fac tuum liberalitatis officium intercedat. Rogo igitur ne fallas opinionem meam. Te igitur obsecro ne spem meam decipias. Te igitur oro ne spes mea frustra maneat. Magnam igitur pro causa mea operam fac adhibeas. Summum igitur pro meo negocio fac studium innuas: Væhementem igitur pro rationibus meis diligentiam fac adiungas. Si igitur q̄ uolo statueris: te mei status amatorem existimabo. Si igit̄ q̄ cupio feceris: te mihi amicissimū iudicabo. Quare si me uirum bonū existimas. Quāobrē si me uiꝝ gratū esse credis. Quas obres si me tuis beneficiis dignū esse iudicabis. Hæc igit̄ tibi erūt curæ quēadmodū cōfido. Ex oībus igit̄ rebus nihil ē q̄ mihi gratius facere possis. Hoc igit̄ ut q̄plurimū facias ualde rogo. Hæc igit̄ ut spero ꝓficies. Cætera alia præter mittes cū negociū meū opa tua īdigebit. Nihil igit̄ aliud curabis cū tibi cām meā curare cōtigerit. Nō posses existimare q̄ mihi gratū sit futuꝝ. Non facile credere posses q̄ mihi hoc erit acceptū. Si igit̄ hoc meū a te negociū cōficiet̄: oīa ꝓfecto uidebor cōsecutus. Si ergo hoc feceris: existimabo mihi q̄ maximope desiderauerim cōtigisse. Ex oībus igit̄ tuis ī me officiis hoc erit mihi oīum ꝓgratissimū. Gratissimū igit̄ mihi feceris si ī hac re mihi morē gesseris. Da igit̄ opā ut rō meæ dignitatis habeat̄. Te igit̄ obsecro ut meæ erga te pietatis rōnē hēre uelis. Quæcūq̄ igit̄ officia ī Gasparinū cōtuleris: ea oīa me cepisse putabo. Quicqd igit̄ officii & honoris ī Gasparinū præstiteris: id ipsum ī rē meam cōtulisse existimabo. Hoc igitur si feceris: communi commodo inseruies. Hoc igitur ut agas communia nostræ beniuolentiæ iura depostulant. Quod ut effeceris rem utriq̄ nostrum condignam persolueris. Pro me igitur laborabis tāquam si tua res agatur. Fac igitur ita causam meam suscipias: ut si tuum negocium tractares. Non minori igitur cura rationes meas complectere: q̄ si propriam dignitatem curares. Quem ego diem si uidero satis fæliciter uiuere arbitrabor. Quam ego rem si perfectam esse conspexero: me fortunatum

exiſtimabo.Quam ego acceſſionem ſi tandem conſequar:optime mecum actum eſſe putabo. Ego quæ te uelle:queq; ad te pertinere arbitrabor:omnia ſtudioſiſſime diligenterq; curabo. Interea quæ te uelle exiſtimabo:agā libentiſſime.Ego tibi ac tuis neque deſum neque defuturus ſum.Quod quoniam tu ita uis:tuo igitur amore perficiam.Quod quoniam ita iubes.tua igit̄ cauſa curabo. Si quid igitur a me petieris perficiam:ne tu fruſtra a me petiiſſe uidearis.Si quid igitur a me uoles: adnitar ne poſtulatio tua inanis habeatur.Siquid igitur a me deſiderabis.curabo ne tua in me ſpes fruſtra eſſe uideatur.Ego igitur memoria noſtræ uetuſtæ amiciciæ monitus:te ſemper amabo.Ego igitur tua uirtute perdoctus:tibi ſemper fauebo.Ego itaque tua in me obſeruantia & modeſtia memor tuas rationes libentiſſime tuebor. Omnia igitur quæ pro te faciam mihi iucundiſſima uidebuntur.Quæ igitur pro te ſuſtinebo:erunt mihi dilectiſſima.Quæcunq; igitur mihi facultas erit:arbitrio tuo ſemper exponetur.Omnis igitur mea poteſtas ex ſententia tua ſemper diſponetur.Quod cauſam tuam mihi commendas:meam puto te mihi commendare.Quod dignitatem tuam a mē curari uelis:meā ſimul curaturus ſum.Etſi nihil profecero rem tamen tentaſſe lætabor.Et q̄q̄ nihil impetrem.Fortunam tamen me expertum fuiſſe gaudeo.Et ſi fortaſſe nihil fuero conſecutus: placebit tamen rem cōditionē pſcruptatū fuiſſe.Tametſi fruſtra laboro:morem tamē mihi geſſero dum hominum uolūtates & mores expertus fuero.Quæ omnia animaduerteris:recta eſſe conſpicies. Quæ omnia ſi ponderabis: ita ut dixi conſtare uidebis.quæ omnia ſi memineris.me uera prædicare iudicabis. Quare ſi hoc unum propoſuero:finem dicendi faciam.quare ſi hoc aliud reddidero:concludam quare ſi hoc unum; dixero:ſcribendi modum imponam.Et quoniam de hominum perfidia agere cupimus:illud cōtinuo memento.& quoniam de hominum perdictorum ſceleribus mentionem fecimus illud ſemper cogitare debes.Accepiſti quibus rebus adductus cum Clodio bellum ſuſceperim:Intellexiſti qua cauſa cōmotus ſim:ut Clodium perpetuo oderim. Vides ergo quæ me cauſa mouet ut Clodii inimiciſſimus eſſe debeam.Certior igitur factus es quæ iniuriæ me a Clodio abalienauerunt. Ergo neglecta improborum ſocietate:fac̄ te bonis adiungas.Ergo ſpreta uitioſorum familiaritate officioſos complectere.Ergo abiecta imperitorum cōſuetudine:doctos fac excolas.Noli igitur aliud moliri:niſi belli feruor prius eferueſcat.Non igitur aliquid coneris:niſi prius belli rumor raucus factus ſit.Non igitur quicq̄ tētare niſi prius audiamus quemadmodum negocium ſit cōfectum.Itaq; orbatus ampliſſimis adiumētis cogor debere dolore.Itaq; ſpoliatus ſummis ornamentis aſtringor mœrore excruciari. Itaq; nudatus maximis ſolatiis:abduci non poſſum quin acerbiſſime conquerar.Deniq; ſollicitus non ſum.Deniq; moleſtiis liber ſum.Dēiq; nūc ex curis ſubductus ſum.Dēiq; nūc ſum laboribus ſubleuatus. Proinde fac animum tantum habeas.quantum opus eſt ad rem conſeruandam.Proinde fac tanta ſit in te uirilitas quæ ſatis ualeat ut communis ſtatus conſeruetur.Proinde fac tantum perſeueres ut tui animi præſtantia uniuerſis ciuibus ſalutem pariat.Tu fac animo forti magnoq; ſis.Tu fac animum forte habeas.Tu fac bono ſis animo.Omnia igitur quæ uis tuo ſtudio conſequere.quæ cupis tua induſtria compabis.quæ deſideras tua uirtute perficies.quæ exoptas tua diligentia nactus eris. Cura igitur nihil aliud niſi ut uirtutibus inuigiles.Itaq; a te uæhementiſſime contendo:ut uirtutes ſummo ſtudio complectaris.Te igitur obſecro ut omnibus uiribus ad ſummæ dignitatis præſtātiam incumbas. Te igitur uæhementer adhortor:ut omni cura ſtudio ac uigilantia ad immortalitatis exiſtimationem inſudes.Quapropter ad ſtudia litterarum iudico te debere redire. Quamobrem ad egregias bonarum artium diſciplinas adhortor te conuertas.qua de re ad rectam uiuendi inſtitutionem te referas moneo.Hanc igitur rem cōfido maximam tibi laudem allaturam.Hoc igitur negocium maximæ laudi tibi fore confido. Hanc igitur diſciplinā arbitror ſummam tibi dignitatis amplitudinem præſtiturā. Fac igitur ut principiis exitus correſpondeat.Fac igitur ut primis ultima conſentiāt.Fac igitur ut anterioribus poſtrema conueniant.Fac igitur ut tua uirtus opinioni hominum correſpōdeat. Effice igitur ut quam ſpem apud omnes concitaſti.eam clariſſimam demonſtres.Fac igitur aliquid ex ingenio tuo deſumas:q; homines delectat.Aliquid igitur ex induſtria fac componas q; poſteros adiuuare poſſit.Scribas igitur aliquid ex litterarum uirtute:quod nomen tuum illuſtret. Nunc autem operior ut ex tua ſtudiorum diſciplina aliquam magnam hominis exiſtimationem reportes. Fac igitur in agēda gloria te uincas.Fac igitur in gerendis magiſtratibus ſolitas uirtutes tuas excellas. Tu igitur ut iſtitui ſti proſequere.Sequere igitur ut cæpiſti.Inuigila ergo toto animo ut debes.Incumbe igitur toto pectore ut ſoles.Hæc res q̄ facultatem habitura ſit:tu facilius cognoſcere potes q̄ ego ſcribere. Hoc negocium quid ſibi uelit tu melius intelligere potes q̄ ego te poſſum admonere.Sed hoc tu facilius pro tua ſingulari prudentia uidebis.Sed hæc tu melius pro maxima ſapiētia tua exiſtimabis. Verum hæc tu prouidentius accuratiſſima tua intelligentia prouidebis.Sed in his rebus omnibus quid ratio poſtulet.quid cauſa requirat.quid tempora ferant tu prudētius cognoſcere poteris. Hæc igitur negocia ubi:quomodo:quando:& per quos tractari debeant:nemo melius q̄ tu prouidere poteſt. Hæc ad te ſcripſi liberius fretus beniuolentia noſtra.Hæc tecum egi apertius ſingulari amore noſtro confiſus. Hæc tibi planius ſignificaui ſpe amiciciæ noſtræ perdoctus. Hæc expreſſius nota tibi eſſe uolui mutua noſtri amoris coniunctione commonitus.Hæc igitur tibi ſcripſi non ut uirum me tibi prudentem oſtenderem.ſed ut ſingularem meum tibi amorem declararem.Hæc igitur tibi ſignificaui ut nō meum conſilium tuo anteponerem:ſed ut optimā meā tibi uoluntatē patefacerē.Hæc tibi nota eſſe

uolui non ut prudentiã oſtenderẽ meã: ſed ut ardentiſſimũ meũ in te deſideriũ aperirẽ. Quicquid at tigi non feci ut ad hoc te magis incitarẽ qui diligẽtiſſimus es, ſed ut q̃to te amore cõplectar ſcire poſ ſes. Quicquid tibi aperui nõ eo feci ut tibi conſulerem qui nullius indigeas admonitione: ſed ut q̃ti te facerem intelligeres. Longiori utar dicendi ratione cum plus ocii nactus fuero. Cum cõmodiorem ſcribendi facultatem habuero. Cum amplior mihi commoditas ſuppeditabit. Cũ maior mihi oppor tunitas oblata fuerit. Plura ſcripſiſſem niſi tabellarius feſtinaſſet. Longioribus te litteris uiſitaſſem: ſi tabellarius operiri uoluiſſet. Nunc reliqua ſpes mea in te poſita eſt. Nunc me totum tuæ cõmendo fi dei. Nunc in alio nemine q̃ in teipſo ſperare licet. Nunc omnis mea ſpes in te ſolo dependet. Totum igitur me tibi trado. Totum igitur me fidei tuæ commendabo. Totum igitur fac me complectaris. Il lud tãdẽ te oro. Illud deniq; te obſecro. Illud poſtremo a te cõtẽdo. Tu interea nõ ceſſabis, uigilantiſſi mus eris. Sedulo curabis. Omnia perficies. Velim igitur ĩtelligas, exploratum habeas, tibi perſuadeas. Quod ſi hoc beneficiũ mihi effeceris. Quod ſi hoc beneficio me exornaueris. Quod ſi hoc ĩ me offi cium contuleris. Quod ſi te mihi facillimum oſtenderis. Quod ſi hoc me onere ſubleuaueris. Quod ſi ex his me moleſtiis exemeris. Rem igitur mihi optatiſſimam p̃ſtiteris, acceptam perſolueris, feceris q̃gratiſſimã, admodum gratam effeceris. Faciam ergo q̃ me rogas. Faciam ergo q̃ petiſti. Efficiam er go q̃ te uelle exiſtimabo. Itaq; ut mones efficiam, ut præcipias agam, ut adhortaris proſequar. Vt ſua des faciam. Vt conſulis pergam. Morem igitur tibi geſſi. Tibi igitur obtemperaui. Sum igitur tuæ ob ſecutus uoluntati. Tuo igitur me deſiderio accõmodaui. Itaq; ſum animo paratus. Sũ uolũtate prom ptus. Sum re & opere expeditus. Hoc deniq; animo ſum. Hac tandem ſum uoluntate, hac demũ ſum opinione, hac ſum poſtremo conſtitutione. Verum iſta curabimus. Verum hoc tranſigemus. Cæterũ de hoc tractabimus. Reſtat igitur ut coram ſermonem habeamus. Extremum illud eſt ut una delibe remus. Summa illa ſit ut nos ſimul conueniamus. Caput illud maneat ut nobis præſentibus una com municemur. Reliqua tecum aget tabellarius. Cætera per tabellarium cognoſces. Alia omnia tibi nun cius ſignificabit. Siqua reſtant: ex aliorum ſermonibus certior fies. Te igitur ut ſpero propediem uide bo. Cito igitur tecum futurus ſum. Quamprimum igitur te reuiſam. Si igitur ad me nõ ueneris. Ego ad te q̃primum proficiſcar. Niſi igitur ad me q̃primum ueneris, ego te cõueniam. Si igitur te breui ad me non cõtuleris: ego citius ad te aduolabo. Velim igitur quid acturus ſis me certiorem facias. Quid moliturus ſis: mihi ſignifices. Quid conſilii ſis incepturus: mihi denũties. His igitur de rebus quid de liberaturus ſis: fac me doceas. De his igitur negociis quid ſis ordinaturus: fac ſciam. Tu quid egeris: id uelim deus approbet. Tu quid conſtitueris: exopto, ut tibi beneuertat. Tu quid feceris: cupio tibi fæli citer euenire. Itaq; rem ita geſtam eſſe gaudeo. Itaq; negocium ita eſſe cõfectum ualde lætor. Itaq; cau ſam noſtram talem finem conſecutam eſſe lætus ſum. Negocium adhuc ſic habet: hoc eſt q̃ factũ eſt. Quæ igitur acta ſunt tu uides. Quæ igitur cõſtituta ſunt collige. Tenes igitur quonam pacto res ge ſta ſit. His igitur rebus certior factus: tenes quid tibi agendum ſit. Nũc quæ a me acta ſunt clariſſime ſatis intelligis. Nunc quid egerim cognoſcis. Nunc quid decreuerim perſpicis. Nunc quid conſtitue rim uides. Nunc quid acturus ſim accipis. Habes igitur meum cõſilium. Habes ergo quid augurer. Intelligis igitur ſententiam meam. Cognoſcis igitur quid ſentiam. Proſpicis igitur quæ mea iſtitutio. Sed ut pauloante tibi dixi. Sed ut ad te ſcripſi ante. Sed ut antea tibi ſignificaui. Cætera cognoſces ab aliis. De cæteris rebus ex rumoribus certior fies. Quæ igitur ſequuntur: alii tibi nuntiabunt. Reliqua tibi Sempronius explicabit. Sed ut redeamus ad illud unde diuertimus. Sed ut redeã ad caput ipſum. Sed ut ad rem reuertar. Aduerte nunc itidem rationes tuas. Vide nunc pariter ſtatum tuum. Cogita nunc ultro citroq; acceſſiones utriuſq; partis. Etiam atque etiam illud cogita ſi tibi conſilii ratio ſit ĩ eunda. Accuratiſſime igitur te cum delibera: quæ conſultando inſtitutio ſit recipienda. Non ceſſabis igitur te cum peruoluere quæ agendi ratio ſit nobis obſeruanda. Facies itaq; melius. Ages itaq; com modius. Curabis itaq; prudentius. Deliberabis itaq; ſapiẽtius. Conſtitues itaque probabilius. Hæc igi tur ſunt quæ tibi nota eſſe uolui. Hæc igitur conſtant quæ te ſcire oportere ſum arbitratus. tenes igi tur quæ te ſcire deſiderabam. Omnibus his de cauſis debes quod dixi obſeruare. His igitur de rebus omnibus mihi debes obtẽperare. His igitur rationibus ſententiæ meæ debes acquieſcere. Nunc quid tibi uidetur facies. Nunc tenes quid debes conſtituere. nunc tuum factum conſidera. nunc ex ſenten tia tua quod uoles: conſtitues. Nunc tui conſilii eſt quid tibi agendum ſit. Nunc tu pro tua pruden tia quid bonum uidebitur perficies. Si igitur me audies: mihi obtemperabis. Si igitur mihi auſcultaue ris, morẽ geſſeris, credere uolueris, fidẽ adhibueris. Fac igiẽ conſtanti aĩo perſiſtas. Fac igitur in uolun tate ꝑmaneas. Fac igiẽ ne quiſq̃ ab officio te auferat. Vides igiẽ nihil eſſe niſi ineptias. Cognoſces ergo hæc omnia eſſe inania, ieiuna, uana. Nihil ualere, uim nullã habere. Expecto igitur te q̃primũ. Te igiẽ quottidie operior. Venies igitur mihi expectatus. Non poſſes exiſtimare quãtopere te deſiderem. Ex pecto igitur tuas litteras. Operior igitur ut tuæ mihi litteræ indies perferãtur. Tuas igiẽ litteras ſum ma cũ auiditate deſidero. Incredibile me tenet deſideriũ uidendi litteras tuas. Sũma igiẽ teneor uolu ptate tuas cõplectẽdi litteras. Fac igitur ſæpe mihi ſcribas. Fac igiẽ ut tuis me litteris ſæpenumero ui ſites. Fac igitur ut crebræ tuæ ad me litteræ deferanẽ. Fac igitur litteris mihi correſpondeas. Fac igi tur ut ſæpiſſime per tuas litteras mecũ agas. Fac igitur ut tuis litteris intercedentibus: de ſtatu tuo fiã creberrime certior. Ignoſce igitur celeritati litterarum. Parce feſtinationi epiſtolarum. Da ueniam

ſi litteras tam celeriter excuſauerim. Sed iam his finem impono. Finem igitur dicendi facio. Ponam in extremo quod ſentio. Valebis igitur fæliciter princeps illuſtriſſime: iuxta illud quod dicimus. Tu ualeas fælix: ceu longo tempore phœnix. Et foueat tellus: uelut te pelle uitellus. Et Albertū de Eyb tui obſequentiſſimum ut ſemper feciſti tua gratia complectaris: atq; hæc pauca ſententiarum ſynonyma ex illuſtribus autoribus Gaſparino Barſiſio pergamenſi: & Stephano Fliſco Soncinēſi excerpta: & per me ſic ordinata: tibi fac ſint quamgratiſſima.

Clauſulæ familiares ex libris epiſtolarum. M. T. C. excerptæ: & primo ad magnitudinem amoris beniuolentiæ & familiaritatis ſiue officii & beneficii in aliquem noſtri aut alterius in nos explicandā fæliciter incipiunt. Cum aliis ex ordine Rubricarum clauſulis.

Vanq̄ ſuperiora ſententiarū ſynonyma illuſtriſſime & humaniſſime princeps: ad quaſcūq; conficiendarum epiſtolarum rationes ſatis eſſe uideantur: tamen noſter ut dicendi ſtilus magis ac magis eluceſcat: & noſtra reddatur epiſtola illuſtrior atq; prægnantior: nō abſurdum eſſe putaui clauſulas: & quidem elegantiores ex libris epiſtolarum. M. T. C. omnium ſane oratorū: qui fuerunt principis excerpere: & ī unum redigere: ac ſub certis rubricis ſeu titulis: ſub quibus cōmodius cadere uidentur collocare (Et hoc opus hic labor eſt) ut facilius cum illis nobis utē dum erit: nobis ſuccedere ualeant & occurrere. Imprimis itaq; clauſulas & orationes quæ circa amorem ſunt & beniuolentiam ut ſupra poſita oſtendit rubrica: abſoluendas eſſe exiſtimaui: quæ in hunc ſequūtur modum. Ego omni officio ac potius pietate erga te cæteris ſatiſfacio omnibus: mihi ipſe nū quam ſatiſfacio. Tāta enim eſt magnitudo tuorum erga me meritorum: ut quoniam tu niſi perfecta re de me non conquieſti: ego quia non idem in tua cauſa officio: uitam mihi eſſe acerbam putem. Libro primo. Epiſtola prima. Nam cum in ſermone quottidiano: tum in ſenatu palam ſic egit cauſam tuam ut neque eloquentia maiore quiſquam: nec grauitate: nec ſtudio: nec contentione agere potuerit cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum & amoris erga ſe tui. libro primo. Epiſtola eadem. Eum non ſolum beneficio: ſed amore etiam & perpetuo meo quodam iudicio diligebam. Epiſtola nona. Hic multum ualuit: tum uetus amicicia: quam tu ignoras mihi &, Q., fratri cum Cæſare fuiſſe: tum humanitas eius ac liberalitas breui tempore & litteris & officiis perſpecta nobis & cognita: uæhementer etiam reſpub. me mouit. Epiſtola eadem. Sic enim te exiſtimare uelim neminem eſſe cuius officiis me tam eſſe deuinctum: non ſolum confitear: ſed etiam gaudeam. Eadem. Exiſtimes uelim neminem cuiquam neque cariorem neque iucundiorem unquam fuiſſe quam te mihi: idque me non modo ut tu ſentias: ſed ut omnes gentes etiam: ut poſteritas omnis intelligat eſſe facturum. Epiſtola decima. Illud profecto cognoſces mihi te neque cariorem eſſe quenquam. libro ſecundo. Epiſtola tertia. Graue eſt enim homini prudenti: aliter pudenti: petere aliquid magnum ab eo de quo ſe benemeritum putet: ne id quod petat exigere magis quam rogare: & in mercedis potius quam beneficii loco numerare uideatur. Sed quia tua in me uel nota omnibus: uel ipſa nouitate meorum temporum clariſſima & maxima beneficia extiterunt. Eſtq; animi ingenui cui multum debeas: eidem plurimum uelle debere: non dubitaui id a te per litteras petere: quod mihi omnium eſſet maximum maximeq; neceſſarium. Neq; enim ſum ueritus: ne ſuſtinere tua in me beneficia uel innumerabilia non poſſem: cū præſertim confidere nullā eſſe gratiam: quam non uel capere animus meus in accipiendo: uel in remunerando cumulandoq; illuſtrare poſſet. Epiſtola. vi. Te uero mirifice diligo: quē mihi fortuna dedit amplificatorē dignitatis meæ: ultorē non modo inimicorū: ſed etiā iuidorū meorū: ut eos partim ſcelerū ſuorū: partim etiā ineptiarū pœniteret. Epiſtola. ix. Sic enim tibi perſuade cariſſimū te mihi eſſe cū propter multas ſuauitates: ingenii: officii: humanitatis tuæ: tū q; ex tuis litteris & ex multorum ſermonibus intelligo oīa quæ a me ꝓfecta ſunt in te tibi accidiſſe gratiſſima. quod cū ita ſit ꝓficiā profecto: ut longi tēporis uſurā qua caruimus intermiſſa noſtra conſuetudine: & gratia: & crebritate: & magnitudine officiorū ſartiā. libro. iii. Epiſtola prima. Meum ſtudium erga te & officium tam etſi multis rebus ſpero eſſe cognitum tibi: tamen in his maxime declarabo quibus plurimū ſignificare potero tuā mihi exiſtimationē & dignitatē cariſſimā eſſe. Epiſtola. iii. Et re uera confirmata amicicia: & perfecta fide commemoratio officiorum ſuperuacua eſt: eā partē orationis prætermittā: tibi tamen agā (ut debeo) gratias. epiſtola. iiii. Sed ut ad rē redeā: me tibi non amicū modo: uerūetiā amiciſſimū exiſtimes uelim: & ꝓfecto oībus meis officiis efficiā: ut ita eſſe uere poſſis iudicare. epiſtola. vi. Sic habeto: niſi iam tunc oīa negocia cū ſumma tua dignitate diligētiſſime confeciſſem: tāetſi nihil uidebatur ad meū priſtinū erga te ſtudiū addi poſſe: tamen hac mihi affinitate nuntiata: non maiore qdē ſtudio: ſed acrius: apertius: ſignificantius dignitatē tuā defendiſſem. epiſtola. xi. Primū hoc uelim exiſtimes: animū mihi iſtū tuū uæhementer probari: & fraternā plenā humanitatis & pietatis uoluntatē libro quinto. epiſtola ſecunda. Ego te mihi ſemper amicum eſſe uolui: me ut tibi amiciſſimum eſſe intelligeres laboraui. Maneo in uoluntate: & quoad uoles tu permanebo: citiuſq; amore tui fratrē tuū odiſſe deſinam: q̄ illius odio quicquā de noſtra beniuolentia detrahā. Eadē. Ego ſi abs te ſumma officia deſiderē: mirū nemini uideri debeat. Omnia enim a me in te profecta ſunt: quæ ad tuū cōmodū: quæ ad honorem: quæ ad dignitatem pertinerent: pro his rebus nullam mihi abs te relictā eſſe gratiam: tu es optimus teſtis. epiſtola quinta. Quantum meum ſtudium extiterit dignitatis tuæ: uel tuendæ: uel etiā augendæ: non dubito quin ad te oēs tui ſcripſerint. Non enim fuit aut mediocre aut ob-

ſcurũ:aut eiuſmodi quod ſilentio poſſet præteriri.Nam & cũ conſulibus & cũ multis cõſularibus tã-
ta contentione decretaui:quanta nũquam antea ulla in cauſa:ſuſcepique mihi perpetuam propugna-
tionem pro omnibus ornamentis tuis:ueterique noſtræ neceſſitudini iamdiu debitum:ſed multa ua
rietate temporum interruptum officium cumulate reddidi.Neque me hercule unq̃ mihi tui aut co-
lendi aut ornandi uoluntas defuit:ſed quædam peſtes hominum laude aliena dolentium:& te nõnũq̃
a me alienarunt: me aliquando immutarunt tibi: ſed extitit optatum tempus mihi magiſque ſpera-
tum:ut florẽtiſſimis tuis rebus mea perſpici poſſet:& memoria noſtræ uoluntatis:& amiciciæ fides.
Sum enim conſecutus:ut non modo domus tua:ſed tota ciuitas me tibi amiciſſimum eſſe cognoſce-
ret.epiſtola.viii.Quos quidem ego ambos unice diligo:ſed in Marco beniuolentia impari: hoc ſum
magis Publio deditus:q̃ me quanq̃ a puericia ſua ſemper:tamen hoc tempore maxime ſicut alterum
parentem & obſeruat & diligit.Eadem.Etſi mihi nunq̃ dubium fuit quin tibi eſſem cariſſimus:tamẽ
quottidie id magis perſpicio.Epiſtola.xix.Facile perſpexi ex tuis litteris(quod ſemper ſtudui)& me a
te plurimi fieri:& te intelligere q̃ mihi carus eſſes:quod quando uterque noſtrum conſecutus eſt:reli
quũ eſt ut officiis certemus inter nos:quibus æquo animo uel uincam te uel uincar abs te.Libro. vii.
epiſtola.xxxii.Semper amaui ut tu ſcis.M.Brutum propter eius ſummum ingenium:ſuauiſſimos mo
res:ſingularem probitatem atque conſtantiam:tamen idibus Marciis tantum acceſſit ad amorem ut
mirarer locum fuiſſe augendi in eo:quod mihi iampridem cumulatum eſſe uidebatur.Quis erat qui
putaret ad eum amorem quem erga te habebam poſſe aliquid accedere:Tantum acceſſit ut mihi nũc
denique amare uidear antea dilexiſſe.libro.ix.Epiſtola.xiiii.Nam cũ a ſatis multis(non enim poſſum
aliter dicere)& coli me uideam & diligi:nemo eſt illorum omniũ mihi te iucũdior.Nam q̃ me amas:
quod id etiã pridẽ & conſtanter facis:eſt id qdẽ magnum atq̃ haud ſcio an maximum:ſed tibi cõmu-
ne cum multis:q̃ tuipſe tam amandus es:tam dulcis:tãq̃ in omni genere iucundus:id eſt proprie tu-
um.Epiſtola.xv.Nam &ſi non facile diiudicatur amor uerus & fictus:niſi aliquod incidat eiuſmodi
tempus:ut quaſi aurum igne:ſic beniuolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit.Cætera ſunt ſigna
communia:ſed ego uno utor argumento.quamobrem me ex animo uereq̃ arbitror diligi:quia & no
ſtra fortuna ea eſt & illorum:ut ſimulandi cauſa non ſit.Epiſtola.xxvi.Non poſſum eum non dilige-
re cuius beneficio id conſecutus ſum.Illud autem erat amoris mei quem a tua puericia ſuſceptũ non
ſeruaui ſolum:ſed etiam auxi monere te atq̃ hortari:ut in rempu.omni cogitatione curaq̃ incumbe-
res.libro.x.Epiſtola prima.Ego plance neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo ueſtra ante ali
quando q̃ tu natus eſſes.amorem autem erga te ab ineunte puericia tua: cõfirmata iam ætate familia
ritatem:tum ſtudio meo:tum iudicio tuo conſtitutam.his de cauſis mirabiliter faueo dignitati tuæ:
quam mihi tecum ſtatuo habere communem.Epiſtola.iii.Hæc amore magis impulſus ſcribẽda ad te
putaui:q̃ q̃ te arbitrarer monitis & præceptis egere.Sciebam enim te ex iiſdem hæc haurire fontibus
ex quibus ipſe hauſeram:quare modum faciam.nunc tantum ſignificandum putaui:ut potius amo-
rem tibi oſtenderem meum q̃ oſtentarem prudentiam.Eadem nullum enim in te officium:ne mini-
mum quidem ſine maxima culpa uideor poſſe præterire:in qũo tuẽdo habeo cauſas plurimas :uel pa
ternæ neceſſitudinis uel meæ a puericia obſeruantiæ:uel tui erga me mutui amoris:quare mi Cicero
quod mea tuaq̃ patitur ætas:perſuade tibi te unum eſſe:in quo colẽdo æque paternã mihi conſtitue
rim ſanctitatẽ.Epiſtola.iiii.Non minus.n.a te probari q̃ diligi ſemp malui:nec te magis ĩ culpa defen-
ſorẽ mihi paraui q̃ prædicatorẽ meritorũ meorum eẽ uolui.Epiſtola.vii.Ad eas enim cauſas quibus
amore inter nos ſumus officiis uetuſtate coniuncti:patriæ caritas acceſſit:eaq̃ effecit ut tuã uitã ante
ferrem meæ.Epiſtola.x.Studia mea erga te.quibus certe nulla eſſe maiora potuerunt:tibi tam grata
eſſe q̃ ego putaui fore minime miror uæhemẽterq̃ lætor:quæ quidem tu ſi recte iſtic erit: maiora &
grauiora cognoſces.Epiſtola.xx.Te quidem mi Cicero ĩdies me hercle habeo cariorẽ:ſolicitudineſq̃
meas quottidie magis tua merita exacuunt nequid aut ex amore aut ex iudicio tuo perdam: opto ut
mihi liceat iam præſenti pietate meorum officiorum:tua beneficia tibi facere iucundiora. Epiſtola
A xxiii. De meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam credo te cognoſcere ex litteris tuorũ qui-
bus me cumulatiſſime ſatiſfeciſſe certe ſcio:nec his concedo quanq̃ ſunt ſingulari in te beniuolentia
ut te ſaluũ malint q̃ ego.Illi mihi neceſſe eſt cõcedant ut tibi plus q̃ ipſi hoc tẽpore prodeſſe poſſim:
quod qdẽ nec deſtiti facere nec deſiſtã:etiã in maxĩa re feci & fundamenta ieci ſalutis tuæ.Tu fac bo-
no aĩo magnoq̃ ſis:meq̃ tibi nulla re defuturũ eſſe confidas.Epiſtola.xxix.Etſi omni tẽpore ſumma
ſtudia officii mutuo inter nos certatim conſtiterunt:pro noſtra inter nos familiaritate:& proinde di-
ligenter ab utroq̃ conſeruata ſunt:tamen non dubito in tanto & tam repentino motu reipu.quin nõ
nulla de me falſis rumoribus a meis obtrectatoribus me ĩdigna ad te delata ſint: quæ tuum animum
magnopere mouerunt pro tuo amore in remp.ea te moderate accepiſſe:neq̃ temere credendum iu-
dicaſſe:a meis ꝓcuratoribus certior ſum factus:quæ mihi ut debent gratiſſima ſunt.Epiſtola.xxxiiii.
Si de tua in me uoluntate dubitarem:multis a te uerbis peterem ut dignitatẽ meã tuere: ſed profecto
eſt ita ut mihi perſuaſi me tibi eſſe curæ.Epiſtola.iiii.libro.xi.Quæ de te in ſenatu egerim:quæ in cõ
tione maxima dixerim:aliorum te litteris malo cognoſcere. Illud tibi perſuadeas uelim: me omnia
quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebũt:quæ eſt per ſe ampliſſima:ſummo ſemper ſtudio ſu-
ſcepturum & defenſurũ:quod quanq̃ intelligo me cũ multis eſſe facturũ:tamẽ appetã hui⁹ rei prĩci

patum.Epiſtola.vi.Admirabilis eſt enim quæda tui nominis caritas:amorq; in te ſingularis omnium ciuiũ:ita enim ſperant atq; confidunt.Epiſtola.viii.Quod pro me nõ facio:id pro te facere amor meus in te tuaq; officia cogunt ut timeã.Epiſtola.xx.Hæc me tibi ſcribere non prudẽtia mea hortatur: ſed amor in te & cupiditas ocii:q; ſine te conſiſtere non poteſt.Eadẽ Te tamẽ mi Brute ſic amo ut debeo.q; illud quicquid eſſet nugarũ me ſcire uoluiſti:ſignũ.n.magnũ amoris dediſti.Epiſtola.xxi.Quã tum memoria præterita repetere poſſum:nemo eſt mihi te amicus antiquior:ſed uetuſtas habet aliquid cõmune cũ multis:amor non habet.dilexi te quo die cognoui:meq; te diligi.iudicaui. Epiſtola xxviii.Equidem & ante hoc tempus te dilexi:& ſemper me a te diligi ſenſi:& cum abeſſem atq; in magnis periculis eſſem,& me abſentẽ & meos præſentes a te cultos & defenſos eſſe memini: & poſt meũ reditũ q̃familiariter mecũ uixeris:quæq; ego de te & ſenſerim & prædicarim:oĩs qui ſolent hæc animaduertere teſtes habemus.Grauiſſimũ uere iudiciũ de mea fide & de conſtantia feciſti cũ poſt mortẽ Cæſaris totũ te ad amiciciã meã contuliſti:quod iudiciũ tuũ niſi ſumma mea beniuolentia erga te oĩbuſq; meritis cõprobaro:ipſe me hominẽ non putabo.Tu mi oppi cõſeruabis amorẽ tuũ(&ſi amore magis hoc quidẽ ſcribo quã quo te admonendũ putẽ)meaq; oĩa tuebere.quæ tibi ne ignota eſſent Attico mandaui.A me aũt cũ paulũ ocii nacti erimus:uberiores litteras expectato. Da operã ut ualeas:hoc mihi gratius facere nihil potes.Epiſtola ultima.Puto.n.etiãſi rẽ minus probabis:tamen in iſta ſolicitudine quicquid a me profectũ ſit iucundũ tibi fore.Quod mihi exiſtimationẽ tuã dignitatẽq; cõmendas:facis tu quidẽ omniũ more:ſed uelim ſic exiſtimes:me cũ amori quẽ inter nos mutuũ eſſe intelligã plurimũ tribuã:tũ de ſummo ĩgenio:tũ de ſtudiis tuis optimis & de ſpe ampliſſimæ dignitatis ita iudicare ut neminem tibi anteponã:cõparẽ paucos.libro.xii.Epiſtola.xvii. Ego nullum locum p̃termitto(nec enim debeo)non modo laudandi tui:ſed ne ornandi quidem:ſed mea ſtudia erga te & officia malo tibi ex tuorũ litteris q̃ ex meis eſſe nota.Epiſtola.xxiiii.Quanq̃ admodũ ſumus iam defatigati:ſed nulla ualetudo ĩpedire officium & fidẽ debet.Epiſtola.xxv.Non dubitabã equidẽ: uerũtamen multo mihi notioré amorem tuũ effecit Cherippus.O hominẽ illũ quidẽ mihi ſemper aptum: nunc etiã ſuauem:uultus mehercule tuos mihi exp̃ſſit oĩs:non ſolũ animũ ac uerba pertulit.Epiſtola ultima.Sed & initio Romæ cum te quoq; & tuos oĩs obſeruabat:me coluit in primis: & nuper cũ ea quæ uoluit de ſuis præmiis & cõmodis conſecutus eſt:me habuit ſuorũ defenſorũ & amicorum fere principem.Libro.xiii.Epiſtola prima.Pomponium atticum ſic amo ut alterum fratrem:nihil eſt illo mihi nec carius nec iucundius.Is non quo ſit ex iſtis(eſt enim omni liberali doctrina politiſſimus)ſed ualde diligit patronem:ualde Phædriũ:ſic a me contendit hoc homo minime ambitioſus: minime in rogando moleſtus:ut nihil unq̃ magis:nec dubitat quin ego a te nutu hoc conſequi poſſim.Epiſtola eadẽ?Agã iam tecum familiariter ut eſt & ſtudiis & officiis noſtris mutuis:& ſumma amicicia dignũ: & neceſſitudine etiam paterna libro.xv.Epiſtola.iiii.Liber iſte quem mihi miſiſti:quantã declarationem habet amoris tui.primũ q; tibi facetũ uidetur quicquid ego dixi:quod aliis fortaſſe non idẽ: deinde q; illa ſiue faceta ſint:ſiue ſic fiant narrante te uenuſtiſſima:quinetiã antequam ad me ueniatur riſus oĩs pene conſumitur.q; ſi in his ſcribendis nihil aliud niſi q; neceſſe fuit:de uno me tãdiu cogno uiſſes:ferreus eſſem ſi te non amarẽ.Cũ uero ea quæ ſcriptura proſecutus es ſine ſummo amore cogitare non potueris:non poſſum exiſtimare plus quenquam a ſe ipſo:quam me a te amari: cui quidem ego amori(utinam cæteris rebus poſſem)amore certe reſpondebo.Epiſtola ultima.Reliquũ eſt:ut tu am profectionẽ amore proſequar:reditum ſpe expectem:abſentem memoria colam:omne deſideriũ accipiendis mittendiſq; litteris leniam.Tu uelim tua in me ſtudia:& officia multum tecum recordere:quæ cum tibi liceat:mihi nefas ſit obliuiſci:non modo uirum bonum me exiſtimabis:uerumetiã a me te amari plurimum iudicabis.Recte uale & me ama.Epiſtola eadem ad finem.Hæc ſunt princeps humaniſſime ſententiarum ſynonyma ſiue clauſulæ circa amorem & officium ex libris epiſtolarum M.T.C.excerptæ & delectæ:quas multo tibi plures dediſſem:niſi ueritus eſſem q; noſtri operis inſtitutio(reſtat enim adhuc mare magnum & ſpacioſum:& illic reptilia quorum nõ erit numerus)in longum nimis ſeſe protendere poſſet.Igitur nũc item accipe:accipe igitur clauſulas circa amorem & officium ut ſupra:ex libris epiſtolarum clariſſimi oratoris Gaſparini pergamenſis:& aliorum noſtra æta te eloquentia principum extractas:prout ex ordine intuebere quæ in hunc ſequuntur modum.

Circa amorem & officium ut ſupra Gaſparini pergamenſis & aliorum clauſulæ ſequuntur.

Vanq̃ nunq̃ de tuo in me ſtudio ac beniuolentia dubitauerim: tamen mirum eſt q̃ in te ſemper amor meus indies magis creſcat:non putabam fieri poſſe: ut noſtra beniuolentia cumulatior eſſe poſſet:ſed effeciſti ut nullo tempore uiſus ſim uere a te amari niſi hodierno.Cum enim nulla occaſio olim interueniſſet cur me ab aliquo errato deterreres: nunq̃ potui in læta materia' certum experimẽtum amoris tui ſumere:q; aũt nunc me admones:nec pateris me in amicicia peccare(&ſi omnes magis laudibus quam correctione delectemur: tamen non aliter repræhenſio tua mihi eſt iucunda:quam ut interdũ amara inter dulcia delectant)non quæro defenſionem aliquam apud te:eſt enim hoc pertinaciæ uicium: ea uelle tueri quæ emendari oporteat. Ego quantum in me eſt operam dabo:ut cum aliquanto cariorem habeam:q̃ ſi nullum odium interceſſiſſet.Sæpe amor intermiſſus:acrior conſurgit q̃ continuatus.Cum enim cæteris in rebus ſemper optauerim alios uincere:certe in hoc uno &ſi a te non uelim in amore ſuperari:tamẽ paré te mihi eſſe ma

xime cupio. Nihil enim mihi uidetur minus amãtium esse: q̃ sui officii meminisse: & alieni obliuisci.
Sed hic sit finis: quantum me sis amaturus ĩ te erit: spero q̃ summa me beniuolentia prosequeris: ego
omnia pro te suscipiam quæ digna sunt nostra amicicia. Quod si cognouero te ulla in re propter ue-
recundiã officio meo noluisse uti: minues eã opinionẽ quã semper mihi: de tuo in me perpetuo amo-
re fecerã. Quod aũt cupis omni officio tuo uel in senatu uel in populo pro me defungi: nulla me no-
ua uoluptate afficis. Est enim nõ solũ tibi usitatũ: sed etiã quottidianũ omnẽ curã suscipere quæ usui
mearũ rerũ accedat. Aliud non est quod a te magis uelim: q̃ ut me sicut facis maxime diligas: persua-
deasq̃ tibi neminẽ uiuere cuius beniuolentiam & uirtutem maioris faciam. Te uero non solum dili-
go: sed etiam admiror: q̃ nullo me in te officio semper ut fratrem amasti: nec unq̃ es passus fortunas
meas ab aliis conculcari qui oĩa uolunt potentiæ suæ cõtra ius & æquitatẽ cõcedi. Nemo fuit qui ali-
ter in hac tua causa solicitus esset ac in sua: & fortassis eo magis q̃ in causis amicorum decet aliquan-
to nos attentiores esse q̃ in re nostra: gratias ergo quas debes: amicis tuis dices: non quia illi animum
tuum ignorent: sed ut tua apud ipsos testatior prosit beniuolentia. Nihil ad hanc tuam solicitudinem
addi potuit: & effecisti ut & si omnia in aduersum cecidissent: tamen tibi gratiam habuissem: q̃ maio-
ri studio negocia tua geri non potuissent: q̃ hoc tempore mea gessisti: plurimum tamẽ gaudeo & ma
xime gratulor: q̃ tuæ diligentiæ fortuna par fuit. Nam si redoleret antiquam familiaritatem: & uete-
ris beniuolentiæ quam habuit cum patre meo reminiscereturnouos amicos potius mihi faceret q̃ cõ
suetos abigeret. Vnum est q̃ maiorẽ ĩmodũ non solũ te rogo sed etiã obsecro: ut cũ te maxime dili-
gam: non patiaris inuidorũ hominũ uerbis nostrã amiciciã diuelli: & magis apud te ualeat memoria
nostræ amiciciæ: quæ usq̃ a pueritia incepit: q̃ oratio eorum qui hoc maxime student: quomodo pos
sint consuetudinẽ nostrã intermittere: præcipio enim ut non solũ maneamus ĩ amicicia: sed ut etiam
hi iudicemur esse: qui a nullo alio amore ac beniuolentia uincamur. Nunq̃ futurum putassem: ut stu-
diũ meũ & cura: quam pro tua salute suscepi, magis in te posset cumulari: sed incredibile est quantum
singuli dies meo in te amori adiiciant. Nam postq̃ te amare cæpi nullus tẽpus fuit: in quo nõ hæc de
te cogitarem: sermonem sæpe de te haberem: si quando tibi aliquos familiares conuenio: quibus cum
uelim qua prudentia: & humanitate sis apud illos cõmemorare sentio meum ĩ te amorem duplicari:
& longe plus quam credi potest: meam in te beniuolentiam augeri: quotiens enim tua in me officia:
quæ quottidie sunt maiora animo considero ea res pristino amori meo tantum adiicit: ut iam te ma-
gis quam oculos meos diligam: nullum itaq̃ mihi finem amandi te facio: nec aliud est quod magis co
gitẽ: q̃ ut tibi & omnibus satis in te gratus uidear. Quæ ad te de tuo amore scribis usitata sunt & an-
tiqua: quando enim tempus fuit in quo negocia mea pluris non facerem q̃ tua? nouam tamen semper
uoluptatem percipio quotiens de tua in me beniuolentia aliquid audio nec minorem animi iucun-
ditatem: ex tuis litteris percipio q̃ si de his rebus inter nos commentaremur de quibus ad me scribis.
Si optas ex me scire quid a te maxime uelim: summa est ne minoris amiciciam nostram facias q̃ ego
tuam. Scis quantum amaui te: aut quantum excoluerim. Nunq̃ ullum tantum fuit in re mea commo
dum: quod pro te non neglexerim neque incommodum q̃ per te non susceperim ubi hoc usui tui ac
B cedere intellexi. Hæc ex Gasparino, modo alios accip. Multa continentur litteris tuis: & quidem om-
nia mihi pergrata: quorum illud primum q̃ amiciciam tuam liberalibus uerbis obtulisti: imo propi-
us ut loquar amorẽ tuũ erga me mihi patefecisti. Videtur enim inter amorem & amiciciã hoc esse di
scrimẽ: q̃ amare possumus etiã nescientes: amicicia uero non fit nisi inter sciẽtes. Est enim amicicia re
ciprocus animorum affectus. Ego igitur & accipio amorẽ tuũ: & uicissim meũ tibi spondeo. Quod
aut mea laudibus extollis etiã gratũ est quanq̃ timide ac diffidenter fidẽ his præsto. Leonardus Are-
tinus. Volo ut extet opus aliquod studiorũ meorũ quod sit testis & iudex amoris mei erga sanctissi-
mũ dominũ Eugeniũ papã quartũ. Nam q̃ ab adolescentia mea illũ dilexerim: propter celsam quan-
dã eius magnitudinẽ animi: & uirtutis præstãtiã & ipse me inter familiarissimos recipere dignatus sit:
debet profecto nunc monumentum aliquod extare dilectionis meæ. Itaq̃ libros politicorum multis
a me uigiliis: multaq̃ assiduitate & opera in latinum conuersos: ad beatitudinem suam mittere consti
C tui. Idem Leo. Cum primum te uidi gebennis olim præstantissime pater: dum ibi Romanus pontifex
esset cognouiq̃ excellentem in omni litterarum genere doctrinam tuam: dicaui me totum tibi: non
quidem spe aliqua præmii (ut multi solent) commotus: sed egregia animi uirtute: quam in te esse intel
ligebam: cum summa humanitate cõiunctam. Equidem dilexeram antea absentem tuam probitatẽ:
fama & uerbis cognitam mihi: postea uero quam te præsentem cõspexi & simul perspexi mores tuos:
suauitatem sermonis uitæq̃ integritatem: & quod plurimum ualuit ad beniuolentiam conciliandã:
sensi te plurimum delectari ex eisdem: a quibus ego non eram penitus alienus studiis humanitatis: ita
unice amare te accepi: ut nihil fere ad meum ĩ te amorem addi posse uideretur. Nam licet homo sim
paulo indoctior: complector tamen eos animo in quibus aliquid specimen: aut sapientiæ aut uirtutis
eluceat. Magna est nimium profecto bonorum & sapiẽtium uirorum inopia: quos siquando quod ta
men raro accidit: inter mortales apparent: maxime uenerari & colere debemus. Ita egregie loquitur
Poggius noster Florẽtinus omnium poetarũ facetissimus. Audiui quo nihil mihi gratius aures meæ
audire hoc tempore poterant de tua Nicolaiq̃ reconciliatione: id summum in modum gaudeo: & eo
maxime q̃ eum te quem semper pollicitus eram præstitisti: partes tuæ erunt hoc idẽ prudentiæ effice

re:ut non ſolum reconciliatio facta:ſed etiam amicicia reſtituta eſſe uideatur.Parum enim eſſet odiũ tollere:niſi ſubſequatur caritas & amor:quæ propria ſunt animi ingenui erectiq; & ad uirtutem bene conſtituti.Redaſſume quæſo priſtinam illam mihiq; notã familiaritatẽ ac beniuolentiã cũ Nicolao: daq; operam & incumbe quantũ potes:nequid accidat quod eam poſſit labefactare:ut non ſolũ amicorũ interceſſione:ſed uolũtate quoq; ueſtra ac iudicio hæc reditio ĩ gratiã æſtimari poſſit.Tibi quidẽ hoc ſummæ laudi erit:& ſpero uoluptati fore.Nam ſcito præteritas inimicicias non nihil leſiſſe & tuũ & Nicolai nomen:hanc uero reſtitutã gratiã:ſummã tibi bonorũ omniũ doctorũq; beniuolentiam conciliaſſe:ſumma tua cum dignitate.Idem Poggius.Etſi maiores mei omnes illuſtriſſime princeps:in diuũ genitorem tuum:nec minus in te ſemper atq; uæhementiſſime fuerint incenſi:& qui ſuperſunt quaſi hæreditaria quadam affectione omnes te una proſequantur.Ego non ſolum patrio & amico amore:ſed etiam tuarum prope diuinarum uirtutum admiratione te iampridem unice: atque religioſiſſime colui.Nam ſiue quottidiana exempla clæmentiæ tuæ audiã: ſiue humanitatem atque pietatẽ:ſiue excelſi atq; inuictiſſimi animi fortitudinẽ:grauitatem:iuſticiam:non poſſum erga te nõ inflammari ſupra modum.Antonius Panormita.Eſt enim a natura traditum:ut quos diligamus: pſtantiores ac clariores iudicemus.Solent præterea tam poetæ q̃ cæteri quos diligunt & amicos habẽt laudibus illis extollere:quibus eos refulgere deſiderant. Idem. Stat uniuerſis genuenſibus ſententia ſub uera libertate eſſe quam ſi diſpoſueris non uexare:noſque tibi habere amicos fauenteſque perſua de tibi id facile & opportunum futurum eſſe,ſique noſtra amicicia uti uolueris:comperies illam tibi & facilem & opportunam.Et ſi fortaſſe decreueris nos uexare hoſteſq; habere noſtræ ſaluti:remedia quælibet exquirere ſtat ſententia ex genuem.Potes ex hoc facere coniecturã ſummi erga te mei amo B
ris:q; rogatus a te ut de origine urbis Bononiæ:hoc eſt a quibus aut quo tẽpore cõdita eſſet ad te ſcriberem.Etſi eam rem difficilem ac faſtidioſam inuentu eſſe intelligebam:malui tamen eum laborem ſubire:q̃ parum obſequi precibus tuis.In quo ſi forte tardior fui:q̃ uel deſiderium tuum uel meum officium requirebat:uideor quaſi meo iure petere ueniam poſſe abs te:præſertim qui & noſti occupatiões meas:& me ſcis iampridem difficultate temporum coactum libris meis caruiſſe. Edidi tamẽ tandem quæ potui:non ut uolui:ſed ut me temporis anguſtiæ & librorum penuria coegerunt. Minus enim graue futurum exiſtimaui:ſi abs te in re difficili atq; obſcura doctrina mea deſideraretur:q̃ ſi hominis grauiſſimi & optimi mihi amiciſſimi honeſtiſſimam ſpem uiderer fraudaſſe.Hoc Nicolaus Peroti:tametſi modicum ad rem:tamen pulchrum.Nunq̃ me de te mea fefellit opinio qui nõ mi- C
nus me diligas:q̃ ab me amari te intellexeris.Amor autem erga te meus quantus ſit:non re minus q̃ opinione cognoſces.Emori malim q̃ iure ingratus iudicari.Beneficio affecti qui ſeſe ĩgratitudinis ac cuſari noluerunt:alii aurum & argẽtum:alii margaritas & gemmas.alii aliud fortunæ bonum. quod dicitur retribuere conſueuerunt.Ego autem beneficos didici:quantum & humanum & meum præſtare poteſt ingenium ex hominibus deos reddere & ea immortalitate donare:quam laudis gloriæq; æternitas afferre ſolet.Franciſcus Philelphus.Ne te prætereat quibus apprime debeas:tuis qui rationibus egregia ſunt neceſſitudine deuinct⁹.Sempronius præ cæteris tui adeo fautor extitit curioſiſſimus:ut hominẽ credam fuiſſe neminem:ſui cuiuſuis amici tam ſtudioſum maiori qui ſtudio:cura:diligentia:grauitate:eloquentia:res illius familiares atq; hic tuas ulla fuerit tẽpeſtate contutatus. Neq; animum ſatis poterat explere ſuum tenaci officiorum memoria:quæ in illum ſæpenumero contuliſſes:& amoris quoq; quem flagrantiſſimũ ſuã in cauſam exararas.Id mediuſfidius ſũmo eſt tibi argumento:eũ ipſum ſimulata haud amicicia:ſed certiſſima beniuolentia eſſe perfunctum. Quæ uero tuam in rem efficio:me certe pudet in lucẽ effundere:quando tamen tibi obſtringor ut ſi ſpiritũ quoq; ipſum tuis pro commodis emiſerim:rite tamẽ quiſquã percenſere poterit tuis in me beneficiis: quæ ſane extant innumera:neutiquam eſſe reſponſum.Et quo magis me tibi debere animo contemplor meo:quæ tuos in uſus tranſfero:eo nempe mihi inferiora uidentur.Illud poſtremo uelim tibi innotescere:meam obnixam eſſe ac fore ſententiam tuam ſic uniuerſam cauſam agere:ut meam quiuis in te fidem præſentem abſentemq; ſinceram atq; ĩmaculatiſſimam uſq; fuiſſe palam intelligat.Vale.Baldaſar raſinus præceptor meus obſeruandiſſimus:non tam elegãter q̃ grauiter dixit. Mei nempe eſt in te amoris noſtris uſq; a teneris annis:ac nobis ſubinde adoleſcentibus adauctum te perſuaſum reddere:eam poſthac oram colere deſinas:in qua promiſcue aguntur uniuerſa:& iuſticia omnis imperii propugnatrix refrigeſcit.Tuas enim rationes tanta beniuolẽtia proſequor:ut perpetuum ſit mihi ſtudium omni diligentia:conſilio:accuratione id efficere:ut non modo fulgentiore autoritate conflorescas:uerumetiam perpetuam incolumitatem conſerues & augeas.Mea poſtremum cauſa quæ in Sempronium beneficia contuliſti:ut tibi habeam gratias me longe propellunt:idq; uelim animum inducas tuum:ut quicquid honorificentiæ:auſpiciorum:conſilii ſuam ĩ cauſam impartieris: meis quidem fortunis addictum eſſe:qui itidem tuos in tribules acq; ſingulares amicos tentare permolirer. Idem Bal. Vt te neglectum minime habeam rationes perurgent compluſculæ. Vetus primum beniuolentia:tuis quæ me perpetuo penatibus addixit ante multo q̃ ex aluo materno ſtatuiſſes.dehinc ĩter nos confleta omni ætate noſtræ caritatis tua neruoſius munita uirtute:ac tuis tandem beneficiis ameniſſimis:quibus me ſemper accumulaſti:adeo ut mihi certo præponam neminem tuas q̃ ĩ rationes/officio ac pietate ſit procliuior.Complura in hunc erga te amorem meum conſcriberem: ſuſpitionem

niſi aſſentationis a qua ſemper abhorrui: modo uererer. Cæterum te oratum uelim quanto amore tu as fortunas interceperim periculum facias: qua in re nulla me unq̃ in te ſimulatione fuiſſe perfunctũ palam intelliges. Idem Bal. & hæc circa amorẽ & officium ſufficiant: nunc ad alia tranſigamus.

Vbi conſilium & auxilium amico impartimur: aut ab eo expoſcimus. M. T. C. clauſulæ.

Quidem ſententiam meam aut ſcribam ad te poſtea pluribus: aut ne ad eam meditere im paratum te offendam: coramq; contra iſtam rationem meam dicam: ut aut te in meã ſententiam inducam: aut certe teſtatum apud animum tuum relinquam quid ſenſerim: ut ſiquando (quod nolim) diſplicere tibi tuũ conſiliũ cæperit: poſſis meũ recordari. libro ſecundo. Epiſtola. iii. Sera gratulatio repræhendi non ſolet: præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt. Longe. n. abſum: audio ſero: ſed tibi & gratulor: & ut ſempiternæ laudi tibi ſit iſte tribunatus exopto: teq; hortor ut oĩa gubernes: ut moderare prudentia tua: ne te auferãt aliorũ conſilia. Nemo ẽ q ſapiẽtius tibi ſuadere poſſit teipſo nunq̃ labere ſi te audies. Non ſcribo hæc temere: cui ſcribã uideo. Noui animũ: noui & conſiliũ tuũ. Non uereor: nequid timide: nequid ſtulte facias, ſi ea defendes quæ ipſe recta eſſe ſentias. Epiſtola. vii. Sed illud idẽ quod in initio ſcripſi tecũ loquere: & te adhibe in conſiliũ. te audi: tibi obtempera. alter qui melius cõſilium dare poſſit q̃ tu: non facile inueniri poteſt. tibi uero ipſi certe: nemo melius dabit. Dii immortales cur ego abſum: uel ſpectator laudum tuarum: uel particeps: uel ſocius: uel miniſter conſiliorum: tametſi hoc minime tibi deeſt: ſed tamen efficeret magnitudo & uis amoris mei conſilio te ut poſſem iuuare. Epiſtola eadem. Raras tuas equidem (fortaſſe enim non perferuntur) ſed ſuaues accipio litteras: uel quas proxime acceperam q̃prudentis: q̃ multi & officii & conſilii erant. etſi omnia mihi conſtitueram ſic agenda ut tu monebas: tamen confirmantur noſtra conſilia: cum ſentimus prudentibus fideliterq; ſuadentibus idem uideri. Epiſtola. xiii. A te maximopere pro noſtra ſumma cõiunctione tuaq; ſingulari humanitate: etiam atq; etiam quæſo & peto: ut quibuſcunq; rebus poteris (poteris autem plurimis) proſpicias & conſulas & rationibus meis. hoc uelim tibi perſuadeas ſi rationibus meis a te prouiſum eſſe intellexero: magnam te ex eo & perpetuã uoluntatẽ eſſe capturũ. libro. iii. Epiſtola. ii. Quod meũ conſiliũ exquiris: id eſt tale ut capere facilius ipſe poſſim q̃ alteri dare. Quid enim eſt quod audeã ſuadere tibi homini ſumma autoritate: ſũmaq; prudentia? li. iiii. Epiſtola. ii. Etſi eo adhuc te conſilio uſum intelligo: ut id repẽhendere non audeam: nõ quin ab eo diſſentiam. ſed q; te ea ſapiẽtia eſſe iudicem: ut meum conſilium non anteponam tuo: tamen & amicitiæ noſtræ uetuſtas: & tua ſumma erga me beniuolentia: quæ mihi iam a pueritia cognita eſt: me hortata eſt: ut ea ſcriberem ad te: quæ ſaluti tuæ conducere arbitrarer: & non aliena eſſe ducerem a dignitate. Epiſtola. vii. Plurimum ualuiſſe apud me tuam ſemper autoritatem cum in omni re: tum in hoc maxime negocio potes exiſtimare: cum mihi Marcellus conſul frater amantiſſimus mei non ſolũ cõſiliũ daret: ſed precibus quoq; me obſecraret: non prius mihi perſuadere potuit: q̃ tu is eſt effectũ litteris: ut uterer ueſtro potiſſimũ conſilio. Epiſtola. xi. Gaudeo neq; repræhendo tuum conſiliũ. nã nil iſto poteſt eſſe iucundius: non modo miſeris his temporibus & luctuoſis: ſed etiã tranquillis & optatis. libro. v. Epiſtola. xiiii. Nam quod allatura eſt ipſa diuturnitas: quæ maximos luctus uetuſtate tollit: id nos percipere conſilio prudentiaq; debemus. Etenim ſi nulla unq̃ liberis amiſſis fuit tam imbecillo mulier animo: quæ non aliquando lugendi modum fecerit: certe nos quod eſt dies allatura: id conſilio anteferre debemus. neq; expectare temporis medicinam: quam repræſentare nobis ratione poſſumus. Epiſtola. xvi. Tibi autem id conſilii do: quod mihimetipſi uitemus oculos hominum: ſi linguas minus facile poſſumus. Qui enim uictoria ſe efferunt: quaſi uictos nos intuentur. Qui autem uictos eſſe nos moleſte ferunt: nos dolent uiuere. Tu enim ipſe qui & me & alios prudentia uincis: omnia (credo) uidiſti. nihil te omnino fefellit. Quis eſt tam lyceus qui in tantis tenebris nihil offendat? nuſquam incurrat? libro. ix. Epiſtola. ii. Omnia igitur tua conſilia: mihi non magis prudentiæ plena: quæ ſumma eſt: uidetur: q̃ fidelitatis quam ego ex mea conſcientia metior. quare ſi aut aliter ſentirem: certe admonitio tua me reprimere: aut ſi dubitarem hortatio impellere poſſet ut id ſequerer quod tu optimum putares. Nunc uero quid eſt quod me in aliam partem trahere poſſit? libro x. Epiſtola. iiii. Ego eam ſententiam dixi: cui aſſenſi ſunt omnes ad unum: ea quæ fuerit ex ſenatuſconſulto cognoſces. Tu quanq̃ conſilio non eges: uel abundas potius: tamen hoc animo eſſe debes: ut nihil hĩc reiicias: ne ue in rebus tam ſubitis tanq; anguſtis, a ſenatu petendum conſilium putes. Ipſe tibi ſis ſenatus, quocunq; te reip. ratio ducet: ſequare. Cures ut ante factum aliquod a te egregium audiamus: quam futurum putaremus. Illud tibi promitto: quicquid a te erit factum: id ſenatum nõ modo ut fideliter: ſed etiam ut ſapiẽter factum comprobaturum. Epiſtola. xvi. Quid in animo habuerim cũ Lernus Lernaq; diſceſſerunt a me: & ex litteris quas eis dedi: & ex ipſis cognoſcere potuiſti: qui omnibus rebus conſiliiſq; meis interfuerunt. Accidit mihi q; homini pudenti & cupido ſatisfaciendi reip. boniſq; hominibus accidere ſolet: ut conſilium ſequerer periculoſum: magis dum me probarem q̃ tutum: quod habere poſſet obtrectationem. Epiſtola. xviii. Vtinam haberẽ quid uobis darẽ conſilii: ſed ne mihi quidẽ ipſe reperio quid faciundũ ſit. Quid. n. ẽ q; contra uim ſine ui fieri poſſit? Conſiliũ omne autẽ hoc ẽ illorum ut mortẽ cæſaris perſequantur. Itaq; ante diẽ ſextum nonas octobris pductus i contionẽ a Caninio: turpiſſime ille quidẽ diſceſſit: libro. xii. Epiſtola. iii. Hæc circa conſilium ex libris M. T. C. ſufficiant. Sequitur nunc circa idẽ ex aliis. Ad idem

Pero q̃ ſi meo conſilio uſus fueris: breui intelliges omne a te depulſum eſſe periculum: q̃ in ipſis uiſceribus hærebat. Sic enim ego ſentio: quid tibi in re tua facturus es: etiam atq; etiam prouidebis. ego. n. nõ minus de tua ſalute laboro: q̃ ſi omnia nobis eſſent cõmunia. Gaſparinus pergamenſis. Spero uos omnia ſapienter proſpexiſſe: quæ in utrãq; parte poſſint accidere: nec uobis abeé conſilium: aut uires ad hãc maximam ré conficiendam. Spero: eſtq; hoc meum conſilium: dum adhuc oía noua ac recentia ſunt: poſſe omnem cãm orientium malorum per te tolli. Ego lunge a te diſſentio. Nam cũ hominibus ita uiuẽdum eſt: ut ſuus unicuiq; mos eſt. Nõ. n. iudico ſapientis eſſe: cũ cæteri ſibi arrideant ipſum flere aut nimiũ ſeuerũ eſſe: cũ alii ſunt in ioco. Ita enim ſemp uitã inſtitui meã ut præſentibus me rebus accõmodarem: nec paterer aliqué mihi iure ira ſci. Quod in re deſperata neq; preſidii neque cõſilii cã ad me ſcribis: ſed quia iuuat te incõmodis tuis mecũ loqui: facis rem inter amicos uſitatã: Idem ego & facere ſoleo quotiens diſcrutior aníio maioré quidẽ partem moleſtiarum meaꝝ depoſuiſſe mihi uideor: cũ amicis oẽm perturbationé apui. Quid tibi cõſilii mei afferam non habeo: qui ipſe in oĩbus rebus meis: tuo ſemp uſus fuerim. Quid tibi conſilii mãdem nõ ſatis habeo: cui p diuturnitate maloꝝ meoꝝ non ſuppetit qualiter ipſi mihi medear. Tantis incõmodis hoc tẽpore afficior: ut neque auxiliũ mihi ſit: neque ſpes: neque conſiliũ tu ſi quid habes quo meã ægritudiné leuare poſſis. fac ad me ſcribas quãq̃ quid poteſt eſſe q̃ a te poſſit mihi in tantis malis afferri. Exceſſit enim uis huius mali oía humana remedia: & eo loci res meæ peruenerũt: ut (quod aiũt) ne ipſa quidẽ ſalus: etiamſi uelit poſſit me his malis eximere. tẽtabis tamẽ: & ſi quid erit quo mihi poſſis aliquã opẽ afferre: nihil ex cõtingentibus ommittes. Quid ad te ſcribã neſcio: qui ita perturbato aío ſum: ut neq; ratio ulla: neque cõſilium ullũ in me ſit: Male autẽ alteri poteſt cõſulere: qui ipſe maxíe cõſilio indiget: quod poſſum facile tibi præſtare: hoc tibi polliceor dolere tecum pariter & accuſare fortunã: quæ noſtras res aduerſas p debitis addit: his ego remediis poſſum te iuuare: ſi ea ſunt appellanda remedia. quæ animũ ægrotanté ĩcurrabilé reddunt. Eſt etiã nõ poſt factũ. ſed antequã res fiant cõſiliũ de ſummis rebus habendũ. Niſi rebus tuis caues: implicabis te aliquo incõmodo graui. Credis unũquenque eo eſſe in te aío: quo tu in alios es. falleris crede mihi. Ná ex his qui tibi in præſentia uident amici: pauciſſimi te ex aío diligunt. ſi ergo me audies: abdicabis oẽs illos a te quorum frons eſt blanda: & oía quæ a te fiunt impẽſæ laudant. Suadeo in oĩbus rebus a te gerendis. utaris conſilio Gaii hominis certe ſapientiſſimi & qui te ſumme diligit: quicquid ille tibi perſuaſerit: ueridici Apollinis (ut aiunt) dictum puta. Vide ne te implices rei unde cũ uoles. nõ poſſis te explicare: Sic enim iudico aliquanto melius eſſe a religione abſtinere: q̃ accedere ad illam. nõ eius rei gratia ad quam illa fuit a noſtris maioribus primũ cõperta. Fuiſſem aũt prolixior in ſcribẽdo: niſi ſperarem te breui affuturũ. quod ut facias uæhementer rogo. Spero enim nos de multis rebus eam deliberationé cõſiliumq; habituros: quæ nos ab his curis ac moleſtiis extricent in quibus dudum ſine ſpe exeundi fuimus. Omnes ad te unũ ſua cõcilia referunt. tuamq; autoritatem maxime attendunt. Cõſtitui itaq; maturius de hac re tecum deliberare. ſed cũ id neque per aliũ neque litteris poſſit trãſigi: nõ grauaberis ad me ire. Duo. n. eodem itinere conficies. ná & officiũ tuũ: quod uæhementer ab omnibus deſideratur reip. præſtabis: & multa expedies quæ ſunt inter nos hoc tempe agẽda. pluribus uerbis ad hanc ré te excitarem: niſi iam iter ad nos agere cõfidere. Deſidero maxime præſentiã tuã. Spero ut dolendo mecũ aut cõſolando aliquod ſolatiũ in tanto merore meo afferes. Vix poſſet fieri qua prudentia ſemper ac ſapiẽtia fuiſti: quin aliquod a te mihi eſſet conſiliũ: quo minus acerbe oía perferré: Quãtũ itaq; potes contende: ut huc accedas: aut ſi te occupationes detinent: aliquid ad me ſcribas: putabo. n. utrũ feceris. me aliquam huic morbo: ſi qua eſt quæ poſſit afferri: medelam meminiſſe. Mallem te poſſe aliquo meo auxilio q̃ conſilio iuuare: quæ facultas ſi mihi adeſſet: certe nulla res meam in te beniuolentiam ac pietatem impediſſet. ſed poſtq̃ id quod maxime in tua aduerſitate optabam a me non poteſt fieri: id ad te conſilium ſcribo: quo ego ſæpe in meis rebus aduerſis uſus fui. Cum enim aliquando in ſimili fortuna fuiſſem: neq; aut præceptis hominum aut philoſophorum aut conſolatione amicorũ: dolorem meum leuare poſſem: longe a conſpectu ciuitatis: & earum rerum quibus priuatus fueram diſceſſi. Nam hæ res ſolent cum aſpiciuntur nimis exacerbare animum: & reuocare deſiderium prioris fortunæ. Cæpi ergo uitam meam in ſolitudine agere uidebam multa quæ natura produxiſſet ſuis rebus contenta nec ſibi ĩuidere. Cogitabam turpiſſimum homini eſſe qui rationis ac diuinitatis eſſet particeps: non poſſe naturæ conſilio acquieſcere. Caue ſi honori tuo: ſi opibus ac ſaluti bene conſultũ uis: quicq̃ horum facias ad quæ iſte homo te hortatur. Caue ſententiam eorum ſequaris: qui te ad lites & controuerſias cohortantur. ego enim ad pacé & concordiam te uoco. Nihil enim olim apud noſtros maiores magis cuſtodiebatur q̃ conſilium in deliberationibus & conſiliis rerum: quæ ad publicam utilitatem pertinebant. neſcio an ſapienter a uobis deliberatum ſit de bello ſuſcipiendo: pro quo tantus apparatus inſtruitur. uideris quidem ſpondere certam uictoriã patriæ tuæ. & omnia bene ſperare: ego uero cum nihil magis incertum uideam q̃ exitus bellorum: uereor ne ueſtra conſilia fallantur. Carthago enim urbs potẽtiſſima multis annis duce Annibale bellum geſſit cum Romanis. & q̃q̃ uaſtitatem italiæ uidiſſet: & Romam pene captam. tamen exitus non fuit uictoriæ: ſed captiuam tandem ſe uidit. & Romanis legibus ſeruire coacta eſt. Hæc ex Gaſparino. Sequũtur aliorum. Cæterum huic heroi hærere. uelis: meum eſt conſilium: quem ſoleo inſidere recenti palam ĩtelligis nullus quã-

do locus ſuo uacat ſperio, noſtraq; patria cæteris ſane urbibus lepidior, & amena magis ab omnibus cenſeatur: ubi & uitam agere & extrema pati: tibi fixa debet eſſe ſententia: quando ſeorſum tuo cum ſingulari ingenio: tum doctrinæ excellentia, huic quæ principi gratiſſima eſt præ cæteris ad uota tractabere. Baldaſar Raſinus. Id mihi multo conſultius uiſum eſt, animum iam tuum patrium in ſolum intenderes, tuum ubi pedem ſiſtas, teq; demum potentiſſimo reconciliares principi: q̃ aliena ut facis climata peragrares. Idem Baldazar. Et hæc circa conſilium & auxilium ſufficiant: nunc ad alia trãſeamus. Vbi oblationem de nobis aut de aliis facimus, & ubi gratias de beneficiis acceptis habemus. M. T. C. clauſulæ incipiunt.

> V uelim ita tibi perſuadeas, nullam rem eé minimam quæ ad te pertineat, quæ mihi non carior ſit: q̃ meæ res omnes. Id quæcunque ſentiam, ſedulitate mihimetipſi ſatiſſacere non poſſum. Re quidem ipſa ideo mihi non ſatiſſacio, q; nullam partem meritorum tuorum, nõ modo referenda, ſed ne cogitanda quidé in gratia cõſequi poſſum. libro. i. epiſtola. vii.

Tantũ enitor ut neq; amicis, neq; ét alienioribus opera, cõſilio labore deſim. epiſtola. ix. Me quidé cæteraꝝ tuaꝝ actionũ, ſententiaꝝ, uoluntatũ, reꝝ denique oĩum ſociũ comitéq; habebis, neque mihi in omni uita res tã erit ulla propoſita, q̃ ut quottidie uæhementius te de me optime meritum eé lætere. Eadé epiſtola in fine. Quantũ litteris, q̃tum ſtudiis ueteribus noſtris delectationibus cõſequi poterimus. id omne ad arbitriũ tuũ, qui ſemper hæc amaſti, libẽtiſſime cõferemus. Decima. Ego oĩa ſtudia mea, omné operã, curam, induſtriã cogitationé, mentẽ deniq; omné in Milonis cõſulatu fixi & locaui, ſtatuiq; in eo nõ officii me ſolum fructũ, ſed etiã pietatis laudé quærere debere. Neque uero cui quam ſalutem ac fortunas ſuas tantæ curæ fuiſſe unquã puto, quanti mihi eſt honos eius, in quo oĩa mea depoſita eé decreui. li. ii. epiſtola. vi. De ipſo Tito anneo tantũ tibi polliceor te maioris animi: gratuitatis: conſtantiæ: beniuolẽtiæ erga te: ſi complecti hominé uolueris habiturũ eſſe neminé. mihi uero tantũ decoris tantũ dignitatis adiunxeris, ut eundẽ te facile agnoſcã fuiſſe in laũde mea, qui fueris in ſalute. Eadé. Vnũ hoc ſic habeto: ſi a te hanc rẽ impetraro: me pene plus tibi q̃ ipſi Miloni debiturum. Non. n. mihi tã mea ſalus cara fuit: in qua præcipue ſum ab illo adiutus, quã pietas erit in referẽda gratia iucunda. Ea autem unius tui ſtudio me aſſequi poſſe cõfido. Eadé. Omnia uolo a me poſtules & expectes: uincã meis officiis cogitationes tuas. libro. iii. Epiſtola. ix. Pontinus qui a te tractatus é præſtanti ac ſingulari fide, cuius tui beneficii ſum ego teſtis: præſtat tibi memoriam beniuolẽtiamq; debet qui cum maximis rebus ſuis coactus a me inuitiſſimo diſceſſiſſet: tamen ut uidit intereſſe tua conſcendens iam nauem Epheſo Laoditeam reuertit. Talia te cum uideam ſtudia habiturũ eſſe ĩnumerabilia plane dubitare non poſſum: quin tibi amplitudo iſta: ſolicitudo futura ſit: Epiſtola eadem. Reliquũ eſt igitur ut tibi me in omni re eũ præbeã præſtemq; ut ad oĩa quæ tui uelint ita aſſim. præſto ut me nõ ſolum oĩa debere tua cauſa: ſed ea quoq; etiã quæ nõ poſſim puté. Illud me tamé uel tu monuiſſe uel cenſuiſſe puta: uel ꝓpter beniuolentiã tacere non potuiſſe: ut quod ego facio, tu quoq; animũ ĩducas. li. iiii. epiſtola. viii. De mea aũt in te uolũtate ſic uelim iudices: me q̃buſcũq; rebus opus eé intelligã: q̃q̃ uideã quis ſim hoc tpe: & quid poſſim: opera tamen & cõſilio ſtudio quidé rei: famæ: ſaluti tuæ præſto futuꝝ. Epiſtola. xiiii. Is enim tu uir eo & eũ me eé cupio: ut quando in eadé rep. tẽpora incidimus: coniunctionem amiciciãq; noſtrã utriq; noſtrũ laudi ſemper fore ſperem. Quãobrẽ tu quantum iudicio tuo tribuendũ eé nobis putes: ſtatues ipſe: & ut ſpero ſtatues ex noſtra dignitate. Ego tibi uero profiteor atq; polliceor eximiũ & ſingulare meũ ſtudiũ in omni genere officii: q; ad honeſtatem & gloriã tuã ſpectet: in quo ét ſi multi mecũ contendent: tamen tum reliquis omnibus: tũ caſſis tuis iudicibus omnis facile ſuperabo libro. v. epiſtola. viii. Grata tibi eſſe mea officia non miror. Cognoui enim te gratiſſimum omniũ idq; nunq̃ deſtiti prædicare. Nec enim tu mihi habuiſti modo gratiam: uerum & cumulatiſſime rettuliſti. quamobrem reliquis tuis rebus omnibus: me pari ſtudio erga te & eadem uoluntate cognoſces. Quod mihi fæminam primariam Pompeiam uxorem tuam commendas cum Surra noſtro: ſtatim lectis tuis litteris locutus ſum. ut ei meis uerbis diceret. ut quicquid opus eſſet: mihi denuntiaret: me omnia quæ ea uellet ſummo ſtudio curaq; facturum. Itaq; faciam eamq; ſi opus eſſe uidebitur ipſe conueniam. Tu tamen ei uelim ſcribas: ut nullam rem. neq; tam magnam aut tam paruam putet: quæ mihi aut difficilis: aut parum me digna uideatur. Oĩa quæ in tuis rebus agam & non laborioſa mihi: & honeſta uidebuntur. Epiſtola. xi. Illud caue dubites quin ego omnia faciam: quæ intereſſe tua aut etiam te uelle exiſtimem: ſi ullo modo facere poſſim. Epiſtola. xx. Tu uelim te ut debes & ſoles tua uirtute ſuſtentes. Ego quæ te uelle, quæq; ad te & ad tuos pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſe diligenterq; curabo: quæ cum faciam: beniuolentiam tuam erga me imitabor: merita non aſſequar libro. vi. Epiſtola. iiii. Incolumẽ te cito ut ſpero: uel potius ut ꝓſpicio uidebimus. Interea abſenti & huic quid adeſt imagini animi & corporis tui cõſtantiſſimo atq; optimo filio tuo ſtudium, officium: operam: laborem meum iam pridem & pollicitus ſum & detuli. Nunc hoc amplius: q; me amiciſſime quottidie magis Cæſar amplectit̃, familiares uero eius ſicuti neminem: apud quẽ quicquid ualebo uel autoritate uel gratia: ualebo tibi. Epiſtola. vi. Quare mihi crede & memoriæ manda: me tibi id affirmaſſe te in iſtis moleſtiis diutius non futurum quãdo quid ſentirem expoſui: quid uellem tua cauſa re potius declarabo q̃ oratiõe. & tantũ poſſem quantũ in ea rep. de qua ita meritus ſum, ut tu exiſtimas poſſe debebam ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes. Eadé

.n. cā opes meas fregit quæ tuā ſaluté in diſcrimẽ adduxit.ſed tamẽ q̄cquid imago ueteris meæ dignitatis:qcquid reliquæ gratiæ ualebũt.ſtudiũ:cõſiliũ:opera:gratia:fides mea:nullo loco deerit tuis optimis fratribus.Epiſtola.xiii.Ego qd poſſim neſcio:uel potius me paꝝ poſſe ſentio.Illd tamẽ tibi polliceor.me q̄cũq; ſaluti dignitatiq; tuæ cõducere arbitrabor tãto ſtudio eẽ factuꝝ.quãto tu ſemp & ſtudio & officio ī meis rebus fuiſti. Hanc meā uoluntatẽ ad matrẽ tuā optimā fæminā tuiq; amiciſſimā detuli.Si quid ad me ſcripſeris.ita faciam ut te uelle intellexero.Sin aũt tu minus ſcripſeris:ego tamen omnia quæ tibi utilia eſſe arbitrabor ſummo ſtudio diligẽterq; curabo.Epiſtola ultima. Quare pro cuiuſq; natura & inſtituto gratiæ ſunt agẽdæ his:q;tantũ uoluntate oſtenderunt pro ſententia: cum impedire poſſent:non pugnarunt.libro.viii.Epiſtola.v.Ruffum iſtũ amicum tuũ.de quo iterum iam ad me ſcribis adiuuarẽ quantũ poſſem etiãſi ab eo leſus eſſem: cũ te tãtopere uideré eius cã laborare. Cũ uero ex tuis litteris & illius ad me miſſis intelligã & iudicẽ magnæ curæ ei ſalutem meā fuiſſe. nõ poſſum ei nõ amicus eẽ neq; ſolũ tua cõmendatione.quæ apud me(ut debet plurimũ)ualet ſed etiam uolũtate ac iudicio meo libro.ix.Epiſtola.xxxiiii.Tuæ dignitati ita fauemus:ut omne noſtrum conſilium:ſtudiũ:officiũ:operã:laborẽ:diligentiã ad amplitudinẽ tuã cõferamus:ita facillime reip. quæ mihi cariſſima eſt.& amiciciæ noſtræ quã ſanctiſſime nobis colendã puto me intelligo ſatiſfacturum.libro.x.Epiſtola.i.Si quid erit in quo me intereſſe neceſſe ſit:nũq; deero:ne cum periculo quidem meo dignitati tuæ.In his autẽ quæ nihilominus ut ego abſim confici poſſunt.peto a te ut rationem habere uelis & ſalutis & dignitatis meæ Epiſtola.ii. Quare hoc unũ tibi perſuade: quãtũ uiribus eniti:cõ ſilio prouidere:autoritate mõere potero: hoc omne reip.ſemper futuꝝ Epiſtola.iiii. Immortales ago tibi gratias:agamq; dum uiuã.nã relaturũ me affirmare non poſſum. Tantis.n.tuis officiis nõ uideor mihi reſpondere poſſe:niſi forte ut tu grauiſſime diſertiſſimeq; ſcripſiſti: ita ſenſurus ſis. ut me referre gratiam putes Epiſtola.xi. Quanq̄ gratiarum actiõem a te non deſiderabam:cũ te re ipſa atq; animo ſcirem eſſe gratiſſimũ:tamẽ(fatendum eſt enim)fuit ea mihi per iucunda.ſic.n.uidi:quaſi ea quæ oculis cernuntur me a te amari.dices quid antea?ſemper equidem:ſed nũquã illuſtrius. Epiſtola.xix. Facere nõ poſſum quin in ſingulas res meritaq; tua tibi gratias agam.ſed me herele facio cum pudore.Neq;.n.tanta neceſſitudo:quantã tu mihi mecũ eſſe uoluiſti:deſiderare uidetur gratiarũ actiones. neq; ego libenter pro maximis beneficiis tuis:tã uili munere defungor oratiõis: & malo præſens obſeruantia:indulgentia:aſſiduitate:memorem me tibi probare:q̄ ſi mihi uita contingerit:omnis gratas amicicias atq; etiã pias propinquitates in tua obſeruantia:ĩdulgentia aſſiduitate uincã. Amor.n.tuus ac iudicium de me utrum mihi plus dignitatis in perpetuũ:an uoluptatis quottidie ſit allaturus non facile dixerim.Epiſtola.xxiiii.Tuũ eſt hoc munus.tuæ partes:a te hoc ciuitas.uel omnes potius gentes non expectant ſolum.ſed etiã poſtulant:q̄q̄q̄ cũ hortatione nõ egeas:ut ſupra ſcripſi.nõ utar ea pluribus uerbis.faciã illud q; meũ eſt.ut tibi oĩa mea officia:ſtudia:curas:cogitationes pollicear: quæ ad tuam laudem & gloriam pertinebunt. Quãobrem uelim:tibi ita perſuadeas:ut me cum reip.cã quæ mihi uita mea eſt carior: tum q; tibi ipſe faueam:tuãq; dignitatẽ amplificari uelim:me tuis optimis conſiliis amplitudine gloriæ nullo loco defuturum.li.xi. Epiſtola.v. Vltro ſe offerũt omnes: tãtus ardor occupauit animos hominũ deſiderio libertatis:odioq; diutiæ ſeruitutis Epiſtola.viii. Tantũ me tibi debere exiſtimo.quantum perſoluere difficile eſt.Epiſtola.xi.Iam nõ ago tibi gratias:cui.n.re uix referre poſſum huic res nõ patitur ſatiſfieri.Epiſtola.xiii.Trebatio noſtro magnas ago gratias: q; tuũ erga me animum ſimplicẽ atq; amicum apuit:& q; eum quẽ ſemper dilexi:quo iure magis colere atq; obſeruare deberem fecit.Epiſtola.xxvii. Gratum etiã illud q;.mihi tuo nomĩe gratias agendas nõ putas.nec.n.inter nos facere debemus.li.xii.Epiſtola.xxvii.Ego quæ ad tuam dignitatem pertinere arbitrabor:ſummo ſtudio diligentiaq; curabo.ĩ primiſq; tuebor oĩ obſeruantia.clariſſimum uirum patrẽ tuum:q; & pro uetuſtate neceſſitudinis.& pro beneficiis noſtris & ꝓ dignitate ipſius facere debeo.li.xiii. Epiſtola.lxx. Initio ille orationis ſuæ uobis maximas ut debuit. deinde etiam mihi gratias ægit: q; ei ꝓ magnum & per honorificum uidebatur ſenatui populoq; Romano tantæ curæ eſſe ſaluté ſuã: meque tantam diligẽtiam adhibere:ut & mea fides & commendationis ueſtræ autoritas perſpici poſſet libro.xv.Epiſtola.ii.Et hæc ſatis ex Tullio.Sequuntur ex Gaſparino.

Ad Idem.

Iquid uero erit in quo poſſim patriæ prodeſſe:non ſolum omnes labores fortiter pro illa ſuſcipiam: ſed etiam omnes moleſtias & ſolicitudines æquo animo pro ſalute publica feram & ſatis fructus percepiſſe ex laboribus & ſtudiis meis arbitror. ſi noſtram rempu. q̄optimã & ampliſſimã poſteris noſtris una uobiſcũ reliquero.Gaſparinus pergamenſis.Si ea in me eſſet uel autoritas:uel facultas:ut malis ueſtræ reip.mederi poſſem:nullũ certe laborem aut periculũ pro cõmuni ſalute fugeré.Gaudebã me illud a patria ĩpetraſſe.ut ꝓ multis laboribus ac maximis periculis.quæ ſæpenumero pro publica ſalute perpeſſus fuerã:aliquando ocio acquiete donatus eſſem:licetq; mihi cũ diu ĩter fluctus & tẽpeſtates eius uerſatus fuiſſem:tandẽ rebus meo labore cõpoſitis in portu quieſcere:ſed poſtq̄ eo peruentũ eſt:ut uel ego nõ poſſim in hoc meo ocio: uel illa non poſſit in pace eſſe:non deſerã hoc in extremo tẽpore illã qui omnẽ ſuperioré uitã ſemper in laboribus ac periculis pro ſalute eius exercui.Siquid uero erit.quod uel in ſenatu.uel apud populũ geri a me pro tua cõmoditate poterit.habebis me tibi ſummũ amicũ.& quo ꝓ tuo iure in oĩbus rebus tuis

libere utaris. Siquid erit in quo meo possim officio tibi placere: cognosces me ita rebus tuis amicum esse: ut beniuolentia nemini tuorũ cedã. Siquid est quod pro tua fælicitate possit a me uel cõsilio uel manu fieri: libenter omnẽ laborẽ atq; omnia pericula pro tua salute adhibebo. Siquid est quo possim tibi aliquo studio uel opera mea prodesse: omnia bono animo faciam: quæ usui tuo esse intellexero. Ego tibi omne studium meum polliceor. & quantum in me erit perficiam. ne quisq̃ hominum ea re tibi succẽseat. Non minus in periculo rerum tuarum laborarem (mihi crede) q̃ soleo cum de capite & fortunis meorum agitatur. Tantum tibi bene esse cupio: ut non magis desiderem me esse incolumẽ q̃ te saluum. Nam quicquid poterit: a me ullo studio aut cura fieri: totum id libenter suscipiam satisfaciamq; expectationi omnium. Satis autem præmii cõsecutũ me esse arbitrabor si meo aduentu cognouero tantũ incendiũ extinctum esse. Siquid aũt erit in quo mea opera possit tibi prodesse: senties me nõ solũ paratũ. sed ẽt maxime cupidũ ad omnia quæ tibi cõmode accedant. Tibi uero plurimum debeo: qui pro tua beniuolentia de his rebus quas maxime audire optabã: certiorẽ me ante omnes fecisti. Ego te omni caritate ac beniuolentia prosequar: & ut animo in te affectus sum: nunquã possem immutare iudiciũ: quod semel de te feci. sed non possum nõ audire quãdo aliquid per tuos inimicos: uel potius inuidos de te mihi refertur. qui si intelligerent quid gratiæ apud me consequerentur: curarent aliis moribus q̃ istis se probatos esse. ego autem ne dubites quantũ animo eniti potero tantũ efficiam: ut de nulla re sæpius cogitẽ: q̃ ut ea semper faciã: quæ te uelle æq; expetere intelligã: cætera fortunæ aut imprudentiæ assignabis. siquid erit in quo tuis immortalibus in me officiis quantũ oporteret satisfacere non uidear. Libenter in omnibus negociis quæ pertinere ad te cognosco omnem laborem meum: curã: atq; studium consumo. Neque hæc a me scribũtur quia uelim te ullam mihi gratiã debere: cui toto merito iam dudũ oĩa debeo. Ita enim de me es meritus: ut nihil tãtũ sit q̃ pro te suscipere ac profiteri non debeã. Siquid ergo est quod in tuã gratiã a me fieri possit. id in solutũ nõ antecessum accipies. Cogita nullã rem tam arduã esse: quã nõ puto eẽ leuissimã: modo aliquo loco intelligã officium meũ tibi. pdesse. Fac ergo ut sæpe de rebus tuis ad me scribas: nec me permittas eẽ ociosum. Tunc enim me maxime a te diligi putabo: cum magnum aliquod & quod ĩ tuam rem sit persæpe mihi imposueris. Si causa Pomponii iure defendi poterit: nihil omittã q̃ in rem eius futurum sit. Sin aũt iniqua erit: neq; eius necessitudo neq; familiaritas. quæ mihi uetus est cũ illo: plus apud me poterunt q̃ æquitas & iusticia. Nec arbitror te pro Pomponio quicq̃: nisi quod bonũ sit & æquũ rogare hãc rẽ: quo animo sum in omnes affectus. etiam sine cuiusq̃ precibus ultro eram illi præstiturus. Quod istat in rebus tuis curabo: ne in posterum sis amplius in his incõmodis in quibus adhuc fuisti. Mitto autẽ ad te paucas pecuniolas. donec melius per me & amicos nostros prouidebit. Noli ergo quæso de amicis tuis desperare. Ego ut de me ipso dicam: constitui nullo pacto me abundante. ulla te rerum familiariũ copia laborare. Idem omnes qui te prius amabant sentire de te iudico. Ne ab hominibus te desertũ iudices. ego quẽ forte in numero amicorũ nõ habebas polliceor tibi operã meã: & q̃ illi nõ sine scelere neglexerunt: ego paratus sum defensionẽ tuã suscipere. tu me admonebis quibus adiumentis opus tibi sit: & ego neque pecunia mea: neque consilio deero. Si adiumẽtis de quibus ad me scripsisti instructa est causa tua. nihil est quod a te dubitandum censeã. Ego enim quantũ ad me attinebit: perspiciam ne mea negligẽtia ullũ ad te incõmodũ ueniat. tuũ erit uidere ut cũ optimã cãm habeas: non ipse tibi defuisse uidearis: & post rẽ iudicatã uenias: ne tibi aliquid simile accidat his qui de rebus præteritis in cõsiliũ ueniunt: & post tẽpestatẽ cogitãt qua ratiõe possit occurri periculis quæ iã sunt præterita. Si meo aliquo officio poterit sedari odiũ Antonii & Hortensii: nullo certo labore ac periculo desinam: donec oĩa composita sint & quieta. Video. n. hanc rẽ totã conflatam esse paucorũ hominum uicio: quibus ciuitatis honor displicet. Cupio aliquid accidere q̃ in tuã rem sit (Nã id nullo pacto uelẽ eum tuo incõmodo uenire) in qua re possem tibi gratiã referre: spero intelligeres nihil a me ullo tẽpore maiori studio susceptum. q̃ ut gratiã quã tibi immortalẽ habeo: re ipsa probarẽ. Tanta sunt ĩ me tua merita: tantus beneficiis tuis cumulus accessit: ut nõ dico ad referendam gratiam: sed ne satis ad dicendum quidem meo iudicio par tibi esse possum. Illud aũt magis ꝑ tua natura q̃ merito meo considerabis quãto affectu atq; beniuolentia: nõ quibus facultatibus ad referendam tibi debitã gratiam magno animo ac studio paratus sum. Posteaq̃ togã a patre sumpsi: nullã ego rẽ putaui maiori studio custodiẽdã: q̃ ut aduersus eos gratus uiderer: a quibus plurima & maxima beneficia suscepissem. Noli igitur illis credas: qui ut animum tuum a me remoueant: conantur tibi persuadere nunq̃ me habitu rum tuis beneficiis gratiam. Ita enim uitam institui: ut ab his quibus aliquid deberem: nunquam possem iure accusari. Habeo tibi quas debeo gratias: qui me fecisti participem rerum quæ uobis prospere cesserunt. Gaudeo plurimum & tibi gratias habeo: q̃ me ex multis delegisti apud quem tuas curas deponeres. Nam cum pluribus aliis signis: tum etiam isto me ualde amari a te iudico. Cætera quæ ad consolationem tuam pertinent: tuipse melius ut ꝑpo tua uirtute: q̃ litteris meis perficies. Quod ad referendas gratias semper attentus fueris: facis rem & tuis moribus: & te dignam. Magnas habeo naturæ tuæ gratias: q̃ nihil est quare causæ meæ diffidam. Nullum officium est quod magis necessarium ducam q̃ his gratificari a quibus bene accepti sumus. Scribam ergo ad amicos nec ullum gratiarum genus prætermittam. Posq̃ enim res mea studio eorum in tuto est locata: nihil est quod a me illorũ officio satisfieri possit. sed faciam intelligent nullum me finem quoad uiuam huic maximo beneficio

eorum facturum. Tibi uero maximas gratias haberem: si paulo modestius me corrigeres quãquã paterne a te dici scio. Curabis autẽ ſi tibi uidebitur oĩa mea ut olim feciſti: & ego dabo ĩterim operam: ut me talẽ efficiam: cui inimici mei inuideant. & amici gratulẽtur. Sic ex capitulo diſceſſum eſt ut publice mihi omnes hoc officium iniungerent: quod tibi pro ſe omnibus gratias in gentes dicerem: ſed cum ego multo maiores pro cauſa mea tibi debeã: ita pro utriſq; tibi gratias ago. ut nunquã uel pro uoluntate mea: uel pro tuis meritis: ſatis tibi cumulatas gratias poſſe referre uideor. Hæc ex Gaſparino Quod ſi unicũ beneficium abs te accepiſſem: agerem nunc tibi gratias multis uerbis. ſed ſunt tot & tam ampla quæ in me contuliſti: ut ſi uerbis ſatiſfacere uelim: ſtultiſſimus ſim exiſtimandus. Itaq; nõ agã tibi gratias: ſed ſemper habebo. referã uero libenti animo. ſi quando facultas dabit. Leo. Aretinus. Si pro honore quẽ hodierno die præſtantiſſimi uiri in hoc meo reditu mihi ĩpendiſtis: uobis gratias cõdignas agere uellẽ. longior mihi q̃ ratio temporis poſtulat habẽda eſſet oratio. Nã ſumma humanitas ueſtra & ſingularis beniuolentia in meo aduẽtu celebrãdo per uos adhibita: maioré quandã uerborum copiã requirit. tẽpus autẽ admonet ut breuitati potius cõſulam. q̃ aut ueſtro merito aut meæ uoluntati. nam ſi illis a quibus aliqua nobis cõmoda perueniunt & agere & referre gratias ſolemus. niſi ingrati eſſe uelimus. certe maiore quodam uículo obligamur ad agendas & ẽt referendas illis qui honore aliquo. qui eſt homini maxime optãdus. nos celebriores reddere nituntur. itaquẽ ꝓ data tur ad præſens. gratias uobis ago: nõ quãtas meretur ueſtra in me ornãdo benignitas. ſed quãtas ingenii mei facultas cogitatione complecti poteſt. Vtinã detur mihi occaſio qua pro meo deſiderio poſſũ gratias referre. ac ueſtro in me beneficio reſpondere. accumulatiſſime. n. uobis ſatiſfacerẽ. Verum id ꝓ nunc præſtare poſſim. me parẽtes: conſanguineos meos: & quicquid in nobis eſt: aut opis aut facultatis offerro ac polliceor uobis: quibus altiſſimus fælicẽ uitã concedat. Ita Poggius Florẽtinus in quadam oratione in ſua reuerſione. Cum diutius mecũ ipſe cogitarẽ præſtãtiſſime pater: quoniã maxime modo tuis erga me meritis ſingularibus. aliqua ex parte gratias referrem: nihil ſane occurrit ĩ quo uel minime portiunculæ tuoꝝ in me beneficiorũ: quæ quidẽ permaxĩa exiſtunt: poſſe uidear reſpõdere. Quid. n. mediocris ingenii uir: minimeq; opulentus. & hoc mediocri rerũ ſtatu quo fruimur in eum conferre poteſt qui ſua uirtute: uigilantia: integritate: & ſumma in agẽdis prudẽtia: ampliſſimã dignitatẽ: præcipuũ apud pontificẽ locũ: ſummũ honorẽ. ſummũ in eccleſiaſtica rep. gradũ fuerit conſecutus. Equidem præter merã uoluntatẽ nihil reliquũ eẽ uideo cõceſſum: cũ meæ facultates ita in artũ cogantur: ut nihil ex eis te dignũ queat prodire. Veꝝ cum a nobis nõ amplius requiri debeat. q̃ quantum aĩo atq; opere poſſumus contẽdere. poſtq̃ referrẽdi beneficii ſublata ẽ facultas: ſtatui in eo quod datur ſaltẽ grati animi ſignũ aliquod præ me ferre: ex his quidẽ res erit: ſed tua in me quæ ſumma ẽ beniuolentia rem paruã maiorẽ reddet ſua exiſtimatione: præſertim cũ ab homine tibi deditiſſimo proficiſcatur. Suſcipies igitur æquo ut ſoles animo munuſculum hoc a mente tibi amiciſſima profectum: quod licet exiguum iudicãdũ uideatur. tua tamẽ cõmendatione maiorẽ ſuſcipiet dignitatem: quoniam reꝝ precium: tum ex animo dantis: tũ uero eius qui recipit. iudicio perpendi conſueuit. Vale mei memor. Idẽ Poggius. His atq; aliis tuis prĩceps digniſſime ornamẽtis allectus: iã dudũ ad te ire conſtitui: ut ſiquid ingenio: doctrĩa: aut ĩduſtria ualerẽ: id tua in re quodã mõ uti poſſes: quaſi re qua dam tibi dedita prodiui tui parentis in omnes meos imortalibus beneficiis. Ego autẽ ut de me aliqd a me ipſo intelligas: uſq; huc ſacræ poeſis & humanitatis ſtudii meã omnẽ operã nauaui. in quibus ſi quid euaſiſſe me forte ſenſeris: id quantillũ eſt tuæ laudi: tuæq; gloriæ oblatum atq; dedicatũ ẽ ſcias: idq; a me munuſculũ: quod tamen tanti eſt quanti tu feceris ſuſcipias foueaſq; te rogo atque obſecro tũ illũ ĩclytũ Macedoniæ regẽ Alexãdrũ imitatus: quippe qui maiores lõge gratias agere ſolitus erat his qui beneficia acciperẽt q̃ qui beneficia tribuerent. Antonius Panor. Habemus itaque tibi uni immortales gratias: ac maxime te ipſum: nõ tantũ perpetuis in nos omnes ꝑ meritis: ſed etiã pro tot regiis uirtutibus tuis diligimus & admiramur: obſecramuſq; rex clariſſime: ut qua caritate ac beniuolẽtia ſemper hoc regnũ tuũ excoluiſti: eadẽ utrũque noſtrũ diligas & dignos gratia tua iudices. Nos. n. rex mitiſſime quod poſſumus. hoc tibi auidiſſime pollicemur. nunquam tuorum in nos beneficiorum immemores futuros: ſed omni cura ſtudio ac diligentia ſemper ea facturos: quæ uel ad conſeruationem tui ſtatus: uel ad diuturnitatem nominis tui pertinebũt. Idem. Antonius Panor. Siquid præterea erit quod deſideres: iubebis & ut ſummo ſtudio exequar. Me enim ob ſingularia tua erga me merita. ſicuti molliſſimam ceram ad tuum arbitrium tractare & flectere potes. Nicolaus Perroti. Porro autem uoſmet quantilli ſumus tibi offerrem: ſuperuacuum eſſe ducerem: quaſi te ipſum tibi offerre. Siquid autem uideris aut per nos aut per amicos quos hic habemus fieri poſſe. uigilanter inſudabimus: ut tibi ſemper inſeruiamus. Gabriel Teglatius. Siquid eſt in manibus: ut mihi coram facturũ recepiſti: & ſi quid eſt quod me uelis cum domino Sanctæ: utere me tuo iure: quoniam omnibus negociis dignitati tuæ fauere inſtitui. & ſi ſecus q̃ tua dignitas poſtularet a tergo dixerim: ignoſcas quæſo. Nam tua uirtute es tantum & dignitatis & autoritatis pauloante conſecutus: ut difficilius ſit tituli exitus q̃ principium reperiri. Leo Bottus. Reliquum eſt ut quæ tibi munuſcula ſum facturus ea ꝑ tua munificentia libenter accipias. Nam ut Artaxerxes præſtantiſſimus rex perſarũ dicere ſolitus traditur. Non regale minus atque humanum eſt in ipſo imperatoꝝ & rege accipere parua munuſcula: q̃ ingentia munera elargiri. Ego enim rex optime atque maxime Federice imperator. quod unum ha-

beo.me unum tibi dono totum.do ac dedo ſi quid aliud mihi aut maius aut illuſtrius extitiſſet.id ſa-
A croſanctæ maieſtati tuæ multo alacrius obtuliſſem.Franciſcus Philel.Cæterum his in calamitatibus
quæ nam mea ſit in te ſentẽtia.tuũ uelim iudicium apertiſſimũ eſſe. tametſi parũ opibus & auſpiciis
ualeam.tamẽ tibi obnixiſſime polliceor me in primis dignitati.rei.fame. ſaluti. opera. cõſilio ſtudio.
diligentia.cura quoad me fieri poterit.nũq̃ me defuturũ.Bal.Raſinus.Sũmum deniq; mihi fuerit ſtu
dium.quicquid tuã reſpicere dignitatẽ olfecero moliri perdiligẽter cuius me ſtudioſiſſimum quoad
ſperandi facultas erit profecto intuebere.Idẽ.Neq; illud te clam eẽ uelim quicquid officii:diligentiæ:
ſtudii:meam in ædiculã antehac cõtuleris:ipſa ſi fortuna fautrix unquam extiterit:me quidẽ memo-
riter retenturum.Sin uero tandẽ pernimiũ me fata oppreſſerint omnemq; parauerint inediã.q; ſors
mihi acerbiſſima minime poterit auferre.meũ ſaltẽ aĩum tibi tuiſq; rebus ſedulo hærentẽ intuebere.
idem.Bal.Triſtificis cum mœroribus.tua quos perpetior cauſa meiſq; tum recentibus negociis com
plura ad te in præſentia ſcribere certe prohibeor:Vt tandem noſtræ ſatis neceſſitudini facere poſſim.
meos in lares te q̃primum recipias uelim:ubi quicquid natura uel fortuna. aut q̃uis etiã animi ſoler-
tia ſum aſſecutus ĩtegrã eius tibi ſocietatẽ ultro polliceor.doq; fidẽ tuis me rõnibus & fortunis meos
donec artus alet ſpiritus:nullo unq̃ pacto defuturũ.Idem Bal.Raſinus. Et hæc quoad hanc partẽ ſat
erunt.In aliam nunc prouinciam noſtrũ referamus pedem.

Cõmendaticiæ:ubi.ſ.noſipſos:aut alios amico cõmendamus.M.T.C.clauſulæ incipiunt.

B Vlo trebonio quin in tua prouĩcia magna negocia & ampla & expedita habet.multos an-
nos utor ualde familiariter.Is cũ antea ſemper & ſuo ſplendore & noſtra cæterorũq; ami-
corum commẽdatione gratiſſimus in prouincia fuit: tum hoc tempore propter ſuum in
me amorẽ noſtrãq; neceſſitudinẽ:uæhementer cõfidit his meis litteris ſe apud te gratioſũ
fore.Quæ ne ſpes eũ fallat uæhemẽter te rogo:commendoq; tibi omnia eius negocia: libros:procu-
ratores:familiã.In primis ut quæ Titus Apius de eius re decreuit:ea comprobes: omnibuſq; rebus eũ
C ita tractes.ut intelligat meam cõmendationem non uulgarem fuiſſe.libro primo. Epiſtola tertia.Fa-
bio uiro optimo & homine doctiſſimo familiariſſime utor.mirificeq; eum diligo:cũ propter ſummũ
ingenium eius ſummamq; doctrinam:tum propter ſingularem modeſtiam.Eius negocium ſic uelim
ſuſcipias:ut ſi eſſet res mea.Noui ego uos magnos patronos:hominẽ occidat oportet:qui ueſtra ope-
ra uti uelit.Sed in hoc homine nullã accipio excuſationem. Oĩa relinques ſi me amabis:cũ tua opera
Fabius uti uolet.Ego res Romanas uæhemẽter expecto:& deſidero.In primſq; quid agas ſcire cupio.
Nã iamdiu propter hiemis magnitudinẽ nihil noui ad nos afferebatur.libro ſecũdo.Epiſtola.xv.Ex-
tremũ illud erit:nos nihil turbulẽter:nihil temere faciemus.te tamẽ oramus quibuſcunque erimus
ĩ terris:ut nos liberoſq; noſtros ita tueare:ut amicicia noſtra:& tua fides poſtulabit.Epiſtola.xvi.Nã
quod ad me Curius conſobrinus tuus ut ſcis mihi maxime neceſſarius:q; itẽ conſul¦Virgilius propin
quus tuus familiariſſimus noſter de te accuratiſſime ſcripſit.ualet id quidẽ apud me multũ.ſicut de-
bet hominũ amiciſſimorũ diligens cõmendatio.Epiſtola ultima.Lentulum Valerium iuriſconſultũ
ualde tibi cõmendo:ſed ita etiam ſi non ẽ iuriſconſultus (melius enim ei cauere uolo q̃ ipſe aliis ſolet)
ualde hominem diligo: eſt ex meis domeſticis atque ĩtimis familiaribus.omnino tibi gratias agit.ſed
idem ſcribit meas litteras maximum apud te pondus habituras.id eum ne fallat etiam atque etiã ro-
go.libro tertio.Epiſtola prima.Etſi ſtatueram nullas ad te litteras mittere niſi commendaticias: non
quo eas intelligerem ſatis apud te ualere:ſed ne his qui me rogarent aliquid de noſtra coniunctione
immutatum eſſe oſtenderem.tamen cum.T.Pomponius homo omnium meorum in te ſtudiorum
& officiorum maxime cõſcius:tui cupidus:noſtri amantiſſimus ad te proficiſceret: aliquid mihi ſcri-
bendum putaui.præſertim cum aliter ipſi Pomponio ſatiſfacere non poſſem.ego ſi abs te ſumma of-
ficia deſiderem :mirum nemini uideri debeat.omnia enim a me in te profecta ſunt quæ ad tuum cõ-
modum quæ ad honorem:quæ ad dignitatem pertinerẽt:pro his rebus nullam mihi abs te relictam
eſſe gratiam.tu es optimus teſtis.Ipſum aũt Pomponiũ ita tibi commendo ut q̃q̃ ipſius cã confido te
facturum eẽ omnia.tamen abs te hoc petam.ut ſiquid in te reſidet amoris erga me:id omne in Pom-
ponii negocio oſtendas.hoc nihil gratius facere potes libro.v.Epiſtola.v.Si tuã cõſuetudinẽ in patro-
ciniis tuendis ſeruas.P.Vatinius cliens aduenit:qui pro ſe cauſam diciet uult.non puto repudiabis in
honore:quem in periculo recepiſti. Ego autem quem potius adoptem aut inuocem q̃ illum quo de
fendente uincere didici? An uerear ne qui potentiſſimorum hominum conſpiratione neglexerit pro
mea ſalute:is pro honore meo puſillorum ac maliuorũ obtrectationes & inſidias non proſternat atq;
obterat? Quare ſi me ſicut ſoles:amas:ſuſcipe me totũ:atq; hoc quicquid eſt oneris ac muneris pro di
gnitate mea tibi tuendum ac ſuſtinẽdum puta.Epiſtola.ix.Nihil eſt mi Cicero:q; filium meum expe-
ctes.adoleſcens eſt:omnia excogitare uel ſtudio uel ætate uel metu non poteſt.totum negocium ſuſti
neas oportet.in te mihi omnis ſpes eſt.Tu pro tua prudẽtia:quibus rebus gaudeat:quibus capiat Cæ
ſar tenes.a te omnia proficiſcantur:& pro te ad exitum deducantur neceſſe eſt.Apud ipſum multum:
H apud eius omnes plurimum potes.Vnum tibi ſi perſuaſeris:non hoc eſſe tui muneris: ſiquid rogatus
fueris ut facias:quanq̃ id magnum & amplum eſt:ſed totum tuum eſſe onus.omne perficies:niſi for-
te aut in miſeria nimis ſtulte:aut in amicicia nimis impudenter tibi onus impono. ſed utiq; rei excu-
ſationem tuæ uitæ conſuetudo dat.Nam q; ita conſueſti pro amicis laborare:non iam ſic ſperant abs

te:ſed etiam ſi impetrant familiares tibi libro.vi.Epiſtola.vii. Mitto ad te Trebacium atq; ita mitto: ut initio mea ſponte:poſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim. Hunc mi Cæſar ſic uelim omni tua comitate complectare: ut omnia quæ pro me poſſis adduci: ut in meos conferre uelis: in unum hunc conferas.de quo tibi homine hoc ſpondeo non illo uetere uerbo meo:quod cum ad te de Milo ne ſcripſiſſem:iure luſiſti. ſed more Romano quo modo homines non inepte loquuntur:probiorem hominem:meliorem uirum:prudentiorem eſſe neminem. Accedit etiam q; familiam ducit in iure ci uili:ſingulari memoria:ſumma ſcientia. Huic ego neq; tribunatum:neq; præfecturam:neq; ullius be neficii certum nomen peto:beniuolentiam tuam & liberalitatem peto.neque impedio quo minus:ſi tibi ita placuerit:etiã hiſce eum ornes gloriæ iſignibus. Totum deniq; hominem tibi ita trado de ma nu(ut aiunt)in manum tuam iſtam & uictoria & fide præſtantem. Sumus. n. pudiuſculi q̃ per te uix licet:uerum ut uideo licebit.libro.vii.Epiſtola.v.In omnibus meis epiſtolis quas ad Cæſarem: aut ad Balbum mitto:legitima quædam acceſſio eſt commendationis tuæ:nec ea uulgaris: ſed cum aliquo inſigni iudicio meæ erga te beniuolentiæ.Epiſtola.vi.Ego te commendare non deſiſto: ſed quid pro ficiã ex te ſcire cupio.Spem maximã habeo in Balbo ad quẽ de te diligentiſſime & ſapiẽtiſſime ſcribo. Epiſtola.vii.Furnium noſtrũ tanti a te fieri:quantum ipſius humanitas & dignitas poſtulat:nec miror:& gaudeo:teque hoc exiſtimare uolo:quicquid in eum iudicii officiique contuleris:id ita me acci pere:ut in meipſum te putem contuliſſe.libro.x.Epiſtola prima.Quod mihi tuam dignitatem cõmẽ das eodem tẽpore exiſtimo te mihi meam dignitatem commendare:quam me hercule nõ habeo tua cariorem.Quare mihi gratiſſimum facies:ſi exploratum habebis tuis laudibus nullo loco:nec conſi lium:nec ſtudium meum defuturum.li.xi.Epiſtola.vi.Cum Appio Claudio ſumma mihi neceſſitu- D
do eſt:multis eius officiis & meis mutuis cõſtituta.Peto a te maiorem in modũ uel humanitatis tuæ: uel mea cauſa:ut eũ autoritate tua quæ plurimũ ualet conſeruatũ uelis. Volo te cum uir fortiſſimus ſis:cognitus etiam clæmentiſſimum exiſtimari:magno tibi erit ornamento nobiliſſimum adoleſcen tem beneficio tuo eſſe ſaluum:cuius quidem cauſa hoc melior debet eẽ: q; pietate adductus propter patris reſtitutionem me cum Antonio coniunxit.Quare &ſi minus ueram cauſam habebis:tamẽ uel probabilem aliquam poteris inducere.Nutus tuus poteſt hominem ſummo loco natum:ſummo in genio:ſumma uirtute officioſiſſimum:præterea etiam gratiſſimũ incolumẽ in ciuitate retinere:quod ut facias ita a te peto: ut maiore ſtudio:magiſue ex animo petere non poſſim. Epiſtola.xxii.T.pinariũ familiariſſimũ meũ tibi tãto ſtudio commendo:ut maiore nõ poſſim:cui cũ propter omnes uirtutes: tum etiam ꝓpter ſtudia cõmunia ſum amiciſſimus. Is procurat rationes negociaque Dionyſii noſtri quem & tu multum amas; & ego omnium plurimum. Ea tibi ego non debeo commendare. ſed commendo tamen. Facias igitur ut ex pinarii gratiſſimi hominis litteris:tuum & erga illum: & erga Dioniſyum ſtudium perſpiciamus liberalius. libro.xii. Epiſtola.xxiiii.Quintus Curius qui in Afri ca negociatus eſt:uir bonus & honeſtus hæredes fecit ſimiles ſui Gn. Saturnium:ſextum Aufidium. G.anneum ex eorum oratione intellexi gratiarum actione eos magis egere q̃ commendatione.Tanta enim liberalitate ſe tua uſos prædicabant.ut his plus a te tributum intelligerem q̃ ego de te audirem rogare:audebo tamen.ſcio enim quantum ponderis mea commendatio ſit habitura. quare a te peto: ut ad eam liberalitatem qua ſine meis litteris uſus es:q̃ maximus his letteris cumulus accedat.Epiſto la.xxv.Te mi Cornifici etiam atq; etiã rogo:ut omnia Lamiæ negocia mea putes eſſe:cureſq; ut itelli gat hanc cõmendationẽ maximo ſibi uſui fuiſſe.hoc mihi gratius facere nihil poteſt. Epiſtola.xxviii. Aulum Fuſium unũ ex intimis meis obſeruantiſſimũ ſtudioſiſſimumq; noſtri:eruditiſſimũ hominẽ: & ſumma humãitate tuaq; amicicia digniſſimũ uelim ita tractes ut mihi corã recepiſti. tam gratum id mihi erit:q̃ quod mihi gratiſſimum.Ipſum præterea ſummo officio & ſumma obſeruantia tibi in perpetuum deuinxeris.libro.xiii.Epiſtola.iii. Cũ municipibus uolateranis mihi ſumma neceſſitudo eſt.Magno enim meo beneficio affecti cumulatiſſime mihi gratiam rettulerunt.Nam nec in honori bus meis laboribuſq; unq̃ defuerunt:cum quibus ſi mihi nulla cauſa intercederet:tamen q; te uæhe mentiſſime diligo:q;q; me a te plurimi ſentio fieri;& monerem te & hortarer:ut eorum fortunis con ſuleres:præſertim cum prope præcipuam cauſam haberent ad ius obtinendum. Illud uero dubitare non debes:quin tam graue:tam firmum:tam honeſtum municipium tibi ſummo beneficio in perpe tuum obligari uelis.Gratiſſimum igitur mihi feceris:ſi uolateranos omnibus rebus integros incolu miſq; eſſe uolueris.Eorum ergo domicilia:ſedes:rem:fortunas:quæ a diis immortalibus & a præſtan tibus in rep.noſtra ciuibus:ſummo ſenatus populiq; Romani ſtudio conſeruatæ ſunt:tuæ fidei: iuſti ciæ:bonitatiq; commẽdo. Si pro meis priſtinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret: ut ita defendere poſſem uolateranos:quemadmodum conſueui tueri meos:nullum officium: nullũ deniq; certamen:in quo illis prodeſſe poſſem;prætermitterem. Sed quando apud te nihilominus hoc tem pore ualere me confido:q̃ ualuerim ſemper apud omnes pro noſtra ſumma neceſſitudine;pariterq; in ter nos & mutua beniuolentia abs te peto:ut ita de uolateranis mereare ut exiſtimẽt te eum quaſi di uino cõſilio iſti negocio præpoſitum eſſe:apud quem unum nos eorum perpetui defenſores plurimũ ualere poſſemus.Epiſtola.iiii.Sed mihi minus libet multa de æquitate rei ſcribere:ne eã potius apud te ualuiſſe uidear q̃ gratia.Quamobrem te maiorem in modum rogo:ut.G. Curtii rem:meam putes eſſe.Quid mea cauſa faceres ut id.G.Curtii cauſa cum feceris:meũ exiſtimes quod ille per me habue-

rit:id me habere abs te putato.hoc te uæhementer etiam atque etiam rogo.Epiſtola quinta Peto a te maiorem in modū pro noſtra neceſſitudine:ut ea res tibi curæ ſit operamque des ut per te q̄commodiſſime negocium municipii adminiſtretur:q̄primum conficiatur:ipſoſque quorum nomina ſcripſi: ut q̄honorificētiſſime pro tua natura & q̄liberaliſſime tractes.bonos uiros ad tuam neceſſitudinem adiunxeris.municipiumq; gratiſſimum beneficio tuo deuinxeris.Epiſtola decimaſecunda. Ea eſt enī Marcus Curius humanitate & obſeruantia.ut eum tibi iam ipſum per ſe commendatum putē. quod tamen ſi ita eſt.magnopere a te quæſo.ut ad eā uoluntatem.ſiquam in illum ante has meas litteras cōtuliſti.q̄maximus poſtea commendatione cumulus accedat.ſinautem propter uerecundiam ſuam minus ſe tibi obtulit.aut nondum eum ſatis habes cognitum.aut quæ cauſa eſt. cur maioris commendationis indigeat.ſic tibi eum commendo.ut neque maiore ſtudio quenq̄ .iuſtioribus de cauſis commendare poſſim.faciamque id quod debent facere ii qui religioſe & ſine ambitione cōmendant.ſpondebo enim tibi.uel potius ſpondeo.in me meque recipio eos eſſe.M.Curii mores.eamque tum probitatem.tum etiam humanitatem.ut eum & amicicia tua.& tam accurata commendatione ſi tibi ſit cognitus.dignum ſis exiſtimaturus.mihi certe gratiſſimum feceris.ſi intellexero has litteras tantū quātum ſcribens confidebam apud te pondus habuiſſe.Epiſtola.xviii.Cum Liſone patrenſi eſt mihi quidem hoſpicium uetus.q̄ ego neceſſitudinem ſancte colendam puto.ſed ea cauſa etiam cum aliis compluribus familiaritas tanta nullo cum hoſpite.& ea cum officiis eius multis.tum etiam conſuetudine quottidiana ſic eſt aucta:ut nihil ſit familiaritate noſtra coniunctius . Hunc igitur Liſonem.quē ego uirum optimum grauiſſimumq; cognoui:recipias in neceſſitudinem tuam.quod ſi feceris non dubito quin in eo diligendo:cæteriſq; poſtea commendandis idem quod ego ſis iudicii & uoluntatis habiturus:quod tum fieri uæhementer ſtudeo:tum etiam illud uereor:ne ſi minus cumulate uidebere feciſſe aliquid eius cauſa:me ille negligenter ſcripſiſſe putet:non te oblitum mei.quanti enim me faceres:tum ex ſermōibus quottidianis meis:tum exemplis etiam tuis potuit cognoſcere . Epiſtola.xx. Aſclapone patrenſi medico utor familiariter:eiuſq; tū conſuetudo mihi iucunda fuit:tum ars etiam quam ſum expertus in ualetudine meorum.in qua mihi tum ipſa ſcientia:tum etiam fidelitate beniuolentiaq; ſatiſſecit.Hunc igitur tibi commendo & a te peto:ut des operā ut intelligat diligenter me ſcripſiſſe de ſeſe:meamq; commendationem uſui magno ſibi fuiſſe.erit id mihi uæhementer gratum.

A Epiſtola.xxi.Cum antea capiebam ex officio uoluptatē:q; meminerā q̄ tibi diligenter Liſonē hoſpitē & familiarem meum commēdaſſem:tum uero poſtea q; ex litteris eius cognoui eum tibi falſo ſuſpectum fuiſſe uæhementiſſime lætatus ſum:me tam diligentem in eo commendando fuiſſe.Ita.n. ſcripſit ad me ſibi meam commendationem adiumento fuiſſe:& omnia mihi tua & facta & dicta laudabat.Quapropter &ſi a te ita tractatur: ut iam non deſideret commendationem meam : iſq; ſe litteris meis omnia conſecutum putet:tamen a te peto in maiorem modum:ut eum etiam atq; etiam tuis officiis liberalitate complectare.Scriberem ad te qualis uir eſſet:ut ſuperioribus litteris feceram niſi eū iam per ſeipſum tibi ſatis eſſe notum arbitrarer.Epiſtola.xxv.Te mihi Plance pro paterna neceſſitudine : pro noſtro amore. pro ſtudiis: & omni curſu noſtro totius uitæ ſimillimo: rogo: & a te ita peto ut maiore cura :maiore ſtudio nullo modo poſſim ut hanc rem ſuſcipias : meam putes eſſe:enitare contendas:efficias ut mea commendatiōe:tuo ſtudio Cæſaris beneficio hæreditatem propinqui ſui.

B C.capito obtineat.Epiſtola.xxx.Gaio Flauio honeſto & ornato uiro equite Romano utor q̄familiariter.Fuit enim generi mei Gn.piſonis perneceſſarius:meq; diligentiſſime obſeruat:& ipſe & L. Flauius frater eius.Quapropter uelim honoris mei cauſa : quibus rebus honeſte & pro tua dignitate poteris q̄honorificentiſſime: & q̄liberaliſſime Gaium Flauium tractes.Id mihi ſic erit gratum: ut gratius eſſe nihil poſſit.Sed præterea tibi affirmo:neq; ambitione adductus facio: ſed tum familiaritate & neceſſitudine:tum etiam ueritate:te ex Gaii Flauii officio & obſeruantia & præterea ſplendore:atque in

C ter ſuos gratia magnam uoluptatem eſſe capturum.Epiſtola.xxxii.In Aleſma ciuitate tam lauta: tanque nobili coniunctiſſimos habeo & hoſpicio & familiaritate.M.&.G.Clodiū archagathum & Philonum.Sed uereor ne quia compluris tibi præcipue commendo exequare uidear ambitiōe quadam cōmendationes meas:quanq̄ a te quidem cumulate ſatiſſit & mihi & meis omnibus.Sed uelim ſic exiſtimes hanc familiam:& hos mihi maxime eſſe coniunctos uetuſtate:officiis:beniuolentia. Quamobrē peto a te in maiorem modum:his omnibus in rebus quantum tua fides dignitaſque patietur com-

D modes.Id ſi feceris.erit mihi uæhementiſſime gratum. Epiſtola.xxxiii. Gneo Otalicio Naſone utor familiariſſime:ita prorſus ut illius ordinis nullo familiarius. Nam & humanitate eius & probitate & conſuetudine quottidiana magnopere delector.Nihil iam opus eſt expectare te quibus eū uerbis cōmendem:quo ſic utar ut ſcripſi.Habet is in prouincia tua negocia quæ procurāt liberti.Hilarius Antigonus demonſtratus.quos tibi negociaque omnia Naſonis non ſecus commendo:ac ſi mea eſſent. Gratiſſimum mihi feceris.ſi intellexero hanc cōmendationem magnum apud te pōdus habuiſſe.Epi

A ſtola.xxxiiii.Auitū mihi hoſpiciū eſt cū Liſone:ualdeque ab eo obſeruor: cognouiq; dignū & patre &

B auo.Eſt enim nobiliſſima familia.Quapropter commēdo tibi rem eius.domūque maiorē in modū. magnoque opere abs te peto.cures ut is intelligat meam commēdationem.maximo ſibi apud te adiu-

C mento & ornamento fuiſſe.Epiſtola.xxxv. Lucium & Gaium aurelios Lucii filios . quibus & ipſis & patre eorum uiro optimo familiariſſime utor.Commendo tibi maiorem in modum adoleſcentis

omnibus optimis artibus ornatos,meos perneceſſarios tuaque amicicia digniſſimos,ſi ulla mea apud te commendatio ualuit,quod ſcio multas plurimum ualuiſſe:hæc ut ualeat rogo.Quod ſi eos honorifice liberaliterq; tractaris:& tibi gratiſſimos optimoſque adoleſcẽtes adiunxeris & mihi gratiſſimũ feceris.Epiſtola.xli.Etſi ex tuis & ex L.oppii familiariſſimi mei litteris cognoui te memorem commendationis meæ fuiſſe,idq; pro tua ſumma erga me beniuolentia:proq; noſtra neceſſitudine minime ſum admiratus,tamen etiam atq; etiam tibi,L.oppii abſentis negocia commendo.Tanta mihi cũ eo neceſſitudo eſt familiaritaſq;:ut ſi res mea eſſet:nõ magis laborarem,quapropter gratiſſimum mihi feceris:ſi curaris ut is intelligat me a te tantum amari:quantum ipſe exiſtimo.Hoc mihi gratius facere nihil potes:idq; ut facias uæhementer te rogo. Epiſtola.xlv. Quid ego tibi commendem eum quem tu ipſe diligis?ſed tamen ut ſcires eum a me non diligi ſolum:uerumetiam amari ob eam rem tibi ſcribo: omnium tuorum officiorum: quæ & multa & magna ſunt : mihi gratiſſimum fuerit: ſi ita tractaris Egnatium ut ſentiat & ſe a me & me a te amari. Hoc te uæhementer etiam atque etiam rogo. Epiſtola.xlviii . Sumpſi hoc mihi pro tua in me obſeruantia quam penitus perſpexi quamdiu Brunduſii fuimus,ut ad te familiariter,& quaſi pro meo iure ſcriberem,ſi qua res eſſet de qua ualde laborarem.M.Curius qui patras negociatur ita mihi familiaris eſt ut nihil poſſit eſſe cõiunctius.multa illius in me officia:multa in illum mea:& q̃ maximũ eſt:ſummus inter nos amor & mutuus.Quæ cum ita ſint:ſi ullam in amicicia mea ſpem habes:ſi ea quæ in me officia & ſtudia Brunduſii contuliſti:uis mihi etiam gratiora efficere q̃q̃ ſunt gratiſſima:ſi me a tuis omnibus amari uides,hoc mihi datum largire ut,M.Curium ſartum & tectum(ut aiunt)ab omni incommodo:detrimento moleſtia ſincerum integrumq; conſerues:& ipſe ſpondeo & omnes hoc tibi tui pro me recipient ex mea amicicia: & ex tuo in me officio maximum te fructum ſummamq; uoluptatẽ eſſe capturum Epiſtola.li.Publium Meſcenum equitem Romanum:omnibus rebus ornatum meumque perfamiliarem tibi commendo ea commendatione quæ poteſt eſſe diligentiſſima peto a te & pro noſtra & pro paterna amicicia:ut eum ĩ tuam fidem recipias:eiuſq; rem famamque tueare.Virum bonum tuaq; amicicia dignũ tibi adiunxeris:mihiq; gratiſſimum feceris.Epiſtola.xii.Lucius Cuſtidius eſt tribulis & municeps & familiaris meus.Is cauſam habet:quam cauſam ad te defert,commendo tibi hominem ſicut tua fides: & meus pudor poſtulat:tantum ut facilis ad te aditus habeat:quæ æqua poſtulat:ut libente te impetret:ſententiaq; meam ſibi amicicíam etiam cum longiſſime abſim prodeſſe in primis apud te Epiſtola lx.Multos tibi commẽdem neceſſe eſt:quoniam omnibus noſtra neceſſitudo nota eſt:tuaq; erga me beniuolentia,ſed tamen &ſi omnium quos commendo uelle debeo:tamen cum omnibus nõ eadem mihi cauſa eſt.T.Auguſius & comes meus fuit illo miſerrimo tempore:& omnium itinerum:nauigationum:laborum periculorum meorum ſocius,neque hoc tempore diſceſſiſſet a me: niſi ego ei permiſiſſem.Quare ſic eum tibi commendo:ut unum de meis domeſticis & maxime neceſſariis,pergratũ mihi feceris ſi eum ita tractaris:ut ĩtelligat hanc cõmendationem ſibi magno uſui atque adiumento fuiſſe.Epiſtola.lxxiiii.Etſi non dubito quin apud te mea commendatio prima ſatis ualeat: tamen obſequor homini familiariſſimo,C.Auiano Flacco:cuius cauſa omnia tamen cupio: tum mehercle etiam debeo:de quo & præſens tecum egi diligenter:cum tu mihi humaniſſime reſpondiſti,& ſcripſi ad te accurate antea:ſed putat intereſſe ſua:me ad te q̃ſæpiſſime ſcribere.Quare uelim mihi ignoſcas: ſi illius uoluntati obtemperans,minus uidebor meminiſſe cõſtantiæ tuæ.A te illud idem peto: ut de loco q̃ deportet frumentum,& de tempore Auiano commodes:quorum utrunq; per eũdem me obtinuit triennium,dum Pompeius iſti negocio præfuit.Summa eſt ĩ quo mihi gratiſſimum facere poſſis:ſi curaris ut Auianus quando ſe a me amari putet:me a te amari ſciat:erit id mihi gratum.Epiſtola lxxvii.Hæc ex Tullio circa commendationem.Sequuntur nunc circa idem ex Gaſparino pergaméſi.

Ad Idem.

Ihil magis naturæ tuæ cõuenire arbitror,q̃ ut apud te beneficiorũ memoria q̃longiſſima ſit,iniuriarum uero breuiſſima.Scis nec te latet Metellum ſæpenumero ſe & opes ſuas ꝓ te obieciſſe magnis periculis,ut honorem tuum defenderet,cogita nunc ut idem facias, & ſe ac cauſas ſuas commendatas habeas,niſi ſatis nota eſſet tibi uirtus ac ſapientia Metelli, longiori ad te oratione uterer.Sed cum ea res tibi ſit notiſſima:non puto aliud præſtare niſi ut te oratum uelim ne cauſam tuam periclitari patiaris,proſitq; aliquid ei,quod tam claris imaginibus ortum traxerit.Metellus ſe tibi commendat:rogatq; ut fortunas ſuas tuearis.Ego uero ꝓ cauſa eius fere magis laboro:q̃ ſi res mea ageretur,quare te maxime oratum uolo ut cum tui ipſe ſemper nobilitatis defenſor fueris:huic homini non ignobili faueas:iudiceſq; nullam ex tuis laudibus maiorem eſſe: q̃ ſi a te homine ornatiſſimo atque ampliſſimo cauſa ſua defenſa fuerit.Nec has putes aut illius tãtum: aut meas preces eſſe.Nemo.n.uir bonus eſt ĩ ciuitate q nõ hoc idé maxime a te uelit.Si.n.cãm eius aſſum pſeris:incredibile eſt quantã gratiã apud oés bonos inuenturus ſis.Cum ueteré in me beniuolentiam tuã ſæpe cogito:nihil eſt quod de officio tuo dubité,ſecuro itaque animo tibi fortunas meas cõmendo,elegique te ipſum ex omnibus amicis meis:cui me & opes meas potiſſime crederẽ.Summa quæ inter nos a pueris uſque neceſſitudo fuit,& rerum pene omnium ſocietas,facit ut maiorem in te ſpem habebam:q̃ in aliquo eorum quos poſtea natos habeam.Cum multi ſe ultro mihi offerrent: pollicerentur impigre operam ſuam:in nullo alio certe ſpem meam reponere uolui: q̃ in te uno.Cum iu-

ſticiam tuam ſpecto, nihil cauſæ meæ diffido. Scio quidē nunq̄ te cuiuſq̄ hominis potētiam aut opes
tanti feciſſe: quin multo plus noſtrarum legum iuſticiam & æquitatem feceris. Gaudeo plurimum iu
diciū meū quod de te feci cum multis bonis & doctis uiris cōuenire. Nemo fere eſt qui cum audiuit
te aſſumptū eſſe in arbitrum cauſæ meæ: non iudicet me ſuperiorē futurum, quare ne hanc expecta-
tionem fallas etiam atque etiam quæſo. Tu uelim dignitatem meā cōmendatā habeas, & pro tua ſapi
L entia partes meas quantum poteris contra potētiam iſtorum hominum tuearis. Hæc Gaſparinus, te
oro ut in tempore maii: rem in modum me commendes ſummo pontifici: non quidem uulgari ut ſo
lent amore: ſed exquiſitiori quodam ac diligentiori: ut plane intelligat non uilem eſſe recomendatio
M nem tuam Poggius. Gabriele mirabili qui tibi has litteras reddidit: utor iam multos annos familia-
riſſime: & ſumma eſt mihi cum eo amicicia. Is nomine ducis Sphortiæ it legatus ad Alphōſum regē
legatione libera, quare cum iſtac eſſet iter facturus: non potui nihil ei dare ad te litterarum: ut & te
Gabriel: & tu Gabrielem noſces. Vale. Philelfus. Cum Ioannes Marius filius ad te iret: non ei potui
nihil litterarum dare: quibus intelligeres te mihi facturum rem gratiſſimam: ſi meo etiam nomine &
N libēter & perhumane ut bonos & eruditos ſoles: eum exceperis. Idem. Petō abs te maiorem immodū,
ut quod & mihi coram recepiſti, & ex proximis meis litteris audire potuiſti, id apud patrem tuum
præſtantiſſimum & munificentiſſimum principem q̄primum & q̄optime conficias. Hac mihi re ne-
O que gratius quicq̄ neque magis neceſſarium præſtare potes. Idem. Petii abs te proximis litteris ſecun
dum quod etiam nunc tertium & peto, & te quoque ſi pateris rogo, ut rem meam apud prīcipem no
ſtrum munificentiſſimum patrem tuum, ubi minus confeceris ita conficias ut mihi abiens coram re
cepiſti. In hunc diem neque tu reſpondiſti quicq̄ nec ex alio ſum certior factus quid egeris, aut non
egeris. Itaque aut reſponde q̄primum aut equum mitte quo uehor ad uos. Nam ſi ad uos uenero faci
le futurum ſuſpicor, ne uacuus Mediolanum repetam, præſertim cum iam inſtet natalis chriſtianus,
A qui princeps ſolet ad beniuolentiam exhortari. Idem. Quod & princeps noſter Franciſcus Sphortia ti
bi abeunti iuſſerat, & ipſe uerbis pluribus abs te petii, ſi minus in hanc diem conficere potuiſti, ut cō-
H ficias tandem cupio. hac enim una re neque gratius mihi quicquam præſtare queas, neque etiam iu-
cundius. Atqui beneficium illud quis non libenter conferat, quod is in quem referamus maximi
ſit facturus, & eo tamen uſurus non ſit? Sic enim tum ſumus liberales cum ex huiuſmodi noſtra libe-
B ralitate neque moleſtiæ neque īcommodi quicquam accepimus. Tenes quid uelim Vale. Idem. Te ad
modum oratum uelim, præſentem tabellarium mea habeas cauſa q̄ commendatiſſimum. Nam quic-
quid auſpiciorum & conſilii ſuam in rem contuleris, meis addictum fortunis certo exiſtimauerim, re
ctaque mihi cenſura fuerit ob eam tuæ comitati beneficētiam multoq̄ obſtrictiorem eſſe oportere.
Baldaſar Raſinus. Et hæc circa commendationem ſufficiant.

Circa litteras ad amicū datas aut ab eo receptas Clauſulæ exordiales ut plurimū. M. T. C. Incipiūt.

2 Egi tuas litteras quibus ad me ſcribis gratum tibi eſſe: q̄ crebro certior per me fias de om
nibus rebus: & meam erga te fidem & beniuolētiam facile perſpicias: quorum alterum mi
hi ut te plurimum diligam facere neceſſe eſt: ſi uolo is eſſe quem tu me eſſe uoluiſti. Alte-
rum facio libenter: ut quoniam interuallo locorum ac temporum diſiuncti ſumus: per lit
teras tecum q̄ſæpiſſime colloquar. quod ſi rarius fiet q̄ tu expectabis: id erit cauſæ: q̄ non eius gene-
ris meæ litteræ ſunt: ut eas temere committere audeam. quotiens mihi certorum hominum poteſtas
erit quibus recte dem: non prætermittam. libro. i. Epiſtola. vi. De omnibus rebus quæ ad te pertinent
quid actum. quod conſtitutum ſit: quid Pompeius ſuſceperit: optime ex platorio cognoſces: qui
non ſolum interfuit his rebus: ſed etiam præfuit neque ullum officium erga te hominis amantiſſi
mi prudentiſſimi diligentiſſimiq̄ prætermiſit. Ex eodem & de ſtatu rerum omnium cognoſces: quæ
quales ſint: non facile eſt ſcribere. Epiſtola ſeptima. Periucundæ fuerunt mihi litteræ tuæ quibus
intellexi te perſpicere meam in te pietatem. Quid enim dicam beniuolentiam: cum illudipſum gra-
uiſſimum: & ſanctiſſimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis eſſe uideatur. Quod au-
tem tibi grata mea ſtudia erga te ſcribis eſſe: facis tu quidem abundātia quadam amoris: ut etiam gra
ta ſint ea quæ prætermitti ſine nefario ſcelere non poſſunt. Tibi autem multo notior atq̄ illuſtrior
meus in te animus eſſet: ſi hoc tempore omni quo ſeiuncti fuimus & una & Romæ fuiſſemus. Epiſto
la. viii. De qua ratione tota iam uidetur mihi exponendi tempus dari: ut tibi reſcribā ad ea quæ quæ-
ris. Epiſtola eadem. Quæ ad me de tuis rebus domeſticis ſcribis quæq̄ mihi cōmendas: ea ut ante mi-
hi curæ ſunt & me nolim admoneri: rogari uero ſine magno dolore uix poſſum. Epiſtola. x. Quanq̄
me nomine negligentiæ ſuſpectum tibi eſſe doleo: tamen non tam mihi moleſtum fuit accuſari abs
te officium meum: q̄ iucundum requiri: præſertim q̄ in quo accuſabar culpa uacarem: in quo autem
deſiderare ſignificabas meas litteras: præ te fers perſpectum mihi quidem: ſed tamen dulcem & opta-
tum amorem tuum. Equidem neminem prætermiſi quem quidem ad te peruenturū putarē cui litte-
ras non dederim. Etenim quis eſt tā ī ſcribēdo īpiger q̄ ego? A te bis uero terue ad ſummū: & eas per-
breuis litteras accepi. quare ſi iniquus es in me iudex: cōdēnabo eodē ego te crimine. ſin me id facere
noles: te mihi equū p̄bere debebis. Sed de litteris hactenus. Non. n. uereor ne nō ſcribēdo te expleā: p̄-
ſertim ſi eo genere ſtudiū meum nō aſpernabere. libro. ii. Epiſtola. i. Sed hæc ipſa neſcio recte ne ſint
litteris commiſſa: quare cætera cognoſces ex aliis. Epiſtola. v. Scribent alii: multa nuntiabunt, perfert

etiam multa ipſe rumor, quare ego nec præterita nec præſentia abs te: ſed ut ab homine longe in poſterum proſpiciente futura expecto: ut tu ex tuis rebus cum formam reip. uiderim quale ædificium ſit futurum ſcire poſſim. Neque tamẽ adhuc habeo quo te accuſem: neque enim fuit quod tu plus p uidere poſſes q̃ quiuis noſtrum. Epiſtola. viii. Sed hæc pluribus: multaque alia & de te & ad te q̃plurimum ero aliquid nactus ocii. Epiſtola. ix. Accepi autem a te miſſas litteras in Sicilia cum eſſem in caſtris ad. x. Kal. quintiles ſcriptas humaniſſime quibus facile & officium & ingenium tuum perſpici poſſet: ſed neque unde neque quo die datæ eſſent: atque quo tempore te expectarem ſignificabãt: nec is qui attulerat a te acceperat: ut ex eo ſcirem quo ex loco atque tempore eſſent datæ. Epiſtola ultima. Sed tuæ litteræ de tua præſertim dignitate & de noſtra coniunctione maximi ſunt apud me ponderis. mihi quæſtor optatior obtingere nemo potuit. Eadem epiſtola. Pluribus uerbis ad te ſcriberẽ: ſi aut tua humanitas longiorem orationem expectaret: aut fieri noſtra amicicia patereturaut res uerba deſideraret: ac non pro ſeipſa loqueretur. libro tertio. Epiſtola ſecunda. Quod ſcribis manendi tibi cauſam eam fuiſſe ut me conuenires: id mihi ne mentiar eſt gratum. Epiſtola tertia. Thrales ueni ad. vi. Kalen. ſextiles. Ibi mihi preſto fuit Lucillius cum litteris mandatiſque tuis: quo quidem homine neminem potuiſti nec mihi amiciorem: nec ut arbitror ad ea cognoſcenda quæ ſcire uolebam aptiorem prudentioremue mittere. Ego autem & tuas litteras legi libenter: & audiui Lucillium diligenter. Epiſtola. iiii. Moleſtiſſime autem fero: q̃ te ubi miſſurus ſim neſcio: eoque ad te tardius ſcripſi: q̃ quottidie teipſum expectabam cum interea ne litteras quidem ullas accepi: quæ me docerent quid ageres: aut ubi te uiſurus eſſem. Epiſtola. v. Pluribus uerbis ad te ſcribam cum plus ocii nactus ero. Hæc ſcripſi ſubito cum Bruti pueri Laodiceæ me conueniſſent. & ſe Romã properare dixiſſent. Itaq; nullas his præterq̃ ad te & ad Brutum dedi litteras. Epiſtola. vi. Etſi quantum ex tuis litteris intellige re potui: uidebam te hanc epiſtolam cum ad urbem eſſes eſſe lecturum: refrigerato iam leuiſſimo ſermone hominum prouincialium: tamen cum tu tam multis uerbis de improborum oratione ad me ſcripſiſſes: faciundũ mihi putaui: ut tuis litteris breui reſpõderẽ. ſed prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodãmodo relinquenda ſunt. nihil enim habent quod diffinitũ ſit aut certũ. Epiſtola. vii. Sed ſi me diligis: ſi a me diligi uis: ad me litteras ut q̃plurimum læticia afficiar mittito. Epiſtola. viii. Q. Seruilius perbreuis mihi litteras a te reddidit: quæ mihi non minus longæ uiſæ ſunt. Iniuriã enĩ mihi fieri putabã: cũ rogabar. Epiſtola nona. Stomachoſiores meas litteras quas dicas eſſe nõ itelligo. Bis ad te ſcripſi me purgans diligenter: te leuiter accuſans in eo q̃ de me cito credidiſſes: quod genus quærelæ mihi quidẽ uidebatur eſſe amici: ſin tibi diſplicet: non utar eo poſt hac: ſed ſi ut ſcribis hæ litteræ non fuerunt diſertæ: ſcito meas non fuiſſe: uti. n. Ariſtarchus Homeri uerſum negat: quẽ non probat: ſic tu (libet enim iocari) quod diſertũ non erit: ne putaris meũ. Epiſtola. x. Accipio excuſatõnẽ tuã qua uſus es: cur ſæpius ad me litteras uno exẽplo dediſſes: ſed accipio ex ea parte: quatenus aut negligentia aut improbitate eorum qui epiſtolas accipiunt: fieri ſcribis ne ad nos perferantur. Illam partem excuſationis qua te ſcribis oratiõis paupertate (ſic enim appellas) hiſdẽ uerbis epiſtolas ſæpius ad me mittere: nec noſco nec probo. Ego quem tu per iocum (ſic enim accipio) diuitias orõnis habere dicis me nõ eſſe uerbo; admodũ inopẽ agnoſco. libro. iiii. Epiſtola. iiii. Hi aũt qui eſſent auderẽ ſcribere: niſi te intelligere confiderem. Epiſtola. vii. Etſi perpaucis ante diebus dederã litteras nuntio ad te pluribus uerbis ſcriptas. quibus declaraueram quo te animo cenſerem eſſe oportere: & quid tibi faciendum arbitrarer: tamen cum Theophilus libertus tuus proficiſceretur: cuius ego fidem erga te beni uolentiãq; perſpexerã: ſine meis litteris eũ ad te uenire nolui. Hiſdẽ igitur de rebus etiã atq; etiã hortor: quibus ſuperioribus litteris hortatus ſum: ut in ea rep. quæcũq; eſt q̃primũ uelis eſſe. Epiſtola. ix. Quærenti mihi iãdiu quid ad te potiſſimũ ſcriberẽ: non modo certa res ulla: ſed ne genus quidẽ litterarũ uſitatũ ueniebat in mentẽ. Vnã enim partem & conſuetudiné earum epiſtolarũ quibus ſecũdis rebus uti ſolebamus: tempus eripuerat: perfeceratq; fortuna: nequid tale ſcribere poſſem: aut omnino cogitare. Relinquebatur triſte quoddam & miſerum & his temporibus conſentaneum genus litterarũ: id quoq; deficiebat me. in quo debebat eſſe. aut promiſſio auxilii alicuius aut conſolatio doloris tui. Quid pollicerer non erat. Ipſe enim impari fortuna adiectus aliorum opibus caſus meos ſuſtẽtabam. ſæpiuſq; mihi ueniebat in mentem queri q; ita uiuerẽ: q̃ gaudere q; uiueré. Epiſtola. xiii. Accepi pbreuis tuas litteras. quibus id quod ſcire cupiebã cognoſcere nõ potui: cognoui autẽ id quod mihi dubiũ non fuit. Nã q̃ fortiter ferres cõmunis miſerias non ĩtellexi. q̃ me amares facile perſpexi. ſed hoc ſcieram. Illud ſi ſciſſem. ad id meas litteras accommodaſſem. Epiſtola ultima. Quod ſcribis de reconciliata noſtra gratia. non intelligo cur recõciliatam eſſe dicas. quæ nunq̃ ĩminuta eſt. libro. v. Epiſtola. ii. De meis rebus ne uobis multitudine litterarum moleſtior eſſem. ad Lelium perſcripſi de rationibus prouĩciæ quid uellem fieri. ut is uos doceret & commoneſaceret. Epiſtola. iii. Ex litteris tuis quas publice miſiſti. cæpi una cum omnibus incredibilem uoluptatem. Tantã enim ſpem ocii oſtẽdiſti quantam ego ſemper omnibus te uno fretus pollicebar. Sed hoc ſcito tuos ueteres hoſtes nouos amicos uæhementer litteris perculſos. atque ex magna ſpe deturbatos iacere. Ad me autem litteras quas miſiſti. quanq̃ exiguam ſignificationem tuæ erga me uoluntatis habebant. tamen mihi ſcito iucundas fuiſſe. Nulla enim re tam lætari ſoleo. q̃ meorum officiorum conſcientia. quibus ſi quando non mutue reſpondetur. apud me plus officii reſidere facillime patior. Epiſtola. vii. Has litteras uelim

existimes fœderis habituras esse uim, nõ epistolæ, meque ea quæ tibi promitto ac recipio sanctissime esse obseruaturum, diligentissimeq; facturum. Quæ a me suscepta defensio est te absente dignitatis tuæ, in ea iá ego non solũ amiciciæ nostræ, sed etiá cõstantiæ meæ causa permanebo. Quãobrẽ satis esse hoc tẽpore arbitratus sum, hæc ad te me scribere, siquid ipse intelligerẽ, aut ad uoluntatẽ, aut ad cõmodũ, aut ad amplitudinẽ tuã ptinere mea spõte esse, facturũ. Sin aũt quippiã aut a te essem admonitus: aut a tuis effectuꝫ ut intelligeres nihil neq; te scripsisse: neq; quenq̃ tuoꝫ frustra ad me detulisse. Quãobrẽ uelim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis: maximis: mediocribusque rebus: ut ad hominẽ amicissimũ & tuis præcipias: ut opera: cõsilio: autoritate: gratia mea sic utantẽ in oĩbus publicis priuatis forensibus domesticis tuis amicoꝫ hospitum clientum tuorum negociis: ut quod eius fieri possit: præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuatur. Epistola. viii. Coram mẽ tecum eadem hæc agere sæpe conãtem deterruit pudor quidam pene subrusticus: quæ nunc expromã absens audacius. Epistola enim non erubescit. Ardeo cupiditate incredibili: neq; ut ego arbitror repræhendenda: nomen ut nostrum scriptis illustretur: & celebretur tuis: quod & si mihi sæpe ostendis te esse facturũ: tamẽ ignoscas uelim huic festinationi meæ. Epistola. xii. His de rebus quid acturus sis: si tibi molestũ non est: rescribas uelim. Epistola eadem. Quanq̃ ipsa consolatio litterarum tuarũ mihi gratissima est (declarant enim summã beniuolentiã pari prudentia coniunctam) tamen illũ fractũ ex his litteris uel maximum cæpi: q; quasi te præclare humanas res contemnentem: & optime contra fortunã paratũ: armatũq; cognoui. Quã quidẽ laudem sapientiæ tuæ statuo esse maximã: non aliunde pẽdere nec extrinsecus aut bene aut male uiuendi suspensas habere rationes. Quæ cogitatio cũ mihi non omnino excidisset (&enim penitus insederat) ui tamen tẽpestatũ: & concursu calamitatũ erat aliquantulum labefactata atq; conuulsa: cui te opitulari & uideo: & id feciſſe etiam proximis litteris multũq; ꝓfecisse sentio. Itaq; hoc sæpius dicendum tibiq; nõ significandum solũ: sed etiá declarandũ arbitror: nihil mihi esse potuisse tuis litteris gratius. Epistola. xiii. Omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit ĩ his litteris quas a te proxime accepi: non ille quidem mihi ignotus: sed tamen gratus & optatus dicerem iucundus nisi id uerbum in omne tempus perdidissem. Epistola. xv. His ego litteris siquid profecissem: existimabam optandum quiddam me esse assecutum. Sin minus forte ualuissent: officio tamẽ esse functurum beniuolentissimi atque amicissimi: quem me tibi & fuisse semper existimes uelim: & futurum esse confidas. Epistola. xvi. Non obliuione amiciciæ nostræ nunc intermissiones consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas litteras misi: sed ꝓ priora tempora in ruinis reip. nostrisque iacuerunt, posteriora autem me a scribendo tuis iniustissimis atq; acerbissimis incõmodis retardarunt. Cum uero & iteruallum iam satis longum fuisset: & tuam uirtutem animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus: non putaui esse alienum institutis meis hæc ad te scribere. Epistola. xvii. De tuo autem filio uereor: ne si nihil ad te scripserim: debitum eius uirtuti testimoniũ uidear non cæpisse. Sin autem omnia quæ sentio perscripserim: ne refricem meis litteris desideriũ ac doloreꝫ tuum, sed tamen prudentissime facies: si illius pietatem: uirtutem: industriã ubicũque eris tuã tecũ esse duces. Nec enim nostra minus sunt: quæ animo complectimur q̃ quæ oculis ĩtuemur. Quã obrem & illius eximia uirtus summusque in te amor magnæ tibi consolationi esse debet. Epistola eadem. Peto a te ne me putes obliuiõe tui rarius ad te scribere q̃ solebam, sed aut grauitate ualetudinis: qua tamen iam paululum uideor leuari: aut ꝓ absim ab urbe: ut qui ad te proficiscãtur scire non possim. Quare uelim ita statutum habeas me tui memoriam cum summa beniuolentia tenere tuasque omnis res non minori mihi curæ: q̃ meas esse. libro sexto. Epistola. ii. Superioribus litteris beniuolentia magis adductus: q̃ ꝓ res ipsa postularet fui longior. neque enim confirmatione nostra egebat uirtus tua. neque erat ea causa mea atque fortuna: ut ego cui ipsi omnia deessent alterum confirmarem: hoc item tempore breuior esse debes. siue enim nihil tum opus fuit tam multis uerbis: nihilo magis nunc opus est: siue tamen opus fuit: illud satis est: præsertim cum accesserit nihil noui. Nam & si quotidie aliquid audiuimus earum rerum quas ad te perferri existimo: summa tamen eadem est: & idem exitus quem ego tam uideo animo: q̃ ea quæ oculis cernimus. nec uero quicq̃ uideo: quod non idem te uidere certe scio. Epistola. iii. Noui quid ad te scriberem nihil erat: & tamen siquid esset: sciebam te a tuis certiorem fieri solere. De futuris autem rebus & si semper difficile est dicere, tamen interdũ coniectura possis propius accedere: cũ res ẽ eiusmodi: cuius exitus prouideri possit. Epistola. iiii. Sed hæc satis multa: uel plura potius q̃ necesse fuit. facit autem non loquacitas sed beniuolentia longiores epistolas. Epistola eadem. Nec dubito quin legente te has litteras: cõfecta iam res futura sit. Epistola. xii. Non ea res me deterruit, quo minus posteaq; in Italiam ueni: litteras ad te mitterem, ꝓ tu nullas ad me miseras, sed quia nec quid tibi pollicerer ipse egens rebus omnibus, nec quid suaderem: cum mihimetipsi consilium deesset: nec quid consolationis afferrem in tantis malis reperiebam. Hæc q̃quam nihilo meliora sunt: nunc ẽt atq; ẽt multa desperatiora: tamẽ inanis esse meas lras: q̃ nullas esse malui. Epistola ultima. Hæc ad te pluribus uerbis scripsi q̃ soleo: nõ ocii abundãtia: sed amoris erga te: quo me quadam epistola subinuitaras si memoria tenes, ut aliquid ad te eiusmodi scriberem: quo minus te prætermisisse ludos pœniteret: ꝓ si assecutus sum gaudeo. sin minus hoc: me tamen consolor ꝓ posthac ad ludos uenies nosq; uises. neq; in epistolis relinques meis spem aliquam delectationis tuæ li. vii. Epistola. i. Hæc ad te scripsi uerbosius & tibi molestus fui: ꝓ te cũ mei: tum reip. causa cognoui

amantissimũ:notũ tibi omne consiliũ meũ esse uolui.Epistola.iii.Habes epistolam uerbosiorem fortasse q̃ uelles:q̄ tibi uideri putabo:nisi mihi lõgiorem remiseris.Ego si quæ uolo expediero:breui tẽpore te ut spero uidebo:epistola eadem.lãdiu ignoro quid agas.nihil enim scribis, neq; ego ad te his duobus mensibus scripseram.Cupio scire quid agas:& ubi sis hiematurus.Epistola. ix.Mirabar quid esset:q̄ tu mihi litteras mittere intermisisses.Indicauit mihi Pansa meus Epicureum te esse factum. O castra præclara:quid tu fecisses:si te Tarentum & non Samarobrinam misissem.Epistola.xii.Adeo ne me iniustum esse existimasti:ut tibi irascerer:q̄ parum mihi constans:& nimium cupidus dicendi uiderer:ob eamq; causam me arbitrarere litteras ad te iamdiu non misisse.Mihi perturbatio animi tui q̃ unis litteris perspiciebam:molestiam attulit.neq; alia ulla fuit causa intermissiõis epistolarum: nisi q̄ ubi esses.plãe nesciebã.Epistola.xiii.Chrysippus Vectius Cirhi architecti libertus fecit ut te nõ im memoré putaré mei.Salutem.n.mihi uerbis tuis nuntiarat.Valde iam lautus es:qui grauere litteras tuas ad me dare homini præsertim prope domestico.Quod si scribere oblitus es:nimis multi iam te aduocato causa cadent.si nostri oblitus es:dabo operam ut istuc ueniã antequam plane ex animo tuo effluo. Epistola decimaquarta. Accepi a te aliquot epistolas uno tempore:quas tu diuersis tẽporibus dederas:in quibus me cætera delectarunt.Significabant.n.te istam militiam iam firmo animo ferre. & esse forté uirũ & constanté.quæ ego pauli sper a te ita desideraui nõ imbecilitate animi tui:sed magis ut desiderio nostri te æstuare putarem.Quare perge ut cæpisti.forti animo istam tolera militiam. multa(mihi crede)assequere.Epistola.xviii.Quod epistolam conscissam doles:noli laborare. salua est domi.petes cum libebit.Quod autem me mones ualde gratum est:idq; ut semper facias rogo.Epistola.xxvi.Derideri te putas.nunc demum itelligo te sapere:sed me hercule extra iocum:ualde mihi tuæ litteræ facetæ eleganteq; uisæ sunt.Epistola.xxxiii.Tu mi uolumi quando & instituisti.& mihi uides esse gratum.Scribe ad me q̃sæpissime de rebus urbanis.de rep. iucundus est mihi sermo litterarũ tuarũ eadé:Quod tibi decedenti pollicitus sum:me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturũ data opera parauí:qui sic omnia persequerer:ut uerear ne tibi nimium arguta hæc sedulitas uideat: tametsi tu scio q̃ sis curiosus:& q̃ omnibus peregrinãtibus gratum sit:minimarum quoque rerũ quæ domi geruntur fieri certiores.tamen in hoc te deprecor ne meũ officiũ hoc arrogantiæ condénes: qđ hunc laborem alteri delegaui.non quin mihi suauissimũ sit.& occupato & ad litteras scribẽdas ut tu nosti pigerrimo:tuæ memoriæ dare operã.li.viii.Epistola.i.Tu si pompeium ut uolebas offendisti. q tibi uisus sit.& quam orationem habuerit tecũ:quanq; ostẽderit uoluntaté(solet.n.aliud sentire & loqui.neque tantum ualere ingenio ut non appareat quid cupiat)fac mihi perscribas eadem. Exanimatus sum tuis litteris quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti.neque id quid esset pescripsisti.nõ. n. quale esset q̄ ne cogitares aperuisti.has ad te illico litteras scripsi per fortũas tuas.Ci.per liberos oro. obsecro.nequid grauius de salute & incolumitate tua consulas.Epistola.x. Caninius idem tuus & idẽ noster cum ad me nuper uesperi uenisset.& se postridie mane ad te iturum esse dixisset.dixi ei me daturum aliquid litterarum mane & ut peteret rogaui:conscripsi epistolam noctu.nec ille ad me rediit. oblitũ credidi.attamẽ eã ipsam epistolã tibi misissem per meos.nisi audissem ex eodẽ.postridie te mane e tusculano exiturum.libro.ix.Epistola.ii.Expectabam omnino iamdiu meq; sustinebam ne ad te prius ipse quid scriberem.q̃ aliquid accepissem.ut possem te remunerari q̃similimo munere:sed cum tu tardius faceres id est ut ego interpretor diligentius teneri non potui.quin coniunctionem studiorum amorisq; nostri quo possem litterarum generẽ declararem.Epistola.viii.Nõ sum ausus Salino nostro nihil ad te litterarum dare:nec me hercule habebam quid scriberé:nisi te a me mirabiliter amari.de quo etiam nihil scribente me:te non dubitare certe scio.omnino mihi litteræ magis sunt expectandæ a te:q̃ a me tibi.Nihil.n.Romæ geritur q̄ te puté scire curaẽ. Epistola.x.Hæc tibi antea nõ rescripsi non q̄ cessator esse soleré præsertim in litteris:sed cũ explorati nihil haberé nec tibi solicitudiné ex dubitatiõe mea:nec spé ex affirmatiõe.afferri uolui.Illud tamé ascribã q̄ é uerissimũ.me his tẽporibus adhuc de isto periculo nihil audisse.tu tamé ꝓ tua sapientia debebis optare optima: cogitare difficillima:ferre quæcũq; erũt.Epistola.xvii.Dupliciter delectatus sum tuis litteris:& q̄ ipse risi:& q̄ te itellexi iam posse ridere.Epistola.xx.Binas a te accepi litteras eodé exemplo.q̄ ipsum mihi argumẽto fuit diligentiæ tuæ.li.x.Epistola.v.Et si satis ex Furnio nr̃o cognouerã:quæ tua uolũtas:quod cõsiliũ de rep.esset:tamẽ tuis litteris lectis liquidius de toto sensu tuo iudicaui.Epistola.x. Itaq; cũ ad.vii. Idus Aprilis mane mihi tuas litteras.M. Varisidius reddidisset:easq; legissem incredibili gaudio sum elatus cunq; magna multitudo optimorũ uirorũ & ciuiũ me de domo deduceret.feci continuo oís ꝑticeps meæ uoluptatis.Epistola.xii.Nihil post hominũ memoriã glorioſius nihil gratius: ne tẽpore q̄ dé ipso opportunius accedere uidi:q̃ tuas.Plance litteras.Epistola.xvi.Litteræ tuæ mirabiliter gratæ sunt senatui cũ rebus ipsis quæ erãt grauissimæ:& maxime fortissimi animi sũmiq; cõsilii:tũ ét grauitate uerboꝝ atq; sententiaꝝ.Epistola.xix.Ita erant oía quæ istuc afferebanť incerta:ut quid ad te scriberé non occurreret.Epistola.xx.Puderet me incõstantiæ meaꝝ litteraꝝ:si non hæc ex aliena leuitate penderent.Epistola.xxi.Quod nisi res urbanas actaq; oía ad te perferri arbitrarer:ipse pscriberé:q̃quã erã maximis occupationibus ipeditus.sed illa cognosces ex aliis:a me pauca & ea summatim.Epistola.xxviii.De tua fide & beniuolentia in nos nisi ꝑsuasum esset nobis non cõscripsissemus hæc tibi: quæ quãdo ꝓfecto istũ animũ habes:ĩ optimã partẽ accipies li.xi.Epistola.ii.Litteras tuas legimus si-

millimas edicti tui cõtumelioſas:miaces:mime dignas:q̃ a te nobis mitterẽtur Epiſtola.iii. Lupus fa
miliaris noſter cum ramam ſexto die Mutina ueniſſet,poſtridie me mane conuenit:tua mihi manda-
A ta diligentiſſime expoſuit,& litteras reddidit.Epiſtola.vi. Neque hæc idcirco tibi ſcribo: q̃ te nõ ea-
dem animaduertere ſciam:ſed q̃ mihi perſuaſi azinium & lepidum recte facturũ nunquam. Epiſtola
ix.Qua.n.prudentia es nihil te fugiet:ſi diligẽter meas litteras legeris. Epiſtola.xiii.Et ſi mihi tuæ lit
teræ iucundiſſimæ ſunt:tamen iucundius fuit q̃ in ſumma occupatiõe tua planto collegæ mandaſti:
ut te mihi p litteras excuſaret:quod fecit ille diligẽter.Mihi aũt nihil amabilius officio tuo & diligen
tia.Cõiunctio tua cũ collega cõcordiaq̃ ueſtra quæ litteris cõibus declarata ẽ:ſenatui populoq̃ Ro-
mano gratiſſima accidit.Quod ſupereſt:pge mi Brute:& iam nõ cũ aliis,ſed tecũ ipſe certa.Plura ſcri-
bere non debeo:præſertim cum ad te quo magiſtro breuitatis uti cogito:litteras tuas uæheméter ex-
pecto:& quidem tales quales maxime opto. Epiſtola.xv.Permagni ĩtereſt quo tibi hoc tẽpore. epiſto
la reddita ſit:ꝛutrum cum ſolicitudinis aliquid haberes,an cum ab omni moleſtia uacuus eſſes.Itaq̃ ei
præcepi quem ad te niſi ut tempus obſeruaret,epiſtolæ tibi reddendæ.Nam quemadmodũ corã qui
ad nos intempeſtiue adeunt:moleſti ſæpe ſunt: ſic epiſtolæ offendunt non loco redditæ. Si autem ut
ſpero nihil te perturbat,nihil impedit & ille cui mandaui ſatis ſcite & commode tempus ad te cæpit
adeundi,confido me facile quod uelim a te impetraturum.Epiſtola.xvi.Ad ſenatum quas litteras mi
ſi uelim prius perlegas,& ſi qua tibi uidebuntur commutanda,commutes,neceſſario me ſcripſiſſe ip-
ſe animaduertes.Epiſtola.xviiii.expectanti mihi tuas quottidie litteras.Lupus noſter ſubito denũtia-
uit,ut ad te ſcriberem ſiquid uellem.Ego autem & ſiquid ſcriberé non habebam(acta enim ad te mit
ti ſciebam)inanem autem ſermonem litterarum tibi iniucundum eſſe audiebam,breuitatem ſecutus
ſum te magiſtro.Epiſtola.xxv.Breuitas tuarum litterarum me quoque breuiorem in ſcribendo facit:
& ut uere dicam non ſatis occurrit quid ſcribam.Epiſtola.ix.li.xii.Legi tuas litteras in quibus mirifi-
cum tuum erga me amorem recognoui.Videbaris,n.non ſolũ fauere nobis:id quod & noſtri & reip.
cã ſemper feciſti:ſed etiam grauẽ cauſam ſuſcepiſſe: uæheméterq̃ de nobis eſt ſollicitus. Epiſtola.xii.
Grata mihi eſt uæhementer memoria noſtri tua:quã ſignificaſti litteris,quã ut cõſerues non quo de
tua conſtantia dubitem:ſed quia mos eſt ita rogãdi,rogo.Epiſtola.xvii. Quod extremũ fuit ĩ illa epi-
ſtola quam a te proxime accepi:ad id primũ reſpõdebo.Epiſtola.xviii. Libentiſſime legi tuas litteras:
in quibus iucundiſſimũ mihi fuit q̃ cognoui meas tibi redditas eſſe.Non enim dubitabam quin eas
libenter lecturus eſſes uerẽbar ne redderentur.Epiſtola.xix.Panſa tuas litteras recitauit: magna ſena-
tus aprobatio conſecuta eſt cũ ſummo gaudio.Epiſtola.xxv. Noli putare me ad quẽquam longioris
epiſtolas ſcribere,niſi ſiquis ad me plura ſcripſerit:cui puto reſcribi oportere,nec enĩ habeo quod ſcri
bam:nec hoc tempore quicquam facio difficilius,libro.xiiii.Epiſtola.ii. Accepi tuas litteras quibus ĩ
tellexi te uereri ne ſuperiores mihi redditæ eſſent,omnes ſunt redditæ:diligẽtiſſimeq̃ a te perſcripta
ſunt omnia:idq̃ mihi gratiſſimum fuit.Epiſtola.v.Quid fieri placeret ſcripſi ad Pomponium ſerius
q̃ oportuit:cum quo ſi locutus eris:intelliges quid fieri uelim. Apertius ſcribi q̃ ad illum ſcripſerim:
neceſſe non fuit.de ea re & de cæteris rebus q̃primum uelim nobis litteras mittas. Valetudinem tuã
cura diligenter.Epiſtola.x.Siquid haberem quod ad te ſcriberem,facerem id & pluribus uerbis & fæ-
pius.Nunc quæ ſunt negocia uides.Epiſtola.xvii.Puto te iam ſuppudere:cum hæc tertia epiſtola an-
te oppreſſit:q̃ tu ſyllabam aut litteram.ſed non urgeo.Longioris enim expectabo:uel potius exigam.
Ego ſi ſemper haberem cui darem uel ternas in hora darem.Fit enim neſcio quid:ut quaſi coram ad-
eſſe uideare:cum ſcribo aliquid ad te.li.xv.Epiſtola.xvi.Longior epiſtola fuiſſet niſi eo ipſo tempore
petita eſſet a me cum iam iretur ad te.Epiſtola.xviii.Non me hercule ĩ hac mea peregrinatiõe. quicq̃
libentius facio q̃ ſcribo ad te. Videor enim cum præſente loqui & iocari.Epiſtola.xix.Quo tolerabi-
lius feramus igniculum deſiderii tui,crebris nos litteris appellato atq̃ ita ſi idem fiet a nobis. Epiſto-
la.xx.Aliter enim ſcribimus,q̃ eos ſolos quibus mittimus:aliter q̃ multos lecturos putamus.Epiſto-
la ultima.Tertiam ad te hanc epiſtolam ſcripſi eodem die magis inſtituti mei tenendi cauſa: quia na-
ctus eram cui darem:q̃ q̃ haberem quid ſcriberem.li.xvi.Epiſtola.vii.Scripta iam epiſtola Hermia ue
nit.Accepi tuam epiſtolam uacillantibus litterulis:nec mirum tam graui morbo.Epiſtola.xiii.Si qué
cum eo ſermonem habueris:ſcribes ad me ut mihi naſcatur epiſtolæ argumentum:& ut tuas q̃longiſ
ſimas litteras legam. Cura mi Tyro ut ualeas:hoc gratius facere nihil potes.Epiſtola.xxii. Et hæc ex
Tullio.Sequuntur modo circa idem ex Gaſparino. Ad Idem.

A Axima cauſa me ĩpulit:ut hoc tẽpore ad te ſcriberẽ.Nam cũ te maximis rebus detentũ au
diré:certe negociũ meũ ĩ aliud tẽpus diſtuliſſem:niſi idipſum tale fuiſſet:ut ſemel a me ne
glectũ nullius hominis neque conſilio neque auxilio poſtea erigi poſſit.Feres itaque me ſi
te maximas res agitanté iterpellauero. Gaſparinus.Si ullũ apud te locum preces meæ ſint
unq̃ habituræ:illud a te maiorem in modum quæſo:ut has litteras ſumma attẽtione legas:& perſua-
deas tibi:non odio:non ira:non inuidia hæc ad te ſcribi,ſed pro noſtra amicicia me negocium tuum
agere.Habeo tibi immortales gratias: ſi quæ ad te ſcribo illis oculis atque eo animo perlegeris
quibus aſſoles:cum aliquid attentiſſime ſolet a te fieri.Quod ad te ſcribo tale eſt: ut id maxime ad
rem tuam pertineat.Nametſi hoc alienum a te uideatur: tamen neceſſe eſt ut ſi recte curatum fue-
rit: maxima gloria ad te peruentura ſit.Non de re uulgari aut negligenda: ſed de publicis com-

modis ad te ſcribo.Pudet enim me horum temporum:& noſtræ reip.me miſeret.Niſi enim ſperarem propediem apud te eſſe:diligentiſſime ímo omnem cauſam ad te ſcripſiſſem. Volui ad te ſcribere:ne te contemptum a me diceres aut neglectum. Hæc ad te ſcripſi nõ affectu aliquo aut odio í Sergium: neque beniuolentia ulla in Quintum Publium:ſed omnia recto animi iudicio feci.Non putaui te id laturum tam iniquo animo:q̃ ego equiſſimo certe ad te ſcripſeram.Nihil eſt q̃ a te gratius mihi fieri poſſit:q̃ ut te ſemper litteris meis attentiſſimum præbeas.Etſi tuas litteras ſemper attente lego,tamẽ etiam ſine illis ſatis de tuo caſu admonitus eram.Quod autem non te officio meo præuenerim : non mea culpa:ſed temporum fuit.Cupiebam enim præocupare litteras tuas:& efficere ut prius te iuuari in his tuis moleſtiis animi tui ſentires q̃ audires.Hæc ad te uolui ſcribeꝝ ut animum tuum liberalem ea ſolicitudine:qua ut ſcio multum afficiebaris.Scripſi hæc ad te:uide ne quicq̃ horum prius efferas: q̃ reip.intererit,ſed hæc nolui te ignorare.q̃ ut te maxime optare ſciebam:de maximis rebus ac nouis quæ hic agitantur per me doctior fieres.Hæc ad te magno ſtudio & uoluptate ſcribo: quem ſcio pro ſingulari in me beniuolentia tua:ſemper aduerſis caſibus meis indoluiſſe:& maxime ſecundis rebus lætari.Non parua res eſt neq̃ uſitata:de qua iam dudum ſcribere ad te conſtitui . Quanq̃ maxime in curſu eram ac in ipſo itinere ueniendi propter eos rumores qui crebro ad me de meis rebus afferebantur:tamen cum forte mihi occurriſſet tabellarius tuus cum litteris quas illi reddendas mihi dederas:nolui ipſum ſine meis ad te redire.Gaudeo plurimum ac lætor:q̃ his cogitationibus ac conſiliis meis acceſſerunt litteræ tuæ:quæ illis ueteris beniuolentiæ tuæ in me: & neceſſarios meos perpetui amoris teſtes eſſent.Etſi admonitore nõ egebam:qui me de noſtra amicicia commonefaceret. tamen auide tuas litteras legi:nõ ut de animo tuo dubitarem:ſed quia me certiorem feciſti de his rebus quas ad me ſcribis.Quod me litteris tuis de his rebus admones:magnas tibi gratias habeo.Volo.n.magis hoc paternum mandatum mihi uideri q̃ cõſilium.Quo minus expectatæ litteræ tuæ fuerunt:eo gratiores mihi extiterũt: Video quidem q̃ amor tuus undiq̃ ſe oſtendit . Habeo tibi gratias & magnas quidẽ:q̃ tuis me litteris liberaſti maxima ſolicitudine & moleſtia.Priuſq̃ tuas litteras recepiſſem:iam omnia de quibus ad me ſcribis apud nos diuulgabant.Eo gratiores mihi litteræ tuæ fuerunt:quo minus de ſalute rerum mearum ſperarem.Nam paulo anteq̃ eas recepiſſem: iã rumor exortus erat de hoc naufragio:& fuerunt qui dicerent:nullam omnino nauem periculum fugiſſe.Litteræ tuæ incredibili uoluptate me affecerunt.Nunquam enim maiori ſtudio rerum diuinarum inflammatus fui,q̃ poſtq̃ epiſtolam tuam legi.Commendas religionem ut illa ſit omnibus rebus anteferenda. Tabellarius tuus nuper ad me detulit litteras tuas.Mones autem me pro tua beniuolentia: ne fortunas meas credam his hominibus:cum quibus aſſidue conuerſor.Facis amice quidem:nec a tua conſuetudine recedis.Nũquam tuas litteras lego quin animo uoluptatem percipiam.Semper enim egregiam aliquam utilitatem in illis comperio:cum uel conſulendo uel admonendo id efficis:ut me doctiorem ac meliorem indies reddam.Sed incredibile eſt quantum hæ litteræ me oblectauerunt:quæ per tabellarium tuum nuper redditæ fuerũt.Nam ut paterne ad me ſcribis:ita antiquam ſapientiam redolent.Gloriabor tamen & tibi ualde congratulabor:ſi intellexero meas litteras aliquid ígenio tuo aut uirtuti adieciſſe:quo maturius omnia quæ ad te uides magno ſtudio expeti:non minori perficias.Etſi de officio tuo nunq̃ dubitauerim:magnam tamen uoluptatem ex tuis litteris percepi.Legi nuper litteras a te miſſas ex quibus magnam ſane perturbationem accepi:ſed tibi ſubiraſcor q̃ tarde ad me de ſumma inopia ſcripſiſti.Nam iudico ſi hæc a me tempeſtiue reſcita fuiſſent,quin cũ amicis noſtris operam dediſſem,ne tam grauis & moleſta eſſet tibi paupertas tua,ſed ut uideo & ut ad me ſcribis,pudor fuit tibi impedimento:& eſt commune uitium nobilitatis q̃ non minus graue eſt alteri p̃pter inopiam ſupplicare q̃ egere:Tibi ergo ĩputabis:ſi amicis ignorantibus diutius q̃ oportebat hanc moleſtiã perpeſſus fuiſti.Non de re noua ad me ſcribis:nec mihi ignota. Quotiens enim huiuſmodi fortunæ in dignitatem credis:& meipſum:& item alios ſæpenumero ciues & graues & egregios præter æquum & bonum ſuſtinuiſſe.q̃q̃ hæc noſtra calamitas nihil ad tuam.Hæc ex Gaſparino ſat erũt. Quod flagitas ut ad te ſcribam de actis noſtris:eſt mihi quidem non ſatis ocii ad ſingula exaranda. at tamen percurram.quæ magis digna cognitu uidebũtur.Leo.Aretinus.Cogitabam tibi prolixius ſcribere.& propediem ut ſpero id faciam.núc autem breuitatis cauſam affert feſtinatio tabellarii, qui me in ipſo diſceſſu.nunquid uellem ſcribere rogauit.Idem.Quod ad me ita ſcribis quaſi ad hominem tã q̃ durum ac nimium pertinacem.qui nec ab amicis moueri poſſit.nec perſuaderi ſibi permittat. uæhementer mi dulciſſime Nicola admirationem ſuſcipio.Nam quis me facilior & ab omni obſtinatione duriciæq̃ remotior?Quis amicorum ſententiis morigeratior & obſequẽtior unquam fuit. Idem. Binas proximis diebus abs te litteras accepi:ſic tamen ut quas tu primo dederas.mihi poſterius redderentur.Idem.Vellem interdum mihi reſcribere:& quæ iſtic agantur,quæue ſperentur notum facere tua ſolita diligentia curares.Idem.In hac ipſa hora cum tibi ſcribere pararem litteræ tuæ mihi redditæ fuerunt.Primo igitur dicam q̃ dicturus eram,deinde tuis reſpondebo.Idem.Si quæ hic agantur quæue dicantur te curare putarem:ſcriberem tibi acta concilii:& quottidianarum rerum commentarios facerem,ſed ſi te bene noui tu eiuſmodi mentis es: ut non modo non cures iſta cognoſcere. uerum etiam intereſſe tua arbitreris : hæc ut tu appellare ſoles tædia & deliramenta hominum ignorare . Eſt autem ut inuitantis opus ad guſtum conuiuarum æpulas quærere : ſic ſcriben-

B

tis ad amicum conuenientem eius desiderio materiam sumere. Quando igitur tu quidem delicatior es: nec quæcunq; cibum stomachus tuus admittit: multa etiam quæ cæteris placent fastidit: paremus sane epistolas gustui tuo gratas. Et quoniam nostratia ista contemnis: peregrina tibi obsonia conquiramus. Nihil itaq; tibi magis placiturum per hæc tempora arbitror: quam si peregrinationem meam tibi perscripsero. Idem. Kalendis ipsis Ianuariis dum una cum Nicolao nostro mulierum caterua quæ apud templum conuenerat ex consuetudine uiseremus: litteræ tuæ Idibus Decembris Constantiæ scriptæ nobis redditæ fuerunt: uno atq; eodem fasciculo alligatæ: meas confestim post habita uisendi cura ad ipsas templi ualuas (nam intus quidē tenebrosius erat) eum perlegissem iucunditate magna ex salibus tuis exhilaratus sum: q̄ rerum ipsarum quæ a te significabantur confusione per motus. Idem. Dedi nuper ad te litteras Philippo nostro: in quibus sane prolixior fui. nunc nihil fere est quod ad te scribam nisi hoc ipsum: q; tuas litteras expecto. Flagito igitur quod adhuc non flagitaui. ut nos crebrius de his rebus quæ istic geruntur certiores facere studeas. nec ego a te acta solū exigo: sed qua prudentia es etiam spē rerum futurarum Idem. Postq̄ ab inuicem discessimus nihil omnino litterarū tuarum: de quo summam capio admirationem: a te suscepi: q̄q̄ ut nosti ita cōuenisset internos: ut ego a tuis litteris penderem. Quod si tamdiu pendere uoluissem: q̄diu a te litteræ uenirent: adhuc in pedē ti essem: sed præstari cēsui (ut uulgo dici solet) ruere semel q̄ semper pendere. Idem. Ad litteras tuas accuratius respondebo: cum plus ocii nactus fuero: nunc ista uulgaria transigam. Lecta est enim epistola tua pontifici: cum multi honestissimi uiri utriusque ordinis adessent: & nōnulli Romanæ ecclesiæ Cardinales. quā cum attentissime & summo cum silentio totam audissent: omnes tandem uno ore ad te laudandum extollendumq; conuersi sunt. Te doctissimum: te eloquentissimum: te uirorū optimū
A prædicabant. monebat eos ut mihi uidebatur grauitas orationis tuæ. Idem. Hanc epistolam non leuē ac iocosam. ut reliquæ meæ solent. ad te mittere instituī: sed seriam ac grauem & uiro dignam. quam licet per breuem loco munusculi: tamen ab homine tibi amantissimo accipias: uolo: & ut spero non iniucūdam. Poggius Florentinus. Rogo ut ad me scribas aliquid de statu rerum communium & nostrarum: litteras des ad mensam de medicis: qui curabunt tuto ad me quicquid scripseris perferendum. Idem. Accepi tuas litteras: & simul copiam epistolæ quam dicis te scripsisse ex Mediolano. fuit mihi utraque gratissima sed superiorem nullus antea ad me attulit. propterea non respondi prius. rescripsissem enim tibi euistigio: quæ mea est in amicos obseruantia. cum nullus sit in officio litterarum diligētior. Nam cum sponte scribo ad eos. quibus cum est mihi uetus amiciciæ consuetudo. tum uero præcipue litteris prouocatus. Idem. Scio te libenter legere quæ mea sunt. non propter eloquētiam: quam esse in me nullam sentio. sed propter singularem tuam in me affectionem. ob eam causam mitto tibi dialogum quendam. quem nuper edidi. scriptum in auariciam. quem cum ocium fuerit. legas oro. & licet sis in tanta administratione occupatissimus. tamen aliquid temporis sub ducite ad legendas has ineptias meas. quas confido tibi iucundas fore. Idem. Recreatus sum mi Francisce ex litteris quas a te proxime accepi: scriptas ut uideo inter multas occupationes. Ita uotis meis faueat deus ut animo pendebam anxius. aut sollicitus. quidnam esse causæ posset cur nullæ abs te litteræ redderentur post susceptum libellum. Versabam multa omnino omnes cogitatus (ut fit) circūuoluens & tamen hanc respondendi tarditatem semper accipiebam in peiorem partem. existimans iudicari a nobis indignam rem esse. ad quam non respōderet uir nostri sæculi doctissimus. Idem. Scripsi ad te epistolam satis uerbosam: & quæ forsan aliquorum aures offenderet: te autem scio modice laturum ac sapienter ineptias meas: & locus ipse quem ego mihi solitarium feci: & libri quibus frequenter utor: reddunt me paulo uerbosiorem. Idem. Modo cum domum noctu rediissem offendi litteras tuas & simul libellos quos remisisti. Rettulit īsuper quidam ex domesticis illum qui detulerat dixisse se postridie mane ad te uelle proficisci: si quidem uellem respōdere ut præsto id esset. Itaq; licet opus esset exquisito quodam genere litterarum ad uirum præsertim eloquentissimum: sumpsi tamē calamum scripturus pro temporis facultate quicquid in buccam ueniret. ne tibi parum respondere uiderer in officio scribendi. Scio moris esse eorum qui primum ad amicos scribunt: admirationibus quibusdam litteris uti ad ostendēdam siquam in his uideri uolunt uel eloquentiam uel doctrinam: uerum alias diligētius cum ocium erit & res requiret: litteris colloquat tecum: nunc ut tempus postulat. Epistola tua mihi summam attulit uoluptatem: cum uideam te ita institutum studiis humanitatis & eloquentiæ: ut si in his perseueres: magna sis laude & gloria futurus. Non loquor tecum (neq; enim natura id mea patitur) adulandi gratia: sed quod ex animo sentiam. Ea est in te facultas dicendi: ea ubertas: is ornatus orationis: ut paucos legerim (pace eorum dixerim) qui tibi sunt anteferrendi uel elegātia uel suauitate. Itaq; si rem mihi gratam: si tibi tuoq; ingenio dignam: si tuæ naturæ accommodatam cupis facere quicquid temporis tibi surripere potes: colloca & consume in his litterarum studiis: quæ ad eloquentiam spectent: & ad sapientiam uir magnus (mihi crede) euades si perseuerabis. Idem. Licet nunq̄ antea mi Victorine ad te scripserim. tantumq; nomine ipso. non aliquo officio noti inter nos sumus: tamen pro singulari tua uirtute: proq; in omnes qui studiis delectantur humanitatis beniuolentia: audebo tibi paulū oneris his primis litteris imponere. quod æquo animo te susceptum puto. Idem. Hæc iam missa. faciamus: & ad tuas suauissimas accedamus litteras: non minori lepore q̄ grauitate conditas: quas quidem uerbis meis nunq̄ digne ad collaudandum sufficerem. tantus siquidem ī illis est orationis honos atq;

decor,& ueluti maiestas quædam ut tecum hoc(ut ita dicam)litteraꝝ certamine certare totus quodã
modo perhoreſcam:gelidusq; per ima cucurrit oſſa tremor.Neq; uero tibi profecto mihi bellũ indi-
centi ausus eſſem reſpondere, niſi pudor ipſe & ſuauiſſimæ preces tuæ quæ imperii loco mihi fue-
runt ad id me compuliſſent. Ad hoc præterea hortatur amiciciæ noſtræ munus atq; officium, q̃ uel
minima ex parte uiolare ſummam iniuriam eſſe putarem.Quapropter ita ſuadente beniuolentia no
ſtra & me uigente rogatu tuo q̃ potero breuius litteris tuis reſpondebo.Gabriel Teglatius.Iam finẽ C
poſcat epiſtola quẽ nunq̃ poſceret amor:potiſſimum cum me longiorem eſſe prohibeant infinitæ pe
ne occupationes meæ,& utinã non infructuoſæ:quibus usq; ad oculos(ut ita dici ſolet)infixus ſum.
ut nihil mihi æque deſit:ac temporis prolixitas.Ioannes Lamola Tuæ ex Bononia litteræ mirari uidẽ D
tur mearum ad te lentum reditum uel acceſſum litterarum:bene ſane.Ita enim beniuolẽtia & boni-
tate complecteris:ut omnis ſilentii mei morula uideatur annus.Ego uero ita obſeſſus ſum:non dico
litterariis occupationibus:ſed alio nouo mõ & iuſitato laboris genere,ut ſi diutius in eo futurus ſim:
muſis ipſis ualete dicendũ ſit. Nã cũ liberorum augear numero: laxiores ut ædiculas faciam neceſſe
eſt.Guarinus Veronenſis.Mirũ immodũ tuæ me delectarunt litteræ.Quandam,n,conſuetudinis no E
ſtræ imaginem mihi afferre uiſæ ſunt.Ná q̃diu eas lectito:tecũ eſſe uideor:quẽ diligo : quẽ obſeruo.
Idem.Quantus ſit amiciciæ noſtræ cumulus:cũ aliis permultis:tũ hoc uno intelligo:q; quotiens abs
te litteras ſuſcipio,mira quadã afficior delectatione:ac ipſe totus exhilaror. Has,n, & diſertas,& amo
re caritateq; refertas ſentio.Idem.Subdubitaſſe nõ parum fateor frater amantiſſime litteris tuis iteꝝ
atque iterum perlectis, quas pater optimus,& tui ſtudioſiſſimus dominus Leonardus noſter reddi-
dit,an iis mihi reſpondendum eſſet fateor ingenue,cum enim illarum facilitatem: ſentẽtiarum pon-
dus,ac dignitatem,elegantiamq; accurare conſidero: quibus principem Romani eloquii Ciceronem
undiq; redoles:nequeo non uæhementer admirari imo non(ut ita dixerim)obſtupere hominem ado
leſcentiæ annos nondum egreſſum:ad tantum eloquentiæ culmẽ aſpiraſſe tam facile.Idem.Reddita F
nobis epiſtola quã ex te nuper habuimus eo uerboꝝ ornatu:eaq; ſuauitate & poetica grauitate præ
uãluit:ut animũ noſtrũ aliis & non leuibus quidẽ laborantẽ curis ſicut principibus interdũ accidit:
dulcedine multa repleuerit & antiqui amoris uires quẽ tu in noſtram ꝓſapiã:& in tuã olim noſtra ha
buit optime ſuſcitaueris.Dux Mediolani ad Antoniũ Panor.Fatebor ingenue præſertim apud te prĩ
ceps ſereniſſime:cui nõ minus animi ſimplicitatem ſinceritatemq; debeo q̃ reliqua ſiqua ſint mei offi
cia.Cũ legiſſem nuper epiſtolã ad me tuã:ſuauiſſimã quidẽ illã:& ex tua uena tuaq; humanitate uere
proficiſcentem non potuiſſe contineri:quin lætitia quadã geſtiente diffunderer:& q̃ triumphare mi-
hi uiſus ſim.Sed quãq̃ id moleſtũ & indecorũ ẽ:nec certe ſecus q̃ dolore quẽpiam premi cõtrahiq;.
ego tamen is ſum qui cum lego atq; audio tuã erga me maioreſq; meos gratiã & pietatem:pergere nõ
poſſũ:nõ gaudere ſupra modũ:& præ læticia non medius fere diſrumpi.Anto.Panor.ad ducẽ Medio
lani.Dis gratia.Litteras a te tandem accepi nuntio etiam periucundo plenas . Nam q; princeps noſter
perlegerit epiſtolam ad ſe meam: & commẽdauerit abunde & illam & me ita pergratũ mihi fuit qua
ſi beatitudinis quidam & futuræ fælicitatis gradus obiectus ſit,ſed expectabo: & ſummo quidem cũ
deſiderio reſponſiones & litteras ad me eius:quas & tu ſtatim mihi aduenturas ſignificas: quo tecum
& uberius & certius ſub gloriari liceat.Interim ut monefacis rẽ mecũ cõtinebo:quoad eluceſcat dies
fauſtus & candidus.Idem.Fecerunt epiſtolæ tuæ quas hodie tandem accepi ut epiſtolis litteras inte-
xerem,cum ſecus ſtatuiſſem præ capitis dolore quodam infeſtiſſimo.Idem.Nudiuſtertius cum eſſem
aliquantum ſecurus & ocioſus dedi litteras Alniſio Croto uiro magno quorundam iudicio non iniu
cundas:meo quidem inſulſas & ineptas.Idem.Quo te magis indies perſpicio:eo mihi humanitas tua A
ingeniiq; fecunditas dilucidior fit & clarior.Me tuæ proximæ litteræ mirum in modum delectarũt:
quippe quæ non magis amoris plenæ ſummi erga me tui q̃ diſertiſſimæ uiſæ ſunt. Franciſcus Philel.
Quod nudiuſſeptimus reſpondere tibi omnino non potui,idque obnuntii uelotiorem abitionẽ. re-
ſpondebo impræſentia minime auare:idque ſi minus fortaſſe ex ſententia tua: at amice tamen & ut
arbitror nota.Idem.Nulla ratione abduci poſſum quin credam te mei eſſe amantiſſimũ a quo ſis pul B
cherrime inſtitutus,ſed non poſſum nõ mirari q; nihil litteris obſtrepas qui quottidie cum apud uos
agerem me pulcherrimis tuis ſuauiſſimiſq; epiſtolis ueluti laceſſeres . nunc uero totus es mutus : qui
quo es factus lingua ſolutiore:eo te loquatiorem eſſe oportuit.Idem.Cum preſbyter ille Florentinus
qui has tibi litteras reddidit eſſet Finarium rediturus:petiit ſi quid eſſet quod ad te ſcribere uellẽt id
fidei ſuæ diligentiæq; crederem.Itaque ex eo audies mentem meam de rebus tuis:eãdem ſcilicet quã
ex proximis litteris quas redditas tibi arbitror accipere potuiſti.Idem.Redditæ mihi ſunt hodie litte
ræ tuæ:perhumanæ ille quidem & admodum plenæ amoris ſummi erga me tui: Intellexi diligenter
quæ ſcripſiſti omnia:ſumq; tua beniuolentia ac fide mirifice delectatus. Expectabo q; mones: q; eo
ſum æquiore animo facturus quo me nihil omnino prohibet expectare:quandoquidem id facere li-
cet q̃commodiſſime.Idem.Hæc autẽ idcirco Philel.liberius ad te ſcripſit,q; regali tuæ incõperabiliq;
uirtuti quicquam diffideret:ſed ut ſuam erga te fidem obſeruantiamq; oſtenderet.Idem. Complures C
eadem ſerie ad me dediſti litteras:q; tabelliorum tum perfidia:tua tum inſcitia abs te confectum au-
tumas:quæ tuam inexpiationem adducis apertiſſimam quando id palam profiteris: te & ſententiarũ
& uerborum exheredem uideri:quorum ſane alterum:q; primulum fuit:nulla dignum carptõne ipſe

percenſeo:uerum quin alterum damnem contineri neutiq̃ poſſum q̄ tibi ſummo ē dedecori ac uicio huiuſcemodi oratione defungi,qui & eloquētiæ prīceps & aliorum magiſter uulgo nominaris, uelis igitur poſthac ad me crebras uario ſtilo litteras deſtinare:ut abs te doctior quippiam poſſim euadere: Bald,Raſinus.Tametſi perpaucis ante diebus ad te litteras dediſſem,tamen cū Theophilus cuius ſum mam fidem & beniuolentiā erga te cognoui ad te proficiſceretur non potui me cohibere:quin recen tes ad te litteras conſcriberem:qua tuas ad rationes ſæpiuſcule uſus ſum:eandem itero ſentētiam cō munem uidelicet uelis in patriam commeare:qua nullum ſane locum iucūdiorem aut commodum magis comperies,Idem.Et hæc circa hanc partem nunc circa aliam inſiſtamus.

Vbi quem ut ad nos ueniat inuitamus,& ubi ipſe ſe quia uenire non potuit: aut in alia quacunq̄ re excuſat,M.T.C.clauſulæ incipiunt.

D Vr enim tibi hoc non gratificer neſcio:præſertim cum his temporibus audacia pro ſapiē tia liceat uti,Lentulo noſtro per litteras tuo nomine gratias egi diligēter,Sed tu uelim deſinas iam noſtris litteris uti:& nos aliquando reuiſes:& ibi malis eē ubi aliquo numero ſis: q̄ iſtic ubi ſolus ſapere uideare:q̄q̄ qui iſtinc nunc ueniunt partim te ſuperbum eſſe dicūt q̄ nihil reſpondeas,partim contumelioſum q̄ male reſpondeas.Sed cupio tecum corā iocari. Quare fac ut quāprimum uenias,neq̄ in Apulliam tuam accedas:ut poſſimus te ſaluum ueniſſe gaudere,Nā
E illo ſi ueneris tanq̄ Vlixes cognoſces tuoꝝ neminē,libro,i. Epiſtola ultima,Et ſi nihil noui quod ad te ſcriberem habebam:magiſq̄ litteras tuas iam expectare incipiebam:uel te potius ipſum: tamen cū Theophilus proficiſceretur:nō potui ei nihil litteraꝝ dare.Cura igitur ut quāprimū uenias:uenies,n, (mihi crede)expectatus,neq̄ ſolum nobis:id eſt tuis:ſed prorſus omnibus.Venit,n,mihi ī mentē ſub uereri interdum:ne te delectet tarda diſceſſio,q̄ ſi nullū haberes ſenſum:niſi oculorum: prorſus tibi ignoſcerem ſi quoſdam nolles uidere:ſed cum leuiora non multo eſſent quæ audirentur:q̄ quæ uide rentur:ſuſpicarer autē multum intereſſe rei familiaris tuæ:te quāprimum uenire:atq̄ in omnes par tes ualere putaui ea de re te eſſe admonendum:ſed quoniā q̄ mihi placeret oſtendi.Reliqua tu p̄ tua prudentia conſiderabis:me tamen uelim quo ad tempus te expectemus certiorem facias,li,iiii,Epiſto la,x,Gratæ mihi fuerunt tuæ litteræ,ex quibus intellexi quod etiā ſine litteris arbitrabar: te ſumma cupiditate affectum eē uidendi mei:quod ego ita libenter accipio: ut tamen tibi libentius non conce dam. Nam tecum eſſe ita communia mihi omnia quæ opto contingant ut uæhementer uelim ut,n, cum eſſet maior & uiroꝝ & ciuium bonorū & iucondorum hominū & amantium mei copia:tamen erat nemo:qui cū eſſem libentius q̄ tecum,& pauci quibus cum eſſem æque libenter, hoc uero tem pore cum alii interierint:alii abſint:alii mutati uoluntate ſint:unum mediuſſidius tecum diem liben tius poſuerim q̄ omne hoc tempus cum plæriq̄ eoꝝ:quibus cū uiuo neceſſario,li,v,Epiſtola ultima. Scire,n,cupio quid agas: quid expectes:q̄ longum iſtum tuū diſceſſum a nobis futurum putes. Sic,n, tibi perſuadeas uelim:unum mihi eſſe ſolatium:quare facilius poſſem pati te eſſe ſine nobis: ſi tibi eē id emolimento ſciā,ſin autem id non eſt:nihil duobus nobis eſt ſtultius,me qui te Romā nō attrahā: te qui huc non aduoles,una mehercle noſtra uel ſeuera uel iocoſa congreſſio pluris erit: quā non mo do hoſtes:ſed etiam fratres noſtri Hedui,li,vi,Epiſtola,x,Ego ſi noſtri commodo ratōnem ducerem: te mecum eſſe maxime uellem,Non enim mediocri afficiebar uel uoluptate ex conſuetudine noſtra: uel utilitate ex conſilio uel opera tua,Sed cum te & adoleſcētiam tuam in amiciciam & fidem meam contuliſſes:ſemper te non modo tuendum mihi,ſed etiam augendum atque ornandum putaui, Epi ſtola,xvii,Ego uero iam te nec hortor nec rogo ut domum redeas:quin hinc ipſe euolare cupio & ali quo peruenire ubi nec Pelopidarum nomē nec facta audiam,Incredibile eſt q̄turpiter facere mihi ui dear qui his rebus interſim,Nec tu uideris multo ante præuidiſſe quid impenderet,tum cū hinc pro fugiſti:quanquam hæc etiam auditu acerba ſunt,tamē audire tolerabilius eſt q̄ uidere,Epiſtola,xxxi, Sed tamē omnia mihi erunt ſi tu ueneris hilariora,quanquam uenis ut ipſe ītelligis in maximaꝝ qua ſi concurſum occupationū,quas ſi ut uolumus exceperimus,Ego uero multam ſalutem & foro dicā & curiæ:unaq̄ tecū multū & cum communibus noſtris amatoribus, Epiſtola ultima, Fratrem meū tibi ſortiſſimū ciuem & ad omnia paratiſſimum excuſes litteris:qui ex labore in febriculā incidit aſſi duam & ſatis moleſtā:cū primum poterit iſtoc recurrere nō dubitabit:ne quo loco reip,deſit,li,x,Epi
F ſtola,xxxi,Quod nos in Italiam ſaluos ueniſſe gaudes:perpetuo gaudeas uelim:ſed perturbati dolore animi magniſq̄ iniuriis metuo:ne id conſilii cæperimus:qd' non facile explicare poſſimus:quare quā tum potes adiuua,q̄ aūt poſſis mihi in mentē non uenit,In uiā q̄ te des hoc tempe nihil eſt: & longū eſt iter & nō tutum: & non uideo quid prodeſſe poteris ſi ueneris,libro,xiiii,Epiſtola,xii,Cura igitur te & confirma:& cum commode & per ualetudinem & per animi tēpus nauigare poteris:ad nos amā tiſſimos tui ueni,Nemo nos amat:qui te nō diligit:carus omnibus expectatuſq̄ uenies,libro,xvi,Epi ſtola,ii,Quia tua uoluntas ea uidebaꝫ eſſe ut prorſus niſi confirmato corpore nolles nauigare: appro baui tuum conſilium: neq̄ nunc muto:ſi tamē in eadem es ſententia,ſin autem poſteaq̄ cibū cæpiſti uideris tibi poſſe me conſequi:tuum cōſilium eſt Marionem eo ad te miſi:ut aut tecū ad me q̄primū ueniret:aut ſi tu morarere:ſtatim ad me rediret, Tu autem hoc tibi perſuade: ſi commodo ualetudīs tuæ fieri poſſet:nihil me malle q̄ te eſſe mecū,Si autem ītelliges opus eſſe te Patras cōualeſcēdi cauſa paululū cōmorari:nihil me malle q̄ te ualere,Si ſtatim nauigas:nos Leucade conſequeris, ſi te confir-

mare uis & comites & tempeſtates:& nauem idoneam ut habeas:diligenter uidebis.Epiſtola.iii.Non A
queo ad te nec libet ſcribere quo animo ſim affectus.tantū ſcribo & mihi & tibi maximæ uolutati fo
re:ſi te firmum q̄primum uidero.Tertio die abs te ad Aluziam acceſſeramus.Is locus eſt citra Leuca
dem ſtadia.c.xx.Leucade aut teipſum:aut tuas litteras a Marione putabam nec acceptuꝝ.Quantum
me diligis:tantum fac ut ualeas uel quantū te a me ſcis diligi.Epiſtola.iiii. Et Quintus pater & filius B
& nos apud Aluziam ex quo loco tibi litteras ante dederamus:unum diem cōmorati ſumus:q; Q.
nos conſecutus non erat.Is enim dies fuit. non Nouember: inde ante lucé proficiſcētes ante diē.viii.
Idus Nouembris has litteras dedimus. Tu ſi nos omnes amas:& præcipue me magiſtrum tuum:con
firma te.ego ualde ſuſpenſo animo expecto te primum ſcilicet:deīde Marioné cū tuis litteris.Omnes
cupimus:ego in primis q̄primū te uidere:ſed mi Tyro te ualentē.Quare nihil properaris : ſatis quot
tidie uidero ſi ualebis:utilitatibus tuis poſſum carere.te ualere tua cauſa primū uolo: tū mea.mi Ty
ro uale.Epiſtola.v.Effice ſi me diligis ut ualeas:& ad nos firmus ac ualens q̄primum ueīias. Epiſtola
viii.Etſi opportunitatem opere tuæ omnibus locis deſidero:tamen non tam mea quam tua cauſa do
leo te non ualere.Sed cum in quartanam conuerſa eſt uis morbi(ſic enim ſcribit Curius)ſpero te dili
gētia adhibita etiam firmiorem fore.modo fac id quod eſt humanitatis tuæ:nequid aliud cures hoc
tempore:niſi ut quā commodiſſime conualeſcas.non ignoro quantū ex deſiderio labores : ſed erunt
omnia facillima ſi ualebis.feſtinare te nolo : ne nauſeæ moleſtiam ſuſcipias æger & periculoſa hieme
nauiges.Epiſtola.x.Tu cum eo tempore eſſe mecum non potuiſti:quo ego maxime operam & fideli
tatē deſideraui tuā:caue feſtīes aut cōmittas ut aut æger aut hieme nauiges.Nūquā ſero te ueniſſe pu
tabo ſi ſaluus ueneris.Epiſtola.xi.Ego uero cupio te ad me uenire:ſed uiam timeo.Grauiſſime ægro
taſti inedia & purgationibus & ui ipſius morbi conſumptus es. Graues ſolent offenſiones eſſe ex gra
uibus morbis.Epiſtola.xii.Andricus poſtridie ad me uenit:ultra quam expectarem.Itaque habui no
ctem plenā timoris ac miſeriæ.tuis litteris nihilo ſum factus certior quomodo te haberes: ſed tamen
ſum recreatus. Ego omni delectatione litteriſq; omnibus careo:quas antequam te uidero attingere
non poſſum.Conſerua te:mihi dies promiſſorum adeſt:quem etiam repræſentabo ſi adueneris. Epi
ſtola.xiiii.Omnia a te data mihi putabo:ſi te ualentem uidero.ſumma cura expectabam aduentū Me C
nandri quem ad te miſeram.Cura ſi me diligis ut ualeas:& cum te bene cōfirmaris:ad nos uenias.Epi
ſtola.xv.Expecto tuas litteras de multis rebus:teipſum multo magis. Demetrium redde noſtrum : & D
aliud ſiquid potes boni.de Anfidiono nomine nihil te hortor. Scio tibi curæ eſſe ſed confice : & ſi ob
eam rem moraris accipio cauſam ſi id te non tenet:aduola litteras tuas ualde expecto.Epiſtola.xviiii.
Hæc & pauca quidem ex Tullio:nunc circa idem accipe ex Gaſparino.

Ad Idem.

Enio ad ea quæ ſcribis:neq; per alium:neq; litteris poſſe tranſigi:& propterea me hortaris E
q; meum aduentum maturem.uellem omnia cum rep.cauſa tum etiam perpetua in te be
niuolētia mea:quæ uel cōſilio uel opera mea poſſent bene patriæ noſtræ euenire aut uſui
tuo eſſe:quanq̄ admirer quæ poſſit res eſſe in qua tantopere officium meum deſideretur.
Sed poſtea tātū operā meā ac ſtudiū in remp.a ciuibus noſtris expeti ſignificas: non differā ultra meū
acceſſum.Scio enī te nō ſine cā ut ita faciā ad me ſcripſiſſe.Nō poſſum fruſtra hoc iter agere: mō te in
columē ſalua noſtra rep.inueniā.Gaſparinus.Quod uero me hortaris ut hoc tanto bono ſciens & ui
dens uobiſcum fruar(utor enī libenter uerbis tuis)facis amice:quanq̄ adortatōe tua nō egerē: & iam
apud uos eſſem:niſi fuiſſent maxīæ occupatōes:q;bus noſtræ reip.cā detentus fui.ſed ut ſpero nō mul
tos dies abero.Quantū oēs præſentiā atq; officiū tuū expectant.ex hoc potes cogitare q; etiā inimici
tui maxīe in gratiā tuā reddire exoptant.Cura ut ad nos aduoles. Opus ē enī celeritate:niſi me uis eē
cōiectum eo: unde nullo tempore non dico amici:ſed ne ipſa quidem ſalus eſſet ſi cuperet : poſſit me
eximere.Quod niſi te maior cura detineat quæſo ipſe accedas:ut iam nō per litteras:ſed in præſentia
hoc tāto bono ſciens & uidens nobiſcum fruaris. Hortor uero te atq; etiā obſecro:ut ad nos accedas.
Facies enī rem oībus poſt tuū reditum amicis tuis gratiſſimā:mihi uero adeo iucundā:ut nulla maio
ri uoluptate cumulatius poſſis me afficere.Quare etiā atq; etiam ad nos feſtina.neq; ulla res tanta ſit:
quæ tuū aduentum remoretur.Omnes quidē præſentiā tuā affectant:ſciuntq; in te uno communem
oīum ſalutem eſſe repoſitam . noli itaq; tantam expectationem omnium differre.Aliud non eſt quod
in præſentia a te exigam niſi ut q̄primū poteris:ad nos nauiges.Habeo enim tecum de multis confer
re:quæ utriq; noſtrū maximam ut ſpero afferent utilitatem . ſed uide ne te mari committas:niſi om
nia ad nauigādum tuta uideas.Ego &ſi perincommode ex urbe diſcedam:cōſtitui potius omnia poſt
habere:q̄ ab his ludificari:ad quos ſæpe multa ornamenta atque adiumēta detuli.quare de hac re am
plius eos non appelles ſi rem integram in meum aduentum reſeruabis.Hortantur te omnes ut q̄pri
mum opportunitas tibi aderit:non differas tuum aduētum.Eſt enim opus celeritate:cū malū noſtrū
in dies propius accedat:nec multos defenſores habeamus:ita me ad te ſcribere patres uoluerunt.Ego
uero ſiquid an illorum autoritatem poteſt accedere:id etiam atque etiam magnopere quæſo: ut cum
reipub.cauſa omnia feceris: tum etiam pro noſtra beniuolētia quæ ad ſummū peruenit: expeditionē
tuam matures.Nunc item ex Gaſparino circa ſecundam Rubricæ partem ubi nos excuſamus clauſu
las accipe.Si fortunis tuis ut oportebat non affui:minime accuſabis officium meum : qui cum maxīe

cuperem animo tuo satisfacere: illa ipsa patriæ nostræ caritas ex medio cursu quo ad te contendebam plane me inuitum reuocauit. Hæc sunt quæ pro causa mea duxi hoc tempore tibi respondenda: non quia tuis admonitionibus succenseam: sed ut siquam non bonam opinionem de me concepisses: ego me apud te purgarem. Vellem posse animo imperare & respondere tibi molestius: cum non satis intelligo quorsum hæc uerba tua tendant: sed postq̃ me cogis (cum bona uenia tua) uellem ostẽderes mihi quando tibi in amore non responderim: īmo quando te amando non anteceſſi. Multa sunt de q̃ bus si mihi per occupationes meas licuisset: te in re tua pluribus uerbis admonuissem. sed quia ad ea omnia mihi ocium non fuit: satis erit de studiis tuis: de molestia atq; humanitate: qua ratione illis uta ris consilium meum tibi aperire. Quod apud te hoc tempore dignitatis meæ ratiõem habeam: id me necessario facere non procul a te aberit: si anteactam uitam meam semper longe ab ambitione remi niſci uolueris. sed non satis æquo animo possum ferre insolentiam quorũdam hominum: qui nemi nem in ciuitate possunt ferre nisi animo summisso & ignauo sit: ego dolorem meum non possum dis simulare: q̃ bene agendo nullam gratiam possum promereri. Nosti q̃ durũ sit hõi non ignobili & qui sit animo ingenuo supplicare alteri. uix quidem iduci potui ut has ad te litteras darem qui mihi sum me familiaris es. sed tua fides ac beniuolentia omnem contentionem discussit. Tu pro nostra amici cia etiam atq; etiam uidebis: siquid erit in quo apud nostros amicos iuuare me possis. Illud enim ego præ nimia uerecũdia facere prohibeor. Nisi de tuo in me aĩo satis persuasum haberem: dubitarem ne tibi molestus fuissem: cum his diebus causam Lucretii apud quæstorem nostrum contra necessariũ tuum defendissem: sed cum superioribus temporibus nihil a me gestum in amicicia nostra cognosce res: quod a ueteri existimatione tua alienum esset: putaui etiam in hoc facto meo te nõ permutatum fuisse iudicium tuum. Nisi scirem de qua re & apud quem agerem: nõ auderem certe: præsertim hoc tempore quicquã ad te scribere. Scis enim q̃ uariæ sint hominum suspitiones: & q̃ promptissimæ lin guæ ad maledicendum. sed cum summa causæ meæ sit æquitas: & tu ille sis qui nihil possis nisi æquũ facere: bono animo cãm meã tibi cõmẽdabo. Quid egerim nemo nouit melius q̃ egoipse: nec é alius qui si male fixi pro me dependat. Semper huiusmodi cantilenas ad me scribis. nõ uacas studio noctu per adulteria pergis. confringis hostia. hunc pulsas. illi contumelioſus es: & multa huiusmodi: quæ ne patientissimus quidem posset æquo animo ferre. nescio quare mihi totiens iraſceris maxime cum ha rum rerum nisi quantum ætas & consuetudo iuuenum affert: mihi non sim conscius nihil facio præ ter morem aliorum. Cunq; plures sint quibus uita mea non satis est perspecta facile euenit: ut homi nes ad male credendum paratiores sint: q̃ prudẽtes ad iudicandum. Quare ne opinionem quam sem per apud ciues optaui: aliqua mea negligentia aut tarditate ammitam: uide ut si quãdo huiusmodi ser mones de me confingi ac disceptari audiueris: famæ ac rationis meæ rationem habeas. nec minori stu dio me defendas: q̃ semper ad omnẽ humanitatem atq; modestiã me adhortatus fuisti. Quantũ uero studio meo ac diligentia fieri poterit: famæ tuæ rationem habeo & te excusabo apud omnes: siquid ĩ digne de te referri audiam. Tu aũt dabis operã: ne cum ego officium tuum laudauero ipse aliqua in re bonam æstimationẽ hominũ diminuas. Si uero aliud de te audire me continget: non certe dissimulã ter id ferã: sed faciã ut qui ad maledicẽdum de alio parati uenerũt ipsi multo de se peius audiant quic quid aũt illi cõtra te moliantur: nihil é quod te magnope turbare debeat. Validior enĩ est opinio quã boni homĩes de te fecerũt: q̃ ut possit ab huiusmodi hominibus uiolari. Quid cæteri de me tibi refe rant ipsi uideãt. ego cõscientia mea utar. tu uero qui sapis & similẽ aliquãdo procellã expertus fuisti: p tua sapientia uidebis quid huiusmodi hominibus credẽdũ sit. Siquid aũt erit quod suspitionẽ aliquã de me tibi afferat: scribe: & ego me ut spero ab omni suspitione eximã. Disperea nisi rẽp. semper pluris feci: q̃ aut meipsum: aut meos liberos: ꝓpterea nõ possũ nõ iniquo aĩo ferre maledicta eorũ nõ posse effugere qui nihil aliud studeant: q̃ quomodo in eã possim ĩfamari. Si tibi nõ satis perspectus é animus q̃ te mihi inimicũ reddeꝛ uoluit: nũc primũ ex me cognoſces: ut atrõci iniq̃tate hõis illius cognita: me lius possis indicare quãta sit ei fides habẽda. Nõ præsumeré de hac re scribere quam ego tibi minime placere scio: si a bono uiro hoc tibi relatum esset: sed cum ab homine inuido ac pessimo id perspectũ
A sit: ita eius exponam uitam: ut nihil minus uerum esse intelligas. Hæc ex Gasparino Pergamẽsi. Solẽt qui errati ueniã petunt causam aliquã sui erroris probabilem allegare. Ego aũt siquã haberem: pridie illam ad te perscripsissem: sed nullã certe habeo quã afferre possim: nondum probabilem: sed ne tole rabilem quidem: quare ad deprecationem me confugere necessitas cogit. Scire tamen abs te uellem: si facultatem illã tuam & humanitatẽ pristinã obseruas: an posteaq̃ te nõ uidi durior factus sis ut exíde cõsilium capiam. nam si mitis es: audebo. si inexorabilis: me contrahã. Malo enim perpetuo silẽtio uti:
B q̃ aliquid petere quod a te ipetraturus non sim. Leo. Aretinus. Noui enim te hominem prudẽtissimũ e quadam quasi specula cuncta prospicere. neq; solũ qui cursus rerũ: sed etiã q̃ exitus futurus sit. Qua propter ne diutius auribus tuis perstrepam: iam meæ finem imponã epistolæ: in qua siquid superfluum legeris: id ex nimia quadã amoris abundantia dictũ puto. Non secus enim hæc ad te exaraui: q̃ si tecum coram sermonem habuissem. Itaq; hoc abs te exoratum uelim honoráde præceptor: ut si quic quam fortasse liberius q̃ decebat dixisse uidebor: pro humanitate atq; clæmentia tua mihi ignoscas: atq; id ipsum ut par est: bonam in partem accipias. Reliquum uero sit: ut qui cuncta moderatẽ & regit deuote atq; suppliciter rogem & deprecer: ut uotis tuis fauere ac quodcunq; acturus sis: id tibi ex sen

tentia ſecundare dignetur. Gabriel Teglatius. Compluribus iam diebus elapſis: longiuſculam abs te ſuſcepi epiſtolā: & caritate & dicendi ſuauitate ornatiſſimam: cui ſi tardius fortaſſe q̄ decebat reſpondero: non mihi ſuccenſeas uelim hoc enim tempore nonnullis occupationibus & his quidem honeſtiſſimis ita deſtrictus. itaq; impeditus fui ut non ſine paruo meo incommodo potuiſſem ad te quicquam antea perſcribere: quanq̄ uero te diuturna mea⁊ expectatione fruſtratus fuerim: nō tamen moleſte tibi ferendum eſt: ex eo q; neceſſitas ipſa facere compulit. Longiori fortaſſe oratione ad me purgādum opus eſſet: ſi apud iniquum aliquē iudicē cauſam meam agerem. Ve⁊ enim cū te nactus ſim: de cuius æquitate: clæmentia: humanitate: & præcipuo in me amore plurimū mihi perſuadeo: nihil profecto dubitem quin ullum mihi negocium fuerit abs te ueniā impetrari præſertim quando cauſa mea: uel quocunq; alio iudice iuſta atq; legitima iudicaretur. Idem. Litteras a te proxime accepi: quibus ut una conueniamus hortaris: gratia beniuolētiæ ĩter nos redintegrandæ. Id ego laudo & iuxta te cum concupiſco. Sum profecto qui cuicunq; & tibi maxime gratificari uelim: neq; id ipſum quod in præſentia efflagitas: per me ſtetit antehac quo minus fieret ut gnoſti: nec ſane ſtabit Antonius Panor. Antonius Panor. S. D. P. Antonio Cremonenſi uiro celeberrimo. Si uales gaudeo. ego te quidem uale re opto. Ad celebritatem diuæ Iuliæ non ſpectaculorum gratia: ſed Scipione reliquoſq; beniuolentes ſalutandi uiſendiq; Mediolanum me conferam quod proinde tibi cognitum fieri ſtudui: ut omnino ne abeſſes: curares. alioquin iniucunda ac triſtitia erunt omnia mihi ſine te: ut ſi non uenias: mihi lilia nigra uidentur: nec ſapient fontes: & acceſſent uina bibenti. At ſi tu uenias: mihi candida lilia fient: & ſapient fontes: & dulcia uina bibentur. Poſſent tamen uno caſu euenire quo minus accederem: quem ex tabellario amiciſſimo meo ĩtelligas uolo uiuo ſermone. Vale mea uoluptas. Cætera agemus corā. Ex Papia q̄rapti. Idem. Si commode fieri abs te poteſt: huc hodie uenias peto. Sum enim tecum quædam commentaturus. Quare uelim ne differas neq; commitas ut te potius excuſandum contationis: q̄ laudandum properationis oſtēdas. Vale Mediolāi Natali Chriſtiano. Frācīſcus Philelphus. Nō poſſum officium tuum non accuſare: q; tam diu ſilentium egeris. nec enim mei oblitus eē debes: quē mirifice diligere conſueſti. nec etiā pythagoreus factus es tam repente: qui elocutionis ſtudio maxīe omnium inſeruire didiceris. nec te ſuperbum factum eē puto: qui humanitate & manſuetudīe nemini cedas. Itaque niſi te iure excuſandum malis: facito ad me uenias: aut propediem ĩtelligam quid in cauſa fuerit: ut tāto ſilentio te dederis. Idem. At ſi tibi cordi eſt hos penitus merores aboleam: te oratum uelim tuum ad me pedem ex templo tranſferas: hic aliquot dies mecum uictitaturus: ut tua prudentia: autoritate: ac lepidiſſima demum conſuetudine mœroris reliquum poſſim eliminare. Baldaſar Raſinus. Quom Sempronius familiaris tuus a te proficiſceretur: mihi impare nequiui: quin ad te denuo conſcripſerim. Te ſcire uelim ut tuū ſummo gaudeo animum expleā: uniuerſum hunc populū tui uidendi q̄auidiſſimū eſſe: & in primis tui ſocia thalami & liberi: quin hac calamitoſa tempeſtate lachrimis uſque redundarunt. tuum flagrantiſſime aduentū præſtolanť: quē tuæ familiæ tuiſque oĩbus rationibus apprīme cōducturū nec mediocriter cōfido. Tuæ igiť agros in patrios reditionis: me uelim q̄primum poteris: facias certioré. quādo id animū induxerim meū: tibi cū lectiſſimo tuo⁊ contribuliū comitatu obuiā peruenire. Idem. Hæc de his: nunc alia ex ordine exaremus.

Circa uirtutes: honores: & ſcientias. Et ubi quem ex eis collaudamus: aut ad prædicta inuitamus. M. T. C. clauſulæ incipiunt.

> Ihi quidem humanitas tua uel ſumma potius ſapientia: non iniucunda ſolum: ſed admirabilis uiſa eſt. libro primo. Epiſtola ſexta. Te uero emoneo: cum beneficiis noſtris tum amore incitatus meo: ut omnem gloriam ad quam a pueritia inflammatus fuiſti: omni cura atque induſtria conſequare: magnitudinēq; animi tui: quā ego ſemper ſum admiratus: ſemq; que amaui: ne unq̄ inflectas cuiuſq̄ iniuria. Magna eſt hominum opinio de te: magna cōmēdatio liberalitatis: magna memoria cōſulatus tui. Eadem. Vt hæc multo ante meditere huc te pares: hæc cogites: ad hæc te exerceas: ſentiaſq; id quod ſemp ſperaſti: nō dubito quin adeptus intelligas te facillime poſſe obtinere ſummū atq; altiſſimum gradū ciuitatis. Quæ quidem mea cohortatio: ne tibi inanis aut ſine cauſa ſuſpecta uideret: illa me rō mouet: ut te ex noſtris euentis cōmunibus admonendū putarē: ut conſiderares in omni reliqua uita quibus crederes: quos caueres. Eadē. Lentulum nr̄m eximia ſpe ſummæ uirtutis adoleſcentē: cū cæteris artibus q̄bus ſtuduiſti ſemper ipſe: tum ī primis imitatione tui fac erudias. Nulla. n. erit hac præſtantior diſciplina: quē nos & quia tuus: & quia te dignus eſt filius: & quia nos diligit: & ſemperq; dilexit in primis amamus carūq; habemus. Eadē. Noui enim tēperantiā & moderationē naturæ tuæ. noui animū tuū mihi amiciſſimū tū nulla in cæteros maliuolentia ſuffuſum: cōtraq; cū magnū & excelſum: tū etiam apertum & ſimplicem. Epiſtola. ix. Ego te abfuiſſe tamdiu a nobis & dolui q; carui fructu iucundiſſimæ conſuetudinis: & lætor q; abſens omnia cum maxima dignitate es conſecutus: q; q; in oĩbus rebus tuis meis optatis fortuna reſpondit. Breue é qđ me tibi p̄cipere meus incredibilis in te amor cogit. Tanta eſt enim expectatio uel animi uel īgenii tui: ut ego obſecrare obteſtariq; non dubitē. ſic ad nos cōfirmatus reuertare: ut quā expectationē tui cōciaſti: hanc ſuſtinere ac tueri poſſis. libro. v. Epiſtola. i. Teq; ad ſtudia ſūmæ laudis cohortabor. Eſt. n. tibi grauis aduerſaria cōſtituta & parata incredibilis quædā expectatio: quā tu una re facillime uinces ſi hoc ſtatueris quā⁊ laudū gloriā adamaris: quibus artibus hæ laudes cōparātur: ī his eſſe laborādū.

In hanc ſententiam ſcriberem plura: niſi te tua ſponte ſatis incitatum eſſe confiderẽ: & hoc quicquid attigi nõ feci inflãmandi tui cauſa: ſed teſtificandi amoris mei. Epiſtola. iiii. Vnum illud neſcio: gratulor ne tibi an timeã: q̃ admirabilis eſt expectatio reditus tui: nõ quo uerear ne tua uirtus opinioni hominum non reſpondeat: ſed mehercule ne cũ ueneris: non habeas iam quod cures: ita ſunt omnia debilitata iã prope & extincta. Epiſtola. v. Quid eſt cauſæ cur mihi in optatis non ſit cõplecti hominem florentẽ ætate: opibus: honoribus: ingenio: liberis: propinquis: affinibus: amicis: collegã meũ præſertĩ: & in ipſa collegii laude & ſcientia ſtudioſum mei? Epiſtola. xiii. Officium meum erga Rhodonem cæteraq̃ mea ſtudia: quæ tibi ac tuis præſtiti: tibi homini gratiſſimo grata eſſe uæhementer gaudeo: mihiq̃ ſcito indies maiori curæ eſſe dignitatem tuã: quæ quidẽ a teipſo integritate: & clæmentia tua ſic amplificata eſt: ut nihil addi poſſe uideaĩ. habes enĩ neminẽ honoris gradu ſuperioré. Epiſtola. xviii. Cilix libertus tuus antea mihi minus notus fuit: ſed ut mihi reddidit a te litteras plenas & amoris & officii: mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitaté litterarũ tuarũ. Iucunda mihi eius oratio fuit: cũ de animo tuo: de ſermonibus tuis quos de me haberes quottidie mihi narraret. Quid quæris? biduo mihi factus eſt familiaris. Epiſtola. i. Hæc mihi ampliora multo ſunt: q̃ illaipſa ꝓpter quæ hæc laboraĩ. Inſigna enim uirtutis multi etiã ſine uirtute aſſecuti ſunt. Talium uirorũ tanta ſtudia aſſequi ſola uirtus põt. Epiſtola ultima. Seruus tuus uel potius noſter ſumma me obſeruãtia colit: cuius ego cum omni probitate ſummaq̃ uirtute: tum ſtudiis doctrinaq̃ delector. Is mecũ ſæpe de tua manſione aut diſceſſione cõmunicat. libro. iiii. Ac non uereor ne aſſentaciũcula quadã aucupari tuã gratiã uidear: cũ hoc demoſtrẽ me a te potiſſimũ ornari celebrariq̃ uelle. Neq̃ enĩ tu is es qui ſis neſcius: & qui non eos magis qui te non admirentur inuidos q̃ eos qui te laudẽt aſſentatores arbitrere. Neq̃ autẽ ita ſum demens ut ſempiternæ gloriæ per eũ cõmendari uelim: qui non ipſe quoq̃ in me cõmendando propriã ingenii gloriã conſequaĩ. libro. v. Epiſtola. xii. Placet enĩ Hector ille mihi Neuianus: qui non tantũ ſe laudari lætaĩ. ſed etiam addit laudato uiro. Eadẽ. Cũ enim te ſemper magnum hominẽ dũxerim: q̃ his tẽpeſtatibus es prope ſolus in portu: fructuſq̃ doctrinæ percipis eos qui maximi ſunt: ut ea cõſideres eaq̃ tractes: quorum & uſus & delectatio ſunt oĩbus iſtorũ & actis uoluntatibus anteponendi. Equidem hos tuos Tuſculanenſes dies inſtar eſſe uitæ puto: libẽterq̃ oĩbus omnes opes conceſſerim: ut mihi liceat ui nulla interpellante iſto mõ uiuere: quod nos quoq̃ imitamur ut poſſumus: & in noſtris ſtudiis libentiſſime conquieſcimus. libro. xiiii. Epiſtola. vi. Nihil enĩ (mihi crede) uirtute formoſius: nihil pulchrius: nihil amabilius. Epiſtola. xiiii. Itaq̃ te cũ uideo omnis mihi graccos: oĩs lucilios: uere ut dicã Craſſos quoq̃ & Delios uidere uideor. Moriar ſi præter te quenq̃ reliquum habeo in quo poſſim imaginẽ antiquæ & uernaculæ feſtiuitatis agnoſcere. Epiſtola. xv. Omnia ſumma cõſecutus es uirtute duce comite fortuna: eaq̃ es adeptus adoleſcens multis inuidẽtibus: quos ingenio induſtriaq̃ fregiſti. Nunc me amantiſſimũ tui. nemini cõcedentẽ: qui tibi uetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eẽ ſi audies: omnẽ tibi reliquæ uitæ dignitatem ex optimo reip. ſtatu acquires. libro. x. Epiſtola. iii. Cõſul es deſignatus optima ætate: ſumma eloquẽtia: maxima orbitate reip. uirorum taliũ. Incumbe per deos immortales in eam curã & cogitationẽ quæ tibi ſummã dignitatẽ & gloriã afferat. Vnus aũt eſt hoc præſertim tẽpore per tot annos rep. deiecta: reip. bene gerẽdæ curſus ad gloriã. Eadẽ. Non me præteribat in tanta ſollicitudĩe hominũ & ꝓturbato ſtatu ciuitatis fructuoſiſſimã eſſe profeſſionem bonæ uoluntatis: magnoſq̃ honores ex ea re complures cõſecutos uidebã. Epiſtola. viii. Ipſa fama quæ de tua uoluntate percrebuit: magnã es laudem conſecutus. Epiſtola. v. Is enim deniq̃ honos uideri ſolet: qui non propter ſpem futuri beneficii: ſed propter magna merita claris uiris deferĩ & daĩ. Quare ſit modo aliqua reſp. in qua honos elucere poſſit oĩbus (mihi crede) ampliſſimis honoribus abundabis. Is autẽ qui uere appellari põt honos nõ inuitamentũ ad tẽpus: ſed petuæ uirtutis eſt præmiũ. Quãobrem mi Plance ĩcumbe toto pectore ad laudẽ: ſubueni patriæ: opitulare collegæ: omniũ gentiũ conſenſum & incredibilẽ conſpirationẽ adiuua: me tuoq̃ conſiliorum adiutorẽ: dignitatis fautorem oĩbus ĩ rebus tibi fideliſſimũ amiciſſimũq̃ cognoſces. Eadẽ. Vt primũ poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ: nihil prætermiſi in te ornando: quod poſitũ eſſet: aut in præmio uirtutis: aut in honore uerborũ. Epiſtola. xiii. In te & collega tuo omnis ſpes eſt diis approbantibus. concordia ueſtra quæ ſenatui declarata eſt litteris ueſtris: mirifice & ſenatus & cuncta ciuitas delectata eſt. Epiſtola. xxii. Sic tibi perſuade tantã eſſe apud oĩs bonos tui caritatem: ut nullũ genus ampliſſimæ dignitatis excogitari poſſit: quod tibi nõ paratũ ſit. Eadẽ. Nolo enĩ te ignorare quãtã laudẽ conſecutus ſis: mihi crede proximã Plãco: idq̃ Planci ipſius teſtimonio: præterea fama ſentẽtiaq̃ omnium. Epiſtola. xxv. Omnes enim tuos ad laudem impetus noui. Quod ſi ut ſcribis ita ſentis: non magis te q̃ de te iudicium repræhendo meũ: te adipiſcendi magiſtratus leuiſſimi & diuulgatiſſimi ſi ita adipiſcare: ut pleriq̃ præproperea feſtinatio abducet a tantis laudibus: quibus te omnes in cælũ iure & uere ferunt. Epiſtola. xvi. Brutus quidem noſter egregiam laudẽ eſt cõſecutus. libro. xii. Epiſtola. v. Hirtius nihil niſi conſiderate ut mihi crebris litteris ſignificabat acturus uidebatur. Eadẽ. Nunc aũt opto ut ab iſtis oriẽtis partibus uirtutis tuæ lumen eluceat. Eadem. Tu uelim ſic exiſtimes tibiq̃ perſuadeas eſſe perfugium in te & Bruto eſſe poſitum: ſi (quod nolim) aduerſi quid euenerit. Res cũ hæc ſcribebam erat in extremum adducta diſcrimen. Epiſtola. vi. Te quidẽ magnum hominẽ & præſenti iudicio & reliqui temporis expectatione ſcito eſſe: hoc tibi propoſito fac ut ad ſũma contendas. Nihil

eſt tantum quod non po.Ro.a te perfici atq; obtineri poſſe iudicet.Epiſtola.viii. Tua uirtute magnitudine animi nihil eſt nobilius.Itaq; optamus ut q̃primũ te in italia uideamus:nos remp.habere arbitramur:ſi uos habebimus.Epiſtola.x.Eandẽ rem tibi uolo bene & fæliciter euenire:quod ita fore cõfido fretus & induſtria & prudentia tua.Epiſtola.xix.Et litteris multoꝝ & ſermone omnium perfertur ad me incredibilem tuã uirtutem id eſt fortitudinem eẽ : teque nec animi nec corporis laboribus defatigari.Me miſerum te iſta uirtute:fide:probitate:humanitate in tãtas ærumnas propter me icidiſſe.libro xiiii.Epiſtola.i.Quẽ ego diem ſi uidero & ſi in ueſtrum complexum uenero:acſi & uos & me ipſum recuperauero: ſatis magnum mihi fructũ uidebor percepiſſe & ueſtræ pietatis & meæ. Piſonis humanitas: uirtus:amor in omnis uos tantus eſt ut nihil ſupra poſſit. Vtinam ea res ei uoluptati ſit: gloriæ quidem uideo fore.Eadem.Tu enim es is qui me ſententiis tuis ſæpiſſime ornaſti:qui oratiõe: qui prædicatione:qui ſummis laudibus in ſenatu in contionibus ad cælum extuliſti: cuius ego ſemp tanta uerboꝝ pondera eſſe putaui:ut uno uerbo tuo cum mea laude coniuncto:oĩa me aſſequi arbitrarer.libro.xv.Epiſtola.iiii. A me autẽ hæc ſunt perfecta:quæ ego in beneficii loco non pono: ſed in ueri teſtimonii atque iudicii ut præſtantiſſimas tuas uirtutes non tacitus admirarer(quis enim in te id non facit)ſed in omnibus orationibus ſententiis dicendis: cauſis agendis: omnibus ſcriptis græcis: latinis :omniq; uarietate litterarum mearum te non modo iis quos uidiſſemus: ſed hiis de quibus audiſſemus omnibus anteferrẽ.Eadem.Quantæ tibi curæ meus honor fuerit:& q̃ idem extiteris cõſul in me ornando & amplificando qui fueras ſemper cum præſentibus tuis & cũ tota domo:& ſi res ipſa loquebaꝫ:cognoui tamen ex meorum omniũ litteris.Itaq; nihil eſt tantum quod ego nõ tua cauſa debeam facturuſq; ſim tum ſtudioſe ac libenter.Epiſtola.xi.Ego aũt ſemper ornamẽto te mihi fore duxi.Fuiſti etiam præſidio triſtiſſimis meis tẽporibus. Acceſſit poſt tuũ diſceſſum familiaritas mihi cũ Bruto tuo maxima:itaq; in ueſtro ingenio & induſtria mihi plurimũ & ſuauitatis & dignitatis cõſtitutum puto.Id tu ut tuo ſtudio confirmes te uæhementer rogo litteraſq; ad me & continuo mittas:& cũ Romam ueneris q̃ſæpiſſime.Epiſtola.xiiii.Gratos tibi optatoſq; eſſe qui de me rumores efferunt: non dubito mi dulciſſime Tyro:præſtaboq; & enitar:ut indies magis magiſq; hæc naſcens de me duplicetur opinio.quare quod polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ firmo id præconſtãtiq; animo facias licet.libro.xvi.Epiſtola.xxi.Hæc ex Tullio.Sequuntur ex Gaſparino.

Ad Idem.

C Vpis ex me ſcire quid ad bene uiuendum propius accedat.nam id te ignorare ad me ſcribis:quam potiſſimum uiam ingrediaris.Ego uero ita a ueteribus accepi:nihil diuina relligione melius:aut quod magis libertati:quam omnes in hac uita uolumus conueniat. Gaſparinus.Cum ad te litteras meas dare conſtituiſſem:nulla res comparebat in mediũ: quæ tuis uel moribus uel ſtudiis uideretur mihi dignior: ac tibi futura gratior: q̃ ſi ea quæ de cultu diuino accepiſſem ab hominibus ſapientiſſimis:tibi in primis nota facerem.Noli quæſo defatigari in medio curſu nobiliſſimarum artiũ quas dudũ ingreſſus es:certe ſi aliqua res ullo tẽpore fuit:quæ cumulatiſſime potuerit homini fælicitatẽ largiri:ea in primis mihi uiſa eſt:quæ optimarum artiũ præſidio fulta eſt. Eſt enim philoſophia res prorſus digna & admiratione & laude noſtra:in qua nõ ſolum rerum humanarum:ſed etiam diuini cultus ratio mihi uidetur eſſe repoſita. Nam & altiſſimarum rerũ cauſas aperit:& bene atq; caſte cum hominibus uerſari inſtruit.Cõſtitui ergo ſiue in rep. aliquid a me agẽdum erit:ſiue cum amicis negociandũ & cõſilium & auxiliũ ab ea petere:nihil tamen eſt quod magis in illa me delectat:q̃ ꝙ docet ea cõtemnere quæ pleriq; admirãtur & animũ ab omni moleſtia atq; anxietate liberat. Quid enim ſapiẽtius de altiſſimis rebus dici aũt excogitari poteſt quã ea quæ cũ a Platone tũ ab his qui deinceps illũ ſecuti ſunt: & ſæpe diſputata & nõnunq̃ prudentiſſime ab eis cõſcripta fuerunt.Nunq̃ ad te alias de maioribus quã nunc rebus ſcripſi. Tantæ enim ſunt:ut nõ modo te ad legendum inuitare debeant:ſed etiã ualde excitare.Satis ſpectata eſt integritas tua:nec ullo tẽpore putaui de tua uita dubitandũ.Siquid aũt de te mihi narratũ fuit:quod ad famam tuã pertineret:non tamen mutaui iudicium meũ.Amo enim te & forte magis quã credis: nõ quod magna familiaritas iter nos fuerit:ſed quia nunq̃ de te aliter quã de optimo ciue iudicaui.Illud aũt ſcribã:neminẽ tanta modeſtia eſſe:aut tam frugi cuius uita nõ inuideretur:& maxime ab his quibus ipſis nulla in parte uirtutes eſſent.Quid de te ſentiant omnes & amici & ciues tui ſignificari a me tibi deſideras . Omniũ una eſt ſententia:neminẽ ex ſociis æqualibus tuis maiori eſſe ĩgenio:ſed ſe maxime uereri:ne illo ſatis modeſte utaris.Quod humaniſſime prædones tecũ egerint:nõ tam fortunæ attribuendũ eſt:quã moribus tuis.Es enim omniũ hominũ lepidiſſimus:aliquid ſcio profuerunt tibi tuæ facetiæ:& in omni ſermone tua ſuauitas.Maximã omniũ laudẽ hodierno die conſecutus eſt exercitus noſter:qui fortiſſima pugna eo uſq; in acie contra hoſtes ſtetit:ut pertinaciter pro defenſione patriæ moriendo clariſſimã inde uictoriã rettulerit.Maximũ læticiæ fructum capio quotiens aliquid a te aut cogitatum aut prudẽter factum audio.Perge itaq; ut cæpiſti:& ſi laude bonoꝝ hominum gloriaris nõ defatigeris in eo genere uirtutis:in quo magno reip.& amicis potes eſſe præſidio.Tantum autem poteris:quantum cæteris labore:ĩduſtria:& ſollicitudine præſtas.Perge ut inſtituiſti Galle mi ſuauiſſime.Incredibile enim ẽ quantum homines illam tuam ſingularem modeſtiam ac manſuetudinẽ animi tui laudant.Hominẽs tibi es animo bene uolunt:q̃ ꝙ nõ te præbes cuiquam difficilem: q̃ ꝙ nemo te neque perturbatũ animo:

neque in humanum aut male respondentem uidit. Bene de te homines opinãtur: & quod ego in pria parte laudis arbitror non tantum uulgares atque indocti: sed prudentissimi atq; sapientissimi recte de te sentiunt. Vide ne aliqua negligẽtia sinas hanc talem & tantã æstimationẽ corrumpi. Quotiens de officio meo scribo: ré maxime icõgruam rebus meis facio: sed quia multa sunt tempora quibus id etiã a sapiente est necessario faciendum: puto uos facile daturos mihi ueniã: si rationẽ meæ dignitatis habuero: & maxime aduersus eos qui nulla modestia aut humanitate possunt a me uinci: quí læpe ali quam fabellam de me in populo spargant. Spero uos omnem uitã meam pro singulari prudentia ue- stra recognituros. Qua pietate semper patrem meum excoluerim: nemo potest melius q̃ tu iudicare. Nam cũ in morbo & senectute & sibi grauis & aliis molestus esse cæpisset: scis quo eũ animo pertule rim. Semper enim putaui omnes labores atq; molestias nõ solum fortiter pro illo: sed etiã suauiter fe rendum. Quod siquid in ea re ꝑturbationis accepi: totũ id sua magis cã: q̃ mea cõtractũ erat. Matrem meã iam ultimæ senectutis omni officio ac pietate prosequor: quod melius e sorore tua fæmina pru- dentissima q̃ ex me cognosces. Illud uero tacebo: me nunq̃ illã in maiori honore habuisse q̃ hoc ipso tempore quo fere ab omnibus derelinquitur: propter multa quæ illa ætas habet fastidienda. quare si quis aliter de me tibi dixit: caue ne cuiquã assentiaris. Quo aĩo in parẽtẽs meos fuerim uel hoc uno ĩ- tellexi: q; nunq̃ magis eo⁹ præsentiã desideraui: q̃ postq̃ rebus humanis excesserunt. Quotiens enim memoriã eo⁹ repeto: nunq̃ postea uisus sum unam diẽ in læticia egisse: cũ & cõspectu & consiliis eo rum priuatus sim. Nec facile dicã utrũ fælicior sim: q; tales parẽtes habuerim: an miserior q; nũc tot simul ornamenta atq; adiumenta uitæ morte ipso⁹ amiserim. Nullũ unq̃ tãtũ uel periculũ uel labo rem putaui: quod pro incommodis amicorũ fugiẽdum arbitrarer. neq; ulla alia res est tanta, uirtute excepta: quã amiciciæ præferendã iudicem. Idem etiã te sentire puto. facio enim de meipso coniectu ram. Quod omnes necessarios meos ex aĩo colam: facile ĩtelliges si mea studia in illos cogitabis. Cari enim sunt unicuiq; sui: sed neminẽ eorum quos noui puto uiuere: qui suos maiori beniuolentia pro- sequatur q̃ ego meos. Etsi de meo in tuos necessarios animo satis tibi perspectum credam: non tamẽ possum facere quí aliquid de meo officio ad te scribam. Gaudeo enim omnia tibi communia facere: quæ a me summa cũ uoluntate gesta fuerũt. Cũ te ualde semper amauerim: nunq̃ tamen magis opta ui q̃ hocipso tempore officiosus in re tua uideri. Ita quidem rõ tuo⁹ negocio⁹ postulat. Nã nisi pedi bus & manibus elaborassem: ut meliori loco res tua esset: certe de tuis fortunis actũ erat. nunq̃ de te solicitus esse destiti: donec omnia tua in tuto locaui. Solicitudinẽ tuam ac studium quo in mea causa usus fuisti & laudo & admiror. Sed lõge magis is ipse animus quo in me uteris delectat me. Nihil enĩ uideo quod ad hanc tuam in me beniuolentiam addi possit. Vtinam possem quantas tibi habeo gra- tias aliquando re ipsa referre. Sed hoc tibi persuadeas uelim: memoriam in me tuorum beneficiorum futuram sempiternam nimis in me officiosus es: nimis grato animo: cũ plura meis ĩ te beneficiis attri buis: q̃ iure mihi attribuenda cognoscam. Nullum ergo tempus noui: in quo aut nõ maiorem gratiã attuleris q̃ prius a me acceperis: aut non aliquo tuo uel insigni facto: uel egregio dicto meipsum ante cesseris. Sed hoc est tua humanitas ac summa in omnibus rebus modestia beneficia quæ ab aliis acce- peris magnificare: tua autem aut nulla aut perexigua putare. Pater tuus homo tũ suorum ciuium no- bilissimus: tum in æstimandis rerum causis prudentissimus: semper a nostris hominibus iudicatus é. Is cũ aliquãdo grauissimas iniurias accepisset: nunq̃ tamen statuit odium suum deriuare ĩ amicos eo- rum. aut filios a quibus ipse diffidebat: nisi aliquo manifesto consensu aut iudicio conuictos habe- ret: quare nisi uis & a uirtute tua & a laude recedere: fac ut omnem ueteris odii ac discordiæ memori am deponas in filiis adhuc infantibus. Cum septiformi lampade pulcherrimarum artium inter cæte- ros mortales refulgeas: omnes te unum uelut solem uariis laudum floribus exornant: & linguarum
A præconia toto in orbe terrarum diuinis cantibus celebrant. Hæc ex Gasparino Pergamensi. Quid di cam de iusticia quæ in te plurimũ lucet: quid de pietate ac religione: quid de fidei constantia: quid de rerum omnium moderatione: quid de litterarum studiis: quibus in medio maximi belli feruore dare operam nunq̃ destitisti. Maxima profecto sunt hæc & eximia regis ornamẽta. Itaq; & illa quæ iãdudũ a te possidentur hæreditaria regna sub tantis uirtutibus tuis tranquille beateq; degunt Leone. Areti- nus. Aliud est natura: aliud disciplina: ut in rhetorica & musica licet intueri. Qui.n. musicæ sciẽtiã te net: longe melius de illa iudicabit & sentiet q̃ is qui uel ingenio proprio: uel ad alterius imitationem uocem formabit. Idem quoque & in arte rhetorica. & si enim magnis prædiți ingeniis. quidã copiam dicendi sine arte assecuti sunt ars tamen dux certior est q̃ natura. aliud est enim arbitratu suo uerbo facere: aliud ea quæ dicas ratione & arte distinguere. Idem. Peritia litterarum & sciẽtia rerum. hæc.n. duo sese inuicem iuuant: mutuoq; deseruiunt. Nam litteræ & sine rerũ scientia steriles sunt & inanes: & scientia rerum quãuis ingẽs. si splendore careat litterar⁹: abdita quædam & obscura uidetur. Quid enim prodest multa pulchre scire: si neq; loqui de his cum dignitate: neq; mandare litteris nisi ridicu le possis? atq; ita cõiugata quodãmodo sunt peritia litterarũ & scientia re⁹: hæc duo simul cõiuncta ueteres illos quo⁹ memoria uenerãtur ad celebritatẽ nominis gloriãq; ꝓpexere. Idem. Animũ uince re: iracundiã cohibere. sibi impare: uictoriam temperare uictis: indulgere suplicãtibus: qui hoc fecerit: non est summis uiris equandus: sed deo simillimus iudicandus. Ne ergo credas iracundiæ quæ est ini mica consilio: ne credas uictoriæ quæ natura est insolens & superba: sed uince te ipsum qui cæ-

teros gloria uincis & uirtute. Idē. Vt. n. affectus sunt humani qui nos flectunt & ducūt ita uirtutes ad uersus hos expositæ resistunt. Ex quo fit ut morales quidē uirtutes oēs circa difficile arduumq; uersentur. Difficile est libidines quasi freno cōpescere. difficile iracundiam tenere. difficile auariciā coercere. Ad quæ. n. proni natura sumus: aduersus illa uirtutes exponūtur. Nil agas tumide dicit uirtus. nil ī temperanter: nil auare: nil iracunde. nil inique: nil abiecte: grande potius quiddam tibi propositū sit. Et si absint facultates: magnificētia splendeas. honores uero ita prosequere: ut declines ambitionē: ueritas ut in sermone & in omni uita eluceat. Præterea caue ne te uirtutis specie decipiat uitiū. Inconsulta audatia fortitudo non est: sed temeritas potius & uesania: tāq; est in uitio qui non timenda formidat: q̄ qui timenda oīno non expaueſcit. Idē. Virtutis. n. laus oīs in actione consistit. Idē. Nullæ. n. tam bonæ artes sunt quæ abutentium uitio deprauari non possint. Idem. Dicet e regione quispiā an non tibi hi beati uidentur qui quicquid ad explendas uoluptates expleri pōt: faciliter assecuntur? quibus conuiuandi: cubandi: uagandi: lauandi: ludendi: uenādi: aucupandi ad oēm nitorē ac satietatē semp facultas: quibus quotquot uelint cōcubitus fœminarum: quotquot uelint arma: equi: canes: quibus tot sunt agri: tot serui: tot exculta palatia: tot munitæ arces & oppida: qui tantū possideant auri: gēmarū: uestiū: suplectilis: quibus annuant oēs: assurgant: inclinent: quos populi uenerētur: timeant: laudent: qui leges dicant: mandent: exterreant: proscribant: puniant: extollant amicos: uindicent inimicos. tu cident rebelles. nō est tam magna ut existimes beatitudo eoꝝ. Nam parit certe fastidia tāta bonorum cōtinuatio. tantaq; affluētia. Neq; sapit tantū. quæ nō aliquādo ītermittit uoluptas. Beatos tamē aliquos nō nego fuisse mortales. sed perraros tamē. Quos perraros? q̄ amore uirtutis & lr̄aꝝ contempserunt cætera mundi bona. q̄ se īnocuos. puros. integros. castos: incorruptosq; seruātes. extulerūt aīum altius ad gustādā diuinā excellentiā. humana quasi sordida & abiecta relinquētes. Nā uirtus p̄ se tā dulcis tāq; iucunda res ē. ut incredibiles amatoribus suis afferat uoluptates. tā nobilis & p̄stans eius ē possessio. ut summa quadā bonoꝝ ubertate ditet possessores suos. quā q̄ uere fuerit assecutus. nil p̄ter litteraꝝ studia dulce nihil p̄ter deū habet amabile. q̄ tā p̄dulcia sibi bona. stabilia p̄petua. īcorrupta p̄eligat custodiat cōplectat. Reliqua uero mūdi supremo tādē gustu. amara. īfirma. momētanea. corrupti bilia fuco mēdatiora. hallo īaniora. hilla ieiuniora. papis uolātibus leuiora. fugit cōtēnit. abiicit. cōculcat. cōtentusq; seipso. honestissimis suauissimisq; studiis suis. totū nihili mūdū ducit. ruētēq; ēt nō formidat: In his uero recreat. refocillat. lætā & iucūdā agit uitā. Ridet tantas hominū tamq; stultas. & ultro sibi quæsitas anxietates tot ineptias. tot cassos labores. tot inanes curas. Nemini nocet. nemini molestus ē: laudāt eū oēs. prædicant. admirantur. beniuolentia compectuntur. fauore & honoribus p̄sequuntur. q̄ uero hic beatus ē. q̄ cōsciētiæ suæ īnocētia & integritate fruit (quod primū est & dulcius oīum bonū) securusq; sui nullo timore angitur. nulla angustia torquetur nō timet largas. q̄bus caret quasq; nihili facit diuitias sibi a potentibus eripi. non timet a quoq̄ se lædi. qui nec quēq̄ se lesisse certo intelligit. Quam uere hic fælix est: qui a tot tantisq; semotus curis & periculis. tantaꝝ uacuus perturbationū sibi semp aliisq; iucūdis lætetur. Et oībus quotquot sunt mūdi honestis. & his ēt quæ cælitū cōmunes sunt uoluptatibus p̄fruant: qui humanioribus sanctioribusq; deditus studiis conēnat omnia quæ cōtēnēs recte cūcta possideat. Nā possidere is oīa uidet. nō qui omnibus abundet: sed cui nihili deficiat. Porro nihil illi deficit: qui nihil cōcupiscit. concupiscens aūt nihil cōtemnit omnia. contemnensq; ea id assequitur quod desiderat. desiderio uero sui frui. ea demū uera & sola beatitudo: bonorūq; oīum plenitudo ē. Hæc Baptista de sancto Petro iuris utriusq; doctor Bononiensis ī quadam epistola de aduersitatibus huius sæculi q̄religiose dixit. Cui quidē elegāti dicto applaudat id quod legitur apud Franciscum Petrarcham de miseria uitæ humanæ in hæc uerba. Quid de hac uita quam degimus uideatur interrogas: neq; immerito. Multæ. n. & uariæ de hac ipsa opiniones hominū sunt. meam breuibus accipe. Vita mihi uita hæc dura quædam arca laborum: palæstra discriminum. stella solatiorum. labyrinthus errorum. circulatorum ludus. desertū horribile. limosa palus: senticulosa regio. uallis hīspida. mons præruptus. caligantes speluncæ. habitatio ferarū. terra infelix. campus lampidosus. apricosum nemus. pratum herbidum plenum serpentibus. florens ortus ac sterilis. fons curaꝝ. fluuius lachrimarum. mare miseriarum. quies anxia. labor inefficax. conatus irritus. grata phrenesis. pondus infaustum. dulce uirus. degener metus. inconsulta securitas. uana spes. ficta fabula. falsa lætitia. uisus doloris. risus incōditus. fletus inutilis. inane suspiriū. confusus ordo. tumultosa confusio. trepidatio trubulenta. solitudo perpetua. insons inertia. inops copia. diues inopia. imbecillis potentia. tremulæ uires. ægra sanitas. iugis morbus. gemina ægritudo. Hæc Franciscus Petrarcha de miseria uitæ humanæ. Cum audissem iamdudum a plurimis: quibus cum est mihi frequens consuetudo: te esse uirū doctissimū atq; omni litteraꝝ genē præstāte: studiosissimū uero eaꝝ litteraꝝ quæ spectāt ad studia humanitatis: summa statim sum cōplexus beniuolētia. Accessit ad eā augēdā qđ q̄dā mihi rettulerunt: te cū uoluptate legere epistolas meas q̄uis p̄ui sint existimādæ. Quod aūt pluris facio q̄ reliqua oīa: quodq; ad amorē me ēt excitauit. multi affirmāt te ad uariaꝝ multipliciūq; reꝝ scīam adiūxisse ēt studia p̄bitatis ac uirtutis: neque minorem te laudem ex eius cultu. q̄ ex litteris reportasse. qua ī re permagnū adeptus es doctrinæ ac ingenii fructū. Et hi qui id suis studiis assequuntur: ut eis utantur tamq̄ instrumentis ad honestum & decorum: illud quod laudatur a philosophis capescendum: hi mihi uidentur egregium atque excellens præmiū ex suis uigiliis reportare. Quibus uero multarum re-

rum ſcientia attulit irritamenta aut fomenta uitiorũ. iã præſtaret illos rudes fuiſſe q̃ doctos: mutos potius q̃ eloquentes. Idcirco. n. bonæ artes repertæ fuerunt. ut illis inſtrueremur quid agẽdum eſſet: quidue omittendum: ut per eaꝝ exhortationes optimis moribus inſtruemur. Hæc eſt cã cur ſapiẽtes uelint poſtremã cui uacãdũ ſit debere: eſſe philoſophiã moralẽ tanq̃ pfectioris cuiuſdã uitæ præcepta & inſtitutiones continentem. Cum igitur ex litteris ſummam omnium rerũ doctrinã ſis conſecutus. uirtus aũt boni uiri tibi nomen indiderit. commotus ſum ad te toto ex animo diligendum. Scis. n. uir tutem tanti eſſe ut nos ad eoꝝ ẽt quos nunq̃ uidimus beniuolentiam compellat. Poggius floren. plu rimum delectatus ſum tuis ad me litteris mi Benedicte. & ſimul ſum admiratus ingenii tui acumen: qui cũ tantã operã impenderis iuri ciuili perdiſcendo: ut inter doctiſſimos eius artis uiros annumera ri poſſis. ita tamen eloquenter. ita ornate: ita facunde ad me ſcripſiſti: ut non minorẽ ex eloquentiæ fa cultate: q̃ ex legum doctrina laudem mea ſententia merearis. Idem. Nam omnis actio uitæ meæ inſti tuto reſpondet: grandes in me opes ingenteſque pecuniæ florentiſſimaꝝ Italiæ ciuitatũ & munificen tiſſimorum principum muneribus ſunt collatæ. At mihi quottidie eſt tantumdem. ac ſi nihil unquã collatũ fuerit: & cũ nihil ſit: nihil tamẽ deeſt. ita mecũ agit diuina quadã benignitate: ut qui prope ni hil habeã: uidear omnia quodãmodo poſſidere. ſatis me locupletem ſemper opulẽtemque fore duxi: ſi conſilia: cogitationes oĩs ad uirtutẽ deumq̃ referrem. Quid enim deeſſe cuiquam põt: qui uirtute comite utatur ad deũ? Nulla ſane mihi uidetur neque cenſenda uirtus: neq̃ nominanda quæ ad deũ tanq̃ ad ſummũ incõmutabileq̃ bonũ non referatur. Hanc ego potius q̃ quorundã ſtoicorũ qui hu manã gloriã popularis illius & fucatæ honeſtatis nomine uenerebantur ſententiã ſequens. non quod ſtultis hominibus. ſed quod ſapientibus adeoq̃ probatũ iri putẽ: ita bonũ iudico: & aliud nihil ponã in bonis. Nec inanẽ gloriã huius mũdi: ſed uerã illã ac cæleſtẽ ꝓpono gloriã. Quare quid de me ſtulti uel ſentiant uel loquant non tã negligo q̃ conteno. Neq̃ honorẽ facio pluris q̃ ignominiã: ſi ab ĩpro bis cõferatur. Nullius inſani minas nec inſidias pertimeſco. Me in omnis improbos & perditos æque accerrimũ hoſtẽ præbeo. Bonos auté & honeſtatis ſtudioſos atq̃ tui ſimiles unice diligo & admiror. Franciſcus Philel. Quid enim in hominum uita magis neceſſarium cẽſeri debet. q̃ ut id maxime om nium ſequi quod honeſtum ſit. aut id omni ope. atq̃ opera aſpernari. qu od afferrat ſecum ullam tur pitudinis fæditatem. Non enim ad cibum ac potum: non ad prurientem corporis uoluptatẽ: quæ ipſa nobis cum pecudibus ſunt cõmunia: ſed ad decus dignitatẽq̃ nati ſumus. Idcirco nobis mẽs data ẽ ĩ mortalis ac diuina. ut ĩmortalitati ſeruientes dei ſimus quãſimillimi. Et quo pacto propius ad deum accedimus. q̃ ꝑ beneficentiã & iuſtitiã. Tunc deũ maxime imitamur: cum aliis benefacimus: cum iu ſti ſumus. Quibus rebus eo eſt magis a nobis ſtudendum: quo non ſolũ gloriã huius mundi: quæ quã tacũq̃ eſt: tota eſt breuis planeq̃ inanis: ſed multomagis cæleſtem illius atq̃ ſempiternã aſſequimur: nec ille mihi iuſtus uideri ſolet qui noceat nemini. Id quod etiam cum pleriſq̃ aliis animantibus eſt nobis cõmune: ſed qui uel proſit cũ poteſt. uel propulſet iniuriã. Nõ. n. ſolis nobis natura nos genuit: ſed his omnibus quos intelligentiæ uis rationiſq̃ uirtus ĩmortalitati quadã forma inſigniuit. Atqui ut is abhorret a dignitate naturæ qui iniuſtus ſit: qui nihil opis: nihil adiumenti conferat in humanũ genus: ita hic admodũ præ ſe fert naturæ bonitatem: qui ad cõmunem hominum ſalutem atq̃ orna mentum ſeſe natum meminerit. Quod ſi honeſtũ eſt ob cõmunes hominũ utilitates nullos labores: nulla pericula fugere: quanto honeſtius & præclarius duci conuenit id facere non ꝓp homines ſolũ: ſed propter deũ: ꝓp ſaluatorẽ noſtrũ: ꝓp chriſtũ optimum maximũ: q̃ nullo a nobis officio ꝓuocatus ultro ſe noſtra cã morti dedidit. Idem. Philel. Hæc circa uirtutes ſufficiãt: nũc ad alia tranſgrediamur.

Circa pacem & fælicem reip. ſtatũ. Ac circa res fecundas hominis priuati: & ubi de his reipu. nobis aut alteri congratulamur. M. T. C. clauſulæ Incipiunt.

Nota

Aec aĩaduertenda in ciuitate ſunt: quæ ſunt apud Platonẽ nr̃m ſcripta diuinitus. Quales ĩ repub. principes eſſent: tales reliquos ſolere eſſe ciues. Id ẽt iubet ille idẽ plato. quẽ ego uæ hementer ſequor autorẽ: tantũ contendere in rep. quantũ probare tuis ciuibus poſſis: uim neq̃ paréti neq̃ patriæ afferre oportere. li. i. Epiſtola nona. Primũ tibi ut debeo gratulor: lætorque tuũ præſenti: tũ ſperata ẽt tua dignitate: ſerius nõ negligẽtia mea: ſed ignorãtia rerũ oĩum. In his. n. ſum locis. quo & propter longinquitatẽ: & propter latrocinia tardiſſime oĩa ꝓferunt libro. ii. Epiſtola. ix. Si ipſa reſp. tibi narrare poſſet quõ haberet: nõ facilius ex ea cognoſcere poſſes: q̃ ex liber to tuo Phania: ita eſt homo non modo prudẽs: uerũetiã ꝙ uidi curioſius. Quapropter oĩa tibi ille ex planabit. id enim mihi & ad breuitatẽ eſt aptius: & ad reliquas res prouidentius. li. iii. Epiſtola prima. Gratulatio tua & ſi eſt mihi probatiſſima. ꝙ ab optimo fit animo: tamen hoc mihi multo iucundius eſt & gratius: ꝙ in ſumma paucitate amicorum: propinquorum: ac neceſſariorum: qui uere meæ ſalu ti fauerẽt: te cupidiſſimum mei: ſingularemq̃ beniuolentiam mihi ꝑſtitiſſe cognoui. libro. iiii. Epiſto la. xi. Tibi gratulor: mihi gaudeo: te amo: tua tueor: a te amari & quid agas quidq̃ agatur certior fieri uolo. Vale. li. vi. Epiſtola. xv. Si te dolor aliquis corporis aut ĩfirmitas ualetudinis tuæ tenuit quo mi nus ad ludos ueneris: fortunæ magis tribuo q̃ tuæ ſapientiæ. Sin hæc quæ cæteri admirantur contẽ nenda eẽ duxiſti: & cum per ualetudinem poſſes uenire: tamen noluiſti: utrũque lætor & ſine dolore corporis te fuiſſe: & animo ualuiſſe. cum ea quæ ſine cauſa mirantur alii neglexeris: modo ut tibi con ſtiterit fructus ocii tui: quo quidẽ tibi perfrui mirifice licuit: cũ eſſes in iſta amœnitate pene ſolus reli

ctus,libro,vii,Epistola prima,Reliquas uero partis diei tu consumebas his delectatõnibus:quas tibi ipsi ad arbitrium tuum comparas,Eadem,Reliquiæ sunt uenatiões binæ per dies quinq; magnificæ: nemo negat,Sed quæ potest homini politico esse delectatio:cum aut homo imbecillis a ualentissima bestia laniatur:aut præclara bestia uenabulo transuerberatur,quæ tamen si uidenda sunt:sæpe uidisti:neq; nos qui hæc spectamus quicquid noui uidimus,Eadem,Itaq; quæro causas omnes aliquãdo uiuendi arbitratu meo,teq; & istã ratioñe ocii tui & laudo uæhementer & ꝓbo, Quod uero in Lepidi suauissimi doctissimiq; hominis familiaritatem ueneris:non dici potest q̃ ualde gaudeam,qui fac te q̃maxime diligat,mihi crede nihil ex ista prouincia potes quod iucundius sit deportare, Epistola, xv, Reliquum est ubi nunc est respub,ibi simus:potius q̃ dũ illam ueterem sequamur: simus in nulla, libro,ix,Epistola,ix,Est omnino patriæ caritas meo quidem iudicio:maxima:sed amor uolũtatisq; cõiũctio plus certe habet suauitatis,Itaq; commemoratio paternæ necessitudinis beniuolentiæq; eius quam erga me a puericia contulisses:cæterarumq; rerũ quæ ad eã sententiã pertinebant: incredibile mihi læticiam attulerunt,Rursus declaratio animi tui quẽ haberes de rep,quẽq; habiturus esses: mihi erat iucundissima:eoque maior erat hæc læticia:q; ad illa superiora accedebat,Itaq; te nõ solũ hortor mi plance:sed plane & oro:q; feci his litteris quibus tu humanissime respondisti,ut tota mẽte omnique animi impetu in remp,incumbas,Nihil é q; tibi maioris fructus gloriæque esse possit:nec qcq̃ ex omnibus rebus humanis est præclarius aut præstantius q̃ de rep,bene mereri,li,x, Epistola,v, Etsi reip,cã maxime gaudere debeo:tantum te ei præsidii tantum opis attulisse extremis pene tẽporibus, quantũ ab aliquo memoria nostra non recordatur:tamen ita te uictorẽ cõplector rep, recuperata, ut magnam partem mihi læticiæ tua dignitas afferat:quam & esse iam & futuram & amplissimam intelligo,Epistola,xii,Perge igitur ut agis nomenq; tuum comenda immortalitati:atque hæc omnia quæ habent spem gloriæ:collecta manibus splendoris insignibus contemne breuia fugacia caduca existima, Vtrum decus in uirtute positum est:quæ maxime illustratur magnis in rep,meritis,Eam facultatem taliter habes maximam:quã quando cõplexus es:tene:ꝓfice:ut ne minus resp,tibi:q̃ tu reip, debeas,Me tuæ dignitatis non mõ fautorẽ:sed etiã amplificatorẽ cognosces:id cũ reip,q̃ mihi uita mea est carior:tũ nostræ necessitudini debere me iudico,atque in his curis quas contuli ad dignitatẽ tuã cæpi magnã uoluptatẽ:q; bene cognitã mihi Titi minacii prudentiam & fidem magis etiam perspexi in eius incredibili erga te beniuolentia & diligẽtia,Eadem,Nunq̃ me hercule mi Cicero me penitebit maxima pericula pro patria subire:dum siquid acciderit mihi a repræhensione temeritatis absim,Epistola,xxiii,Laterensis nostri & fidem & animum in remp,singularem semper fatebor,Eadem,Pacis inter ciues conciliandæ te cupidum esse lætor,Pacem eam si a seruitute seiungas consules & reip, & dignitati tuæ,Sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restituta est: hoc animo scito omnes sanos:ut mortem seruituti anteponant,Itaque sapiẽtius meo quidem iudicio facies:si te in istam pacificationem non interpones:quæ neque senatui neque populo neque cuiq̃ bono probatur,Sed hæc audies ex aliis:aut certior fies litteris,Tu pro tua prudentia quid optimum factu sit uidebis,Epistola,xxvii,Sum complexus totã remp,egique accerrime: senatumque iam languẽtem & defessum ad pristinam uirtutem consuetudinemque reuocaui:magis animi q̃ ingenii uiribus hic dies:meaque contentio atque actio,spem primo populo Ro,attulit libertatis recuperandæ, Nec uero ipse postea ullum tẽpus intermisi de rep,non cogitandi solum,sed etiã augendi, Epistola, xxviii, Natura autem mea & studia trahunt me ad pacis & libertatis cupiditatem,Epistola,xxxi,Quare eum me existima esse qui primum pacis cupidissimus sim(omnes enim ciues plane studeo esse saluos)deinde qui & me & remp,uendicare in libertatem paratus sim,Eadem,Deos hominesque testor patres cõscripti,qua mente & quo animo semper in remp,fuerim,& q̃ nihil antiquius cõi salute ac libertate iudicarim:q; uobis breui probassem,nisi mihi fortuna proprium cõsilium extorsisset, Epistola ultima, Maxima sum lætitia affectus,cum audiui te consulem esse factum,eumque honorem tibi deos fortunare uolo,atque a te pro tua parentisq; tui dignitate,administrari libro,xv, Epistola, viii, Marcellum tuum consulem factum,teque ea læticia affectum esse q̃maxime optasti mirandum in modum gaudeo idque cum ipsius causa tum q; te oĩbus secundissimis rebus digniss imũ iudico:cuius erga me singulare beniuolentiã:uel in labore meo:uel in honore perspexi, Totam deniq; domum uestram:uel salutis uel dignitatis meæ studiosissimam cupidissimamq; cognoui,Quare gratum mihi feceris si uxori tuæ iuniæ grauissimæ atq; optimæ fæminæ meis uerbis eris gratulatus,A te id quod cõsuesti peto, absenté me diligas atq; defendas,Epistola,ix,Et hæc ex Tullio,sequunt ex Gasparino. Ad Idem.

On de priuatis commodis ut sæpe antea:sed de salute nostrorum ciuium has litteras ad te obsignaui:si unq̃ tempus fuit:quo tibi status reip,curæ fuerit:uide ut hodierno die illi & consilio & auxilio tuo uelis adesse Gasparinus pergamẽsis,Quis sit nostræ ciuitatis status ex hoc poteris intelligere:q; nunq̃ melioribus auspiciis iacta fuerunt fundamenta nostræ reip,q̃ hodierno die,Si de nostra rep,liberius ad te hoc tempore scribo,q̃ olim fecerim nihil est q; admirari te oporteat:nunquam enim tempus fuit quo uehæmentius pro publica utilitate ad te scribendum fuit,Quid de publica utilitate nostrorum ciuium sentiam,& qua ratione ea res melius possit a nobis agi:& omnem consiliorum meorꝫ rõnem tibi in primis aperiã,Sed plura de beniuolentia & spe ciuiũ omniũ in te posita scriberẽ:nisi tu qui oĩa nosti & summe patriã diligis:ea tecũ melius ꝓficeres,

Sed ubi te adiutorē ad hanc rem haberem; ſpero facile obtētu eſſe omnia fieri de quibus ad te ſcripſi, non fugias ergo uelut confido hunc laborē; ſuſcipieſq; tum reipu. cā tum ſumma in me beniuolentia tua; hāc procurationē tibi honeſtā & reip. perutilē. Quæ adhuc ſunt a te pro noſtra repub. pfecta maxime cōmendo, utinā oēs qui in ea uerſantur eo animo in conſeruanda atq; exaugenda patria eſſent; quo ſemper fuiſti. Qualem in gerendis magiſtratibus me præbuerim; uolo potius ſit aliorū q̄ meum iudiciū. Illud non dubitabo ad te ſcribere, nunquā me amicicia cuiuſquā neq; gr̄am tanti feciſſe; quin leges & æquitatē oī priuatæ cauſæ prætulerim. Sed illud ſcio neminem poſſe tā ſubducta ratione uiuere; ut eius officiū oībus placeat. Scias, n. fere nihil periculoſius eſſe iudiciis; & oportere oīa ſuſpecta habere; quæ iure ciuili diffīniuntur; cū nulla reperiatur lex cui ſi homines qui periti in iure dicuntur ingeniū accōmodauerint; non poſſit diſputando huc & illuc trahi. Inſtabis ergo nec prius cōquieſces; q̄ ea manutenebis q̄ adhuc ſola in ſpe hēmus. Magni honores his diebus delati ſunt ad Antoniū ciuē noſtrum hominem certe ſapientiſſimum, quibus nemo noſtrum eſt qui nō ſumme lætari debeat. Nō .n. fieri poteſt ut ſua gloria etiā noſtra non ſit. Eſt præterea nō parua ſpes nobis oībus iuncta bene ſperandi de noſtra rep. & poſſe aliquando ſimili beneficio uti. Nulla de re ſcito nos multis annis maiorē uoluptatem cœpiſſe; q̄ poſtquā denunciatū nobis eſt de honoribus delatis ad Antonium. Ego nō expectaui ut hæc res per alios ad te ferreē, ſed antecedere uolui; ut qui amore & beniuolentia prior erā; citius tibi de oībus rebus a uobis geſtis congratularer. Tan. ī uero lætitia & exultatio omnium fuit; ut non iam multorum hominum; ſed unius facies eadem atque idem animus uideretur; Mer. to ergo ueſtræ fortunæ gratulor; quæ quo magis inſperata erat; eo mihi iucundior fuit. Gaudeo mediuſſidius; & plus quā credi poſſet fælicitate tua lætor. Hoc habet oīs maximarū rerū fortuna; ut cū ad ſummū ꝓuenerint; tunc intelligamus prope exitum eſſe. Hæc ex Gaſparino Pergaméſi. Neſcio quibus uerbis aut qua oratione uti queam; ad hanc īmenſam animi mei læticiam uoluptatem que exprimendā. Tanta enim eſt magnitudo gaudii; ut omnia uerba leuiora frigidioraque uideantur. Redditus eſt mihi frater; amicus; comes; familiaris; ſocius ſtudiorum pariter & uoluptatum. Atque inde redditus eſt, unde redditionem eius iam pleniſſime deſperatā habui; a duriſſimo carcere; a truculentiſſima beſtia, a manibus immanis tyranni, qui nocentum & innocētum cædibus pariter inhiabat; mihi redditus ē. Ab hoc tam crudeli tāque ſcæuo portento meus dulciſſimus atque ſuauiſſimus panagathos ſoſpes in columiſque euaſit. Abſit mœror; ceſſauit afflictio, receſſit animi aſſīdua ægritudo, neque mihi enī poterat eſſe quicquam dulce, dum is amicus quē ego pluſquam dimidiū animi mei ſemp putaui, ī ſqualore & carcere iniuſtiſſime tenebatur. Leo. Aretinus. Cū pro tanto honore tamque amplæ dignitatis gradu tibi per meas litteras gratulari uellē, ſuperuenerunt litteræ tuæ; quæ læticiā ante ſuſceptā mirīmodū accumulauere. Idē. Saluum te aduenīſſe gaudeo, ac e Piſana cæli grauitate ad ſalubres Aretinorum colles incollumē euaſiſſe, incredibilem de eo ſuſcepi uoluptatem. Idem. In medio tribulationum
C ac moleſtiarum quibus per hoc tempus omnia redundant, lætiſſimus heri nobis & iucundiſſimus effulxit dies, qui mētes noſtras depulſis triſticiæ nubibus mirifice ſerenaret, memoriāque oīum præſentium uel impedientium calamitatum penitus auferre. Tres. n. familiariſſimi in unū conueniētes, & nō bencillū; ſed bacchicū concinnentes, ſatis magnam ſodalium & amicoꝝ manū contraximus; oībuſq; ad læticiā diſpoſitis ī uillā Alamani archiepiſcopi Piſani; ipſo alamano duce ueluti ex diuturnis uincu lis emiſſi, nullum gaudendi; īmo ut uerius dicā repuereſcendi genus ommiſimus. Villa eſt media ferme inter Piſas & Lucā a dextera ripa Anſerici fluii amœniſſimo loco ſita; & maxime ad ruſticanas uoluptates excogitata. Surgens. n. leuiter in collem ſubiectamq; planiciem deſpiciens, montes a tergo habet coniunctos ad aucupationes uenationeſq; aptiſſimos. Itaq; ſiue rapaci aue; ſiue mordaci cane; ſiue plagis ſiue uenabulo; ſiue curſu; deniq; ſiue feris; ſiue auibus; ſiue piſcibus delecteris; uicini montes; cōiuncti colles; ſubiecta planicies; præfluens amnis; affatim oē genus p̄dæ tibi largiter ſumminiſtrant. Veꝝ nobis illuc profectis nec uenari apros placuit; nec figere ceruos; nec rurſus canibus lepores agitare fugaces; nec fera blacteolis ungues armata ſonoris. Cœpit aues prædā. Sed traxit nos & uendicauit ſibi incredibilis amœnitas Anſerici amnis; qui tectus fronde populea; cryſtallino alueo; uiridibus ripis mira placiditate fluebat; quibus allecti depoſitis togis & calceis accerrime piſcati ſumus; ī quo ita luſimus ut pueri; ita clamauimus ut ebrii; ita concertauimus ut demētes inſaniq; uideremur. Aderat omnibus ipſe alamanus; qui quanquam religione impediebatur una ludere; tamen ita ſpectatorem ſe præbebat; ut ea quæ gerebantur mira feſtiuitate riſuq; comprobaret. Egreſſis tandem e fluuia cœna dubia apponitur ex piſcibus roſtratiſq; auibus. Expectaſti forſan ut dicerem nauibus, ſed non ita eſt non eſt; ſed aderant aues multæ, uina plurima. Omitto cætera quæ cuncta oppipare apparata fuerūt. Poſt cœnam uero auide ueraciterq; ut laborantibus in aqua euenire conſueuit aſſumpta deambulatio fuit equeſtris inter flauentes ſegetes & amœna uireta ramoſq; fecunditate fructuum ícuruos qui longe lateque uagati, cantantes alii, alii exhilarentes, poſt multas uariaſque urbanitates ad ipſum amnem quem antea uado traieceramus reuerſi, & in arena depoſiti; luctantes inter ſe agricolas; nudos & lacertoſos; qui placendi gratia conuenerant quaſi in gladiatorio certamine uſq; ad primā noctis horā lætiſſime ſpectauimus; cum illi ſæpe uiolentia maioris roboris proſtrati & grauiſſimo caſu ad terram eliſi cœnoq; inuoluti; uberem ridendi materiā nobis præberent. Sed ego genera ipſa uoluptatū non ſingula ac minuta (nam id quidē longius eſſet) enarro. Scis, n. tu q̄ multa eſſe ſoleāt inter familiares læ

tos & unanimiter ad festiuitatem paratos.denique hic dies proculdubio fastis ascribendus est & me-
liori lapillo numerãdus.præsertim cũ eo turbationis deuenerint res nostræ(de curialibus loquor)ut
summo studio cõquirendũ sit aliquid quod nos quacũque ratione ab illarũ amarissima cogitatiõe di
uertat.Idẽ.Leonardus Areti.q̃ lepide.Posteaq̃ recessisti a nobis nihil de te ĩtellexi præter rem optatis- A
simã mihi:pacẽ.s.cõpositã inter Leonardũ Aretinũ & Nicolaũ:quod factũ egregiũ cũ studiosis littera
rum oĩbus spero gratũ fore.tum uero mihi propter meũ in utrunque ipsoꝝ ab ipsa adolescẽtia singu
larẽ amorẽ ita carũ fuit.ut haud sciã quid optatius mihi accidere potuisset.Erat.n.mirũ in modũ mi
hi molestũ homines doctissimos mihique amicissimos.quos olim summa cum necessitate cõiunctos
uideram:tantam beniuolentiam tam notam omnibus.in apertam maliuolẽtiam uertisse.Videbatur
præterea quædã nota non solũ illoꝝ.sed doctorũ omniũ:tam acre odiũ longius uigere.q̃ æquũ erat
inter excellentes uiros atque omni laude præstantes:quod quando uirtute operaque tua sublatũ est.
merito summis es laudibus extollendus.Qui cum Florentiam uenisses nihil tibi antiquius duxisti q
ut ageres de eorũ animis reconciliandis & pace firmanda.Effecisti rẽ mihi iucũdissimã atque oĩ laude
cumulatã.sanans morbum difficilem adeoque inueteratũ.ut quandoque diffiderem posse curari.Sed
quo res erat difficilior eo maiorẽ es honorẽ cõsecutus.Virtuti profecto omnia parent.nihilque est tã
arduũ quo illa non ascendat.Debetur(mihi crede)triumphalis arcus non minus ob hanc partẽ tibi:
quã illis priscis princpibus ob rẽp.restitutã.Siquidẽ non est maius bellũ conficere cũ hostibus: quã
pacẽ statuere inter ciues:ita q mea sententia decerno tibi uerbis amplissimis nõ solũ aureã statuã: sed
& triumphũ insigne ad gloriã huius compositæ pacis.Nam quo pluris est sapientia animi q̃ corporis
artes:eo nobilior uirtus uideri debet pacis cõponẽdæ.q̃ hostiũ supandoꝝ.Ergo cedãt arma togis:cõ-
cedat laurea linguæ.Poggius Florentinus.Cũ te libertati tuæ ac pristinæ dignitati restitutum accepis- B
sem:uix dici queat quanta sum lætitia gaudioq affectus.Non.n.potuerã non dolere te talem tantũq
pontificẽ conlectũ in carcerẽ:qui bonoꝝ oĩum innocentiũq uirorũ & perfugiũ esses & portus. Itaq
tibi amplissimo patri maiorẽ in modũ gratulor:mihi autem lætor plurimũ:q dolorẽ quẽ ex indigna
tua capti uitate acerbissimum conceperam:audita nuper istiusmodi liberatio tua. in maximam mihi
uoluptatem uerterit.Franciscus Philelfus.Hic.n.ille dies fuit iucundissimus.Iucundissimus inqua hic C
fuit ille dies:unde anno iam in gyrũ reuoluto tot bona.tot res secundas atq fælices.liberáq uiuendi
facultatẽ uobis & reip.peperistis.O diẽ itaq fausturũ atq fælicẽ nulla unquã posteritate uel tẽporis diu
turnitate delendũ.O lucẽ optatissimã longe nobis omnibus expectatã:aurea unde libertas quæ diu
sepulta latuerat omniũ cõseruatrix.adiutrixq bonorũ emicuit:unde tã excelsa mirãdaq facinora ue-
stra ac res gestæ suas modo radices atq alta principia enáciscunt.unde sempiternũ nobis decus & glo
ria ĩmortalis.unde uestris firma salus liberis:unde demũ ppetua uestro sceptro incolumitas mirabili-
ter emanauit.Si Romani ueteres lugubre anniuersariũ uariorũ ludorũ genere:si quinquatria:qui di-
es nihil prorsus suauitatis habebant honoratissime coluerũt:nos quanto uniuersi hanc lucẽ accurati
us ppetuo celebrandã summaq festiuitate agendã duxerimus quæ ex tenebris ad lucẽ:ex seruitute ad
libertatẽ:ex mœrore ad læticiã nos liberosq nr̃os atq caras cõiuges euocauit.Baldasar Rasinus.Nũc
uero quãta sit libertatis iucũditas quãtusue:fructus:quãta itẽ suauitas diceré ĩ præsentia: illud nisi se-
cundis atq fælicissimis argumẽtis hoc anno sæpius fuissetis expti.Libertas.n.maximũ cælitũ munus
nemo est qui nesciat:nos:nr̃os dulces liberos:uxores dilectissimas:cõterraneos:urbẽ:prædia:colonos:
uestrũ deniq uniuersum ĩperiũ apertissime contutat̃:partas opes cõseruat:recẽtes ac nouas instituit:
studia bonasq artes instaurat:laudẽ & gloriã parit.Inuisum seruitutis mortalibus uniuersum aufert
genus hostes territat:securos somnos præbet:oẽmq excogitari põt dulcedinẽ hic ĩter hõies nobis pã
dit:demũ quæ nobiscum nata illius si leges inuiolatas imitati fuerimus:pbeatos ĩter astra nos cælites
apud sempiterne collocat.Idẽ.Vt mecũ una aliquãtisper cõgratulari queas:q secũdis rebus meis sem-
per exhilaratus es:id tibi cõstare uelim:tantũ accessionis ac fortunæ optabilis meis obtigisse laribus:
ut nihil iã aliud bonã præter existimationẽ.ac uenustissimũ nomẽ ipse cõcupiscã:cui nẽpe rei quã tan
topere ardeo te oratũ uelim quẽadmodũ cæteris usq meis egisti rõnibus:pdiligenter faueas: atq so-
lerté naues operã.cũ usum sit de uirtute & fælici reip.statu:nũc ex ordine de uiciis erit transigẽdum.

Circa uitia & inimicicias & malos hominum mores. Et ubi quem ex eis arguimus. Marcii Tullii Ciceronis clausulæ incipiunt.

> Llud plane moleste tuli:q iustissimũ & certissimũ triumphũ hoc:inuidoꝝ consilio esse ti
> bi ereptũ uidebam:quod si tu tanti facies:quanti ego semp iudicaui faciendũ esse facies sa
> pienter:& ages uictor ex inimicorum dolore triumphum iustissimũ.libro tertio.Epistola
> nona.Sed qđ te nõ fugit hæc sunt in eo genere uitia:ut uerecundius ipsi de sese scribant ne
> cesse est:siquid laudandum & prætereant siquid est reprehendendum.Accidit etiam ut minor sit fi-
> des.minor autoritas:Multi deniq reprehendant & dicant uerecundiores esse uictoribus:eorumque
> nomina magna uoce pronuntiarint:cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur alium præ-
> conem adhibeant:ne sua uoce ipsi se uictores esse prædicent.hæc nos uitare cupimus:& si recipis cau
> sam nostram uitabimus:idque ut facias rogamus libro.v.Epistola.xii.Miror cur me accusas: cum ti
> bi facere non liceat.quod si licebat:non tamen debebas. Ego enim in te inconsulatu obseruaram:&
> ais fore ut te Cæsar restituat.Multa tu quidem dicis.sed nemo tibi credit. Tribunatum plebis dicis

te mea causa petiisse.utinam semper esses tribunus intercessorē non quæreres:negas me audere quod sentiam dicere:quasi tibi cum parum impudenter me rogares:parum fortiter responderim. Hæc tibi scripsi:ut istoipso in genere in quo aliquid posse uis:te nihil esse cognoscerem: ꝙ si humaniter mecum questus esses:libenter tibi me & facile purgassem.Non enim ingrata sunt mihi quæ fecisti: sed quæ scripsisti molesta.Me autem propter quem cæteri liberi sunt:tibi liberum non uisum demiror. Nam si falsa fuerunt quæ tu ad me ut ais detulisti:quid ego tibi debeo? si uera tu es optimus testis:mihi qd populus Romanus debeat libro septimo,Epistola.xxviii.Memini ꝙ mihi desipere uidebare:ꝙ tu istic potius uiueres q̄ nobiscum.Erat enim multo domicilium huius urbis:tum quidem hæc urbs apertius humanitati & suauitati tuæ:q̄ tota Peloponnensis,Epistola.xxix. Pudet me tibi confiteri & queri de Apii hominis ingratissimi iniuriis:qui me odisse quia magna mihi debebat beneficia cæpit: & cum homo auarus ut ea solueret sibi imperare non posset: occultum bellum mihi indixit:ita occultum tamen ut multi mihi renuntiarēt.& ipse facile animaduerterem:male eum de me cogitare libro viii.Epistola.vi.Et quando tu hominem ineptiorem q̄ tuum Gn.Pom.uidisti:qui tantas turbas: qui tam nugax esset:commouit & quem ait Cæsare nostro acriorem in rebus gerendis: eodem in uictoria temperatiorem aut legisti:audisti:aut uidisti. Epistola nona.Nunquam me hercule mi Cicero me penitebit maxima pericula pro patria subire:dum siquid acciderit mihi a reprehensione temeritatis absim.Confiterer imprudentia me lapsum:si unquam lepido ex animo credidissem:Credulitas enim error est magis q̄ culpa.Equidem in optimi cuiusꝙ mentem facillime irrepit:sed ego non hoc uitio pene sum deceptus:lepidum enim pulchre noram.libro.x.Epistola.xxiii.Nec moueare eius sermonibus quem tametsi nemo est qui uidere uelit:tamen nequaquam proinde ac dignus est oderunt homines: periculum non est.Adeo est enim inuisus mihi:ut mihi non acerbum putem quod cum illo commune sit. Epistola. xxxi. Dii segulio isti malesaciant homini nequissimo omnium qui sunt: qui fuerunt: qui futuri sunt.Quid? tu illum tecum solum:aut cum Cæsare qui neminem prætermisit.qui cum loqui potuerit:cui non eadem ista dixerit? Te tamen Brute sic amo ut debeo.quod illud quicquid esset nugarum me scire uoluisti:signum enim magnum amoris dedisti. libro. xi. Epistola. xxi. Sed homo amens & perditus multoꝙ nequior q̄ ille ipse:quem tu nequissimum occisum esse dixisti:cædit initium queris.libro.xii.Epistola.ii.Dolabella ualde uituperatur ab hominibus non insulsis. Epistola.iiii. Scelus affinis tui lepidi summamꝙ leuitatem & inconstantiam ex actis quæ ad te mitti certe scio cognoscere te arbitror.Epistola.viii.Itaque eadem superbia in prauitate utuntur:quorum improbitatē aliquando retundi.& non pati impunitatem augeri non solum est utile reip.nostræ,sed etiam necessarium.Epistola.xiiii.Quæ si ita ut tu scribis fato.facta putarem.ferrem paulo facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa:qui ab his me amari putabam qui inuidebant.eos non sequebar qui petebant. Quod si nostris consiliis usi essemus.neꝙ apud nos tantum ualuisset sermo:aut stultorum amicorū. aut improborum beatissimi uiueremus.libro. xiiii. Epistola prima. Hæc ex Tullio. Nunc sequuntur ex Gasparino.

Ad Idem.

A Cis autem quot mala sæpe inuidia attulerit.Nam cum plurimæ sint aliæ pestes q̄ magna plerúꝙ regna euertūt.nescio an nulla pernicioſior humano generi q̄ hæc una q̄ statim dixi.Gasparinus Perga.Non possum dolorem tuum accusare.qui cum benefaciēdo multos ad inuidiam excitaueris.non pōt nisi iuste cōceptus a te uideri.est fateor permolesta res & inique ferenda odium pro beniuolentia cōsequi.& quos nostro beneficio deuincere speramus. eosdē nobis inimicos reddere.Nihil ē quo te pturbare magnopere debeat.si tuā famā sæpe ipediri audis. ab his q ipsi in nulla parte laudis sunt cōstituti.Est.n.is puentus mos:& iā inueterata cōsuetudo:ut nunquā eo animo alienā uirtutē hi ferant qui maxime a uirtute absunt:sed maledictis eorū occurrere: & magis uita quā uerbis omnem inuidoꝝ rationem confutare:& sapiētis & docti hominis est.Non potest fieri quin ista ætas multa habeat quæ reprehendantur a senibus:& semper inter æquales reperiūtur qui propter inuidiam aut confingunt animo:aut uitia nostra aliis maiora faciunt:siquis uel ingenio uel studio præstare illis uideatur.Suaderem tibi ac plane rogarem:ne homini hominem audires: cum aliquid de me male refert:nisi te optime cognoscerem:cui non possunt nisi frugi homines placere. Habes qualis homo hic sit:sed quando ei credendum sit:cum is tam improbus:tam perditus alium apud te accuset pro tua modestia quæ summa est prospicies. Tu siquid aliter ad te refertur quod sit præter dignitatem & eam æstimatōnem.quæ de me habetur:omnia ut facis amice & libere ad me scribas.Vnum uelim pro tua humanitate impetratum iri a te:sinas ut nihil de me temere credas.Plures enim sunt qui aut odio aliquo aut inuidia commoti:ueniunt ad impugnandum alienam famam quam ratione uel causa honesta inducti.Siquid erit in quo tu me de uia errantem uideris. malo tuas contumelias & redargutiones audire:quam ab his laudari qui me in præsentia commendant:in absentia uero non cessant suis maledictis lacerare atque inurere. quod iniquo animo perferrem: nisi hæc uetus esset consuetudo. Semper enim fuerunt: nec in futurum deerunt homines qui sibi uoluptati ducant: quos alicui bono studio deditos uident: fama est bona opinione spoliare: & semper aliquam falsam fabulam confingere: & spargere in uulgo uarios rumores a quibus abstinere non est facile.Multa quidem persimilia habent: neque unquam reprehenduntur: nisi postquam nocue-

rint.Hæc ad te ſcribo non ſine cauſa.quanquã enim ſumma in me utaris modeſtia:nec quẽquã in tuis litteris nomines:tamen quãprimum tuas litteras legi:ſtatim intellexi quo ex fonte omnia manarẽt. Tu uero ſi me carum habes:non plus his hominibus credas:q̃ & uita mea: & ipſa dicta & facta uerbis eorum conſentiant.Sed permitte quæſo te a me exorari:& plus mihi uni credas qui omnia perſpecta habeo:& te ſumme diligo:q̃ homini iſti.Sed tu pro tua prudentia non ſolum conſiderabis de quo aliquid dicatur:ſed etiam a quo homine:nec cuius uita improbata ſit:eius orationi fidem habeas. Nunq̃ enim adduci potui ut uerbis eius fidem haberem:donec ſermone & litteris multorum idem afferri mihi intellexi. Scæus homo intollerabilis eſt:cuius temeritatem niſi tua uirtus frangat ac penitus retundat:nullus erit(crede mihi)qui eum perferre poſſit.Ille enim ſpiritus qui adhuc metu legũ aliqua ex parte infringitur:ſi omnia ſe impune moliri uiderit:nihil erit quod non audeat. Siquid recte curatum uelis:ut eſt apud comicum:huic mandes quem neq; iuſiurãdum: neque reuerentia amiciciæ:neque hominum iudicia monent.Non ſatis æquo animo poſſum ferre hunc Tiberium qui ſemper ei licere credit quicquid ſibi libuit.neq; ulla unquam fuit tanta legum reuerentia quin libidini ſuæ crederet omnia debere licere.Niſi honorem tuum æque ac meum cariſſimum haberẽ: certe hodie has ad te litteras non dediſſem.ſed quia te nimis amo:non poſſum te non admonere:ut diligenter tibi & tuis proſpicias ab homine illo qui tantum familiaritatem tuam appetere uidetur. Niſi animo prouideas qua ratione deuites aſtum ac maliciam Titi:aliquam profecto inſignem contumeliam tibi afferet. Solet enim maxime ſtudere a ſe deceptos eſſe: multis antea beniuolentiæ ſignis proſequi: quo maturius nihil tale ſuſpicantes opprimat.Audiui nuper ab his qui nunc ad te ueniunt:q; familiariſſime uteris Lucio:quæ res certe ſummam de tuis ſtudiis ac uirtutibus diffidentiam mihi attulit.Eſt enim homo flagicioſiſſimus communis iuuenum pernicies & ingenuorum adoleſcẽtium corruptela. Suſpicatus aliquid de te ſum:cum intellexi Cicilium hominem flagicioſiſſimum aſſumptum eſſe in amicicia ac familiaritate tua Nemo quidem eſt hoc homine pernicioſior:& eius conuerſatio plus quam credi poteſt eſt periculoſa.Iſta enim belua aut aſpectu aut peſtifero anhelitu ſuo ut baſiliſcus bonos corrũpit animos atq; inficit.Inimicus meus homo eſt qui audacia & uiribus ualet. Propterea neque tuam: neque ullius hominis potentiam ſe timere dicit:cuius furorem niſi retundas timendum eſt: non ſolum ei credendum eſſe in cauſa mea:ſed etiam ne tuam autoritatem multo magis cõtemnat. Vellem res tuæ meliori loco eſſent.Habes enim procuratorem qui meo iudicio ad te fallendum magna arte utitur.Non poſſum facere quin ad te ſcribam q̃ paruiſaciat atque contemnat dignitatem tuam Tyrus inuidus meus:nec tibi amicus:qui adeo immoderata ſua potentia ducitur: ut neminem putat in noſtra ciuitate uiuere:cui quicquam in re illa a ſe deferendum arbitretur. Gaius homo locupletiſſimus eſt:quod ego certe in parte laudis eius reponerem:ſi ad neceſſarios uſus tantas pecunias comparaſſet:ſed cum in perniciem bonorum ciuium id ab eo factum ſit:cogita quãtam apud te gratiam habere ipſum conueniat.Commendarem facta Lucii:ſi ea conſilio magis q̃ temeritate miniſtrata eſſent: ſed cum fortunæ ſuæ uelit eam deberi gratiam quæ uix conceditur uirtuti:non poſſum non ſtomachari:præſertim cum ea re tantum ſibi iuris aſſumat in res alienas.Amicus noſter paulo elatior eſt q̃ conſuetudo noſtræ ciuitatis ferat.confidit nimis ut mihi uidetur rebus geſtis:& gloria ſuorum maiorum.Nolique ex hoc pati q; ab homine illo uiliſſimo contemnaris.Fuit olim nobilitas rerum geſtarum gloria:nunc uero nihil aliud eſt quam alienæ uirtutis iactantia & immoderata quædam dicendi faciendique omnia libertas.Gaius homo iudicio ſuo & ingenioſus eſt & nõ parum doctus.Is ad te accedit quomodo ipſum magnifacias.Ego uero neminem cognoſco cui magis comicum illud conueniat.Azinus:ſtipes:plumbeus:lapis:& ſiquid deterius eſt.Non poſſum non ſtomachari quotiens mentem ſubit inquinatiſſima uita huius tui tabellionis:qui ſi tibi ſatis notus eſſet(crede mihi)hunc hominem in primis fugeres.Eſt enim luxuria præditus:qui diem ſomno:noctem uero ĩter ebrietates & uiliſſimas mulierculas conſumit.Facio rem mihi inſolitam:cum apud te mores cuiuſq; hominis accuſo:ſed qa ſpero te ita de me ſentire:ut nihil noui a me ſine cauſa fiat:non dubito ea libere dicere: quæ de Lucii uita ſentiam:multos non negabo me cognouiſſe homines impudicos:fruges(ut aiunt)natos conſumere:neminem tamen habeo cuius uita magis turpi luxuria deperdita ſit atque inclinata: q̃ hominis de quo ſtatim dixi.Nam omnis eius uita eſt in patellis & uino amat uictum & aginam: nunquam ſine ſcortis uiuit.Si rem te dignam & mihi gratiſſimam cupis facere:uide ne ullam tibi æſtimationem facias de homine qui ad te uenit.Eſt enim adeo torpens & in omnibus rebus deſes: ut etiam in hiis quæ aliquando recte didicit nunquam ullam rem perficiat.Tenetur enim tãta ſegnitia atq; torpore ut homine illo nullam credam teſtitudinem inceſſu tardiorem eſſe. Nunq̃ te illi tuto comitas: quem in ſua re ceſſare ac frigere uideas:quo in uitio ſiquis eſt qui frequẽs ſit:is certe eſt qui nũc apud te maxime cõtendit:ut fortunas tuas curæ ſuæ committas.Noli ergo ſi me amas:ĩmo ſi te carũ habes:te committere huiuſmodi hominibus:quorum omnis oratio blanda eſt:facta uero aut inſidiarũ plena:aut longe ab oratione eorum diſſidentia.Cogor enim de ſalute tua ac de omnibus fortunis ſollicitus eſſe:quod minime facerem:niſi te maxime colerem.Scio iam annum tertium agi poſtquã Papiam litterarum cauſa profectus fuiſti:quid egeris hoc tanto tempore quantumue profeceris:non latet amicos tuos:utinam hæc ſumma eſſet iactura quæ tantum ad opes attinet: illud multo deterius eſt q; hoc totũ tẽpus ad digitos fluxit:nec intelliges multos ex æqualibus tuis iã egregie doctos atq;

eruditos esse. Si te aliquando litteris meis reprehendi: & quid de te ciues tui sentiant scripsi. Dicis me tibi fabulas narrare: & esse nimis grauem atq; molestum. nec satis attendere quid ætas adolescentium ferat. Illud autem uideo: neminem fere ac nostra ætate iueniri: qui diuersa studia eodem tempore nō sequatur: non quo magis proficiant: sed ut hominibus doctiores uideantur. mihi uero cum in omnibus rebus: tum maxime in disciplinis semper maximo odio fuit ambitio hæc: eorum opinionem probo: qui se malunt uideri quam esse. quod uitium hodierno die ita usitatum & frequens est: ut nemo sit qui non magis ad opinionem multorum quam ad ueritatem studia sua referat. Tu uero quoniam bene a natura institutus mihi uideris: magis curabis quid de studiis tuis sentias: q̄ quid alii iudicent. Nam plurimum refert: an uera laus de nobis prædicetur: an falsa & inanis sit gloria nostra. Illa enim suas habet radices: ista uero potius hominum sermone fulta est q̄ suis uiribus. Cogita ergo non posse unius hominis famam diuturnam esse: quæ nulla aut uera aut honesta causa constat. Siquid est quod ego ullo tempore apud te magno studio contenderim: nunc a te hoc etiam atque etiam exigo: ut pro nostra amicicia legas animo attētissimo ea de quibus hodierno die ad te scribo. Sæpe ut scis te admonui: ut famam tuam non negligeres: prospiceresque tibi in futurum: tu uero id negligētius adhuc tulisti: sed nisi tibi aduigilaueris: uideo non longe a te abesse periculum. Inquiunt enim homines te neq; modesto sumptu neque honestis hominibus uti. Sæpe ad te scripsi ne uelis in tua re negligens esse aut minus cautus quam oportet. sed uerba mea nescio quomodo adhuc pro ioco & ludo habuisti: nec uideris curare quid ego aut cæteri amici tui de te opinentur. has ad te litteras ultimas dare constitui: quibus si obsecutus fueris: tibi uni bene consules. sin uero perseueraueris pergere quo cæpisti consilium non est: tua stulticia meipsum excruciare animo. Ego enim (ut aiunt) in portu nauigo. tibi (mihi crede) ludus iste luditur. Si mihi fidem habueris: gaudebo mediusfidius magis tua q̄ mea causa. Quod si in opinione tua pstabis: ego meo in te officio perfunctus ero: tu uero lues. Nunc uero ne te non admonitum a me dicas: scribo omnes amicos atq; necessarios tuos a te auersos esse: neq; ullam rerum tuarum uelle deinceps curam agere: ego adhuc resto: quem ut uideo a tuo amore ac beniuolētia extrudes. Tu quid tibi conueniat etiam atq; etiam uidebis. Ego te amabo si confirmaueris iudicium quod de te feci: si minus habebis me tibi summum aduersarium: qui te plurimum ad hanc uitam
A ante omnes hortatus fui. Hæc ex Gasparino. Habeo scriptorem rudis ingenii & moribus rusticanis. Iam quattuor mensibus nihil aliud ago quam eum docere ut discat scribere: sed uereor ne litus arem. scribit modo Valerium in quo experietur ruditatem suam: sed in diem fit stultior. Itaq; clamo: intono: iurgo: increpo: sed is habet aures pioatas: plumbeus: cautes: stipes: azinus. & siquid stolidus inepti usq; dici potest. Dii eum perdant. obligatus est mecum biennio: forsan corrigetur. Scribis cancellarium depositum esse ab officio: honorificentius deposuisset post q̄ sentiebat se oppugnari. Poggius Florentinus. Nimis diu iacuimus in uitiis unde erui difficile erit: nō inquinati solum: sed pene infecti. Errauimus docti pariter & indocti: sed doctorum hominum maior est culpa qui eorum doctrina tā male abutuntur. Diligentius enim loqui q̄ uiuere didicerunt. Idem. Expediti circa uitia: nunc circa res aduersas tam reipu. q̄ priuatæ curauimus elaborare.

Circa bellum & perturbatum reip. statum: & circa res aduersas hominis priuati. s. mortem & similia. Et ubi de his dolemus: aut quem solamur. M. T. C. Clausulæ incipiunt.

Iuem mehercule non puto esse qui temporibus his redire possit. profecto uides quāta uis in rep. temporum sit: quanta uarietas rerum: q̄ incerti exitus: q̄ flebiles hominum uoluntates: quid insidiarum: quid uanitatis in uita sit: nō dubito quin cogites. libro. ii. Epistola. vii.

Magno dolore me affecissent tuæ litteræ: nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes molestias & diuturna desperatiōe rerū obduruisset animus ad doloré nouū. Epistola. xvi. Vtinā Serui salutis rebus (sic enim est loquendū) colloqui potuissemus inter nos: profecto aliquid opis occidenti reip. tulissemus. libro. iiii. Epistola. i. Res uides quomodo habeat: orbem terrarū īperiis distributū ardere bello urbē sine legibus: sine iudiciis: sine iure: sine fide relictā direptioni & incendiis. Itaque mihi uenire in mentē nihil potest: non modo quid sperē: sed uix iam quid audeā optare. Sin aūt tibi homini prudentissimo uidetur utile esse nos colloqui: quanq̄ longius etiā cogitabā ab urbe discedere: cuius etiā nomen inuitus audio: tamen propius accedē. Epistola eadē. Tanta perturbatio & confusio rerū est: ita p̄clusa & prostrata fœdissimo bello iacent omnia: ut is cuique locus ubi ipse sit miserrimus esse uideatur. Epistola. iiii. Posteaq̄ mihi renunciatū est de obitu Tulliæ filiæ tuæ: sane q̄ pro eo ac debui moleste tuli: communemque eam calamitatem existimaui: qui si istic affuissem: neque tibi defuissem: corāque tibi doloré meū declarassem. Etsi genus hoc cōsolationis miserum atque acerbum est: propterea quia per quos ea fieri debent propinquos ac familiares: ipsi pari molestia afficiuntur: neque sine lachrimis multis id conari possunt: ut magis ipsi uideantur aliorū consolatione indigere: quā aliis posse præstare suū officiū: tamen quæ in præsentia in mentē mihi uenerunt: decreui breui ad te perscribere: nō q̄ ea te fugere existimem: sed q̄ forsitan dolore īpeditus: minus ea perspicias. Quid est q̄ tantopere te cōmoueat tuus dolor intestinus. Epistola. v. In unius mulierculæ animula si iactura facta est tātopere cōmoueris: q̄ si non hoc tēpore diē suū obiisset: paucis post annis tamen ei moriendū fuit: quoniā homo nata fuerat. Eadē. Noli te obliuisci Ciceronē esse: & eū qui aliis consueris præcipere & dare consiliū: neq; imitare malos medicos qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiā: ipsi se

curare non poſſunt:ſed potius quæ aliis tute præcipere ſoles:tute tibi ſubiice:atque apud animũ ꝓpo
ne.Nullus dolor eſt quẽ lõginquitas tẽporis nõ minuat ac molliat.Eadẽ.Plura me ad te de hac re ſcri
bere pudet:ne uidear prudentiæ tuæ diffidere.Quare ſi hoc unũ propoſuero finẽ faciã ſcribẽdi. Vidi
mus aliquotiens ſecundã pulcherrime te ferre fortunã:magnãq; ex ea re te laudẽ adipiſci:fac aliquan-
dõ ītelligamus aduerſam quoq; te æque ferre poſſe:neq; id maius q̃ debeat tibi onus uideri:ne ex om
nibus uirtutibus tibi hæc una uideat deeſſe.Quod ad me attinet:cũ te trãquilliorẽ animo eẽ cogno-
ro:de his rebus quæ hic geruntur quẽadmodũ ꝓuincia habeat certiorẽ faciã.Eadẽ. Ego uero uellem
Serui ut ſcribis in meo grauiſſimo caſu affuiſſes:quantũ me præſentia enĩ adiuuare potueris & cõſu-
lendo & prope æque dolendo:facile ex eo intelligo:q; litteris lectis aliquãtulum acquieui. Nam & ea
ſcripſiſti quæ leuare luctum poſſent:& in me conſolando nõ mediocrẽ ipſe animi dolorẽ adhibuiſti.
Epiſtola.vi.Neq; monere te audeo præſtanti prudẽtia uirũ:nec cõfirmare maximi animi hominẽ ui-
rumq; fortiſſimũ:cõſolari uero nullo modo. Nã ſi ea quæ acciderũt ita fers ut audio gratulari magis
uirtuti debeo q̃ cõſolari doloꝛ tuũ.Sin te tanta mala reip.frãgunt:nõ ita abundo ingenio ut te cõſo-
ler:cũ ipſe me non poſſim.Epiſtola.viii.Itaq; oĩbus his rebus quibus orbis & natura & uoluntas & cõ
ſuetudo aſſuefecerat:cũ cæteris ut quidẽ uideor.tamen mihi ipſe diſpliceo. Natus enĩ ad augẽdũ ſem
per aliquid dignũ uiro:nunc nõ modo agẽdi rõnem nullã habeo:ſed ne cogitãdi quidẽ. Epiſtola.xiii.
Reliquũ ẽ ut conſoler & afferã rationes quibus te a moleſtiis coner abducere. At ea quidem facultas
uel tui uel alterius cõſolãdi in te ſumma eſt:ſi unq; in ullo fuit. Itaq; partẽ eã quæ ab exquiſita quadã
rõne & doctrina proficiſcitur nõ attingã:tibi totũ relinquã.Quid ſit forti & ſapiẽti homine dignum:
quid grauitas:quid altitudo animi:quid acta tua uita:quid ſtudia:quid artes:quibus a pueritia floruiſ-
ti:a te flagitent tu uidebis.Ego quod intelligere & ſentire:quia ſum Romæ: & quia talia curo atten-
do quæ poſſum:id tibi affirmo te in iſtis moleſtiis in quibus ex hoc tẽpore non diutius futurũ.Eadẽ.
Extremũ illud eſt ut te horter & obſecrẽ aĩo ut maxĩo ſis:nec ea ſolũ memineris quæ ab aliis magnis
uiris accepiſti:ſed illa etiã quæ ipſe ingenio ſtudioq; peperiſti:quæ ſi colliges & ſperabis oĩa optime &
quæ accident qualiacũq; erunt ſapienter feres.Sed hoc tu melius uel optime omniũ.Eadẽ. Ego dolo
ri tuo nõ ſolum ignoſco:ſed ſummã etiã laudẽ tribuo.Meus enĩ ſenſus quanta uis fraterni ſit amoris
admonet.A te peto ut tu quoq; te iudicẽ dolori meo præbeas: ſi acerbe: ſi crudeliter: ſi ſine cã a tuis
ſum oppugnatus.libro.v.Epiſtola.ii.Habet enim præteriti doloris ſecura recordatio delectationem.
Epiſtola.xii.Circũſpice oĩa mẽbra reip.quæ notiſſima ſunt tibi:nullũ reperies,pfecto quod nõ fractũ
debilitatũue ſit.quæ proſequerer:ſi aut melius ea uideꝛẽ q̃ tu uides:aut cõmemorare poſſem ſine do-
lore:quanq̃ tuis monitis præceptiſq; oĩs abiiciendus eſt dolor:ergo & domeſtica feremus ut cenſes:&
publica etiã paulo fortius fortaſſe:q̃ tuipſe qui præcipis.Epiſtola.xiii. Ignoſces mihi de meipſo aliqd
prædicanti.Quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine uoluiſti:earum etiam cõme-
moratione lenimur.Itaq; ut mones quantum potero me ab omnibus moleſtiis & angoribus abducã:
tranſferamque animum ad ea quibus ſecundæ res ornantur:aduerſæ adiuuantur. Eadem.Etſi unus
ex omnibus minime ſum ad te conſolandum accommodatus:q; tantum ex tuis moleſtiis cœpi dolo-
ris:ut conſolatione ipſe egerem:tamen cũ longius a ſummi luctus acerbitate meus abeſſet dolor quã
tuus:ſtatui noſtræ neceſſitudinis eſſe meæque in te beniuolentiæ : non tacere in tãto tuo mœrore tã
diu:ſed adhibere aliquam modicam conſolationem quæ leuare tuum dolorem poſſet:ſi minus ſana-
re potuiſſet.Eſt autem conſolatio peruulgata quidem illa maxime: quam ſemper in ore atq; i animo
habere debemus:homines ut nos eſſe meminerimus ea lege natos:ut omnibus telis fortunæ propoſi
ta ſit uita noſtra:neq; eſſe recuſandum quo minus ea qua nati ſumus conditione uiuamus : neue tam
grauiter eos caſus feramus:quos nullo conſilio uitare poſſumus euentiſq; aliorum memoria repeten
dis:nil accidiſſe noui nobis cogitemus.Epiſtola.xvi.Quamobrem omnibus officiis amiciciæ diligen
ter a me ſancteque ſeruatis:ne hoc quidem prætermittendum duxi:te ut hortarer rogaremque : ut &
hominem te & uirum eſſe meminiſſes. id eſt ut & communem ĩcertumq; caſum: quem neque uitare
quiſq̃ noſtrum:neq; præſtare ullo pacto poteſt:ſapiẽter ferres:& dolori fortiter ac fortunæ reſiſteres:
cogitareſq; & ĩ noſtra ciuitate & in cæteris quæ rerum potitæ ſunt multis fortiſſimis atq; optimis ui
ris iniuſtis iudiciis tales caſus incidiſſe.Epiſtola.xvii. Etſi egomet qui te conſolari cupio conſolandus
ipſe ſim:propterea q; nullam rem grauius iamdiu tuli q̃ incommodum tuum:tamẽ magnopere te nõ
hortor ſolum:ſed etiam pro amore noſtro rogo atq; oro:te ut colligas uirumq; præbeas:& qua cõdi-
tione omnes homines:& quibus temporibus nati ſumus cogites.Plus tibi tua uirtus dedit q̃ fortuna
abſtulit.Epiſtola.xviii.Omnibus his de cauſis debes iſtam moleſtiam q̃leuiſſime ferre : meus animus
erit in te liberoſque tuos ſemper quem tu eſſe uis:& qui eſſe debet.Eadem.Hoc loco ſi uideor augere
dolorem tuum quem conſolando leuare debeam: fateor me communem malorum conſolationem
nullã inuenire præter illam:quæ eam ſi poſſis ſuſcipere maxima eſt:quaq; ego quottidie magis utor:
conſcientiam recte uoluntatis maximam eſſe conſolationem rerum incommodarum:nec eſſe ullum
magnum malum præter culpam:a qua quando tantum abſumus:ut etiam optime ſenſerimus: euen-
tuſq; magis noſtri conſilii q̃ conſilium repræhẽdatur:& quando præſtitimus quod debuimus: mode
rate quod euenit feramus.libro.vi.Epiſtola.iiii.Etſi tali tuo tempore me aut conſolandi: aut iuuandi
tui cauſa ſcribere ad te aliquid pro noſtra amicicia oportebat:tamen adhuc id non fecerim:quia neq;

lenire uidebar oratione: neque leuare posse dolorem tuum, postea uero q̃ magnã spem habere cæpi: fore ut te breui tempore incolumẽ haberemus: facere non potui quin tibi & sententiam & uolũtatẽ declararẽ meam. Epistola. xiii. Nunc uero euersis omnibus rebus cum cõsilio nihil perfici possit: una ratio uidet quicquid euenerit ferre moderate: præsertim cũ omniũ rerum mors sit extremum: & mihi sim cõscius: me quoad licuerit dignati reip. cõsuluisse. & hac missa salutẽ retinere noluisse. hæc scripsi nõ ut de me ipse diceré: sed ut tu qui cõiunctissima fuisti mecũ & sentẽtia & uolũtate eadẽ cogitares. Magna enim cõsolatio est: cũ ea recordare etiãsi secus acciderit: te tamẽ recte uereque sensisse. Atq; ut liceat aliquando aliquo reip. statu nos frui: inter nosq; cõferre sollicitudines nostras quas pertulimus tamẽ cũ timidi putamur quia dicebamus ea futura quæ facta sunt. De tuis rebus nihil esse qđ timeas præter uniuersæ reip. interitũ tibi cõfirmo. De mea autem sic uelim iudices quantũ ego possim me tibi: saluti tuæ: liberisq; tuis summo cũ studio presto semper futurũ. Epistola. xxi. Ex omnibus aũt his quæ dixi incõmodis nihil tollerabilius exilio præsertim ĩnocẽti ubi nulla adiuncta est turpitudo. Addo etiam cũ ea urbe careas: in qua nihil sit quod uidere possis sine dolore. libro. vii. Epistola. iii. Cũ decimũ iam diẽ grauiter ex intestinis laborarẽ: neque his qui mea opa uti uolebãt me probarẽ non uale re: quia febrim nõ haberẽ fugi in Tusculanũ. cum quidã biduũ ita ieiunus fuissem: ut neque aquã quidem gustarem. Itaque confectus langore & fame magis tuũ officiũ desiderarem. q̃ a te requiri putaui meũ. Epistola. xxvii. Casum quo sum grauissime afflictus ferrẽ certe moderatius: si te haberem. Nã & oratio tua prudens & amor erga me singularis multũ leuaret: sed quoniã breui tẽpore ut opinio nra est te sum uisurus: ita me affectũ offendes: ut multũ a te possim iuuari: nõ quod ita sim fractus: ut aut me hoiem esse oblitus sim: aut fortunæ succumbendũ putẽ. sed tamen illa hilaritas nostra & suauitas quæ te præter cæteros delectabat: erepta mihi ois est: firmitatẽ tamen & cõstantiã si modo aliquãdo fuit ĩ nobis: eandẽ cognosces quã reliquisti. libro. ix. Epistola. xi. Incidit ĩ eaipsa mala quæ summo studio uitauerat. Oppressus est enĩ bello repentino. Epistola. xiii. Quæ põt. n. spes esse in ea rep. ĩ qua hominis ipudentissimi armis oppssa sunt oia: & ĩ qua nec senatus nec populus uim habet ullã: nec leges ullæ sunt nec iudicia: nec oino simulacrũ aliquod ac uestigiũ ciuitatis. libro. x. Epistola prima. Primo ita pugnatũ est ut acrius nõ posset ex utraq; parte pugnari. Epistola. xxx. Quo tardius certior fierem de pliis apud Mutinã factis Lepidus effecit: qui meos tabellarios nouã dies retinuit: tãetsi tãtã calamitatẽ reip. q̃ tardissime audire optandũ est. s. illis qui pdesse nihil possunt neq; mederi. Epistola. xxxiii. Nã neq; deesse: neq; supersse reip. uolo: maxime tamẽ doleo adeo & longo & ifesto itinere ad me uenire: ut die quadragessimo post aut ultra etiã quæ facta sunt oia nuncient. Eadẽ. Quod ad bellũ hoc attinet nec senatui nec reip. deerimus. quæ postea egerimus faciã te certiorẽ. Epistola. xxxiiii. Pãsa amisso quantum detrimentum. resp. acceperit: non te præteriit. Nunc autoritate & prudẽtia tua prospicias oportet: ne inimici nostri cõsulibus sublatis sperẽt se cõualescere posse. libro. xi. Epistola. ix. Sed bellũ istic renatũ mirant hoies: nihil tã præter spẽ unquã. Epistola. xiiii. Núc uero cũ sim cum tironibus egentissimis: ualde & meã & uestrã uicẽ doleã necesse est. Epistola. xix. Ego nisi ualde necesse fuerit ex Italia nõ excedã. legiones armo. paro spero me nõ pessimũ exercitum habiturũ ad omnis casus & ipetus hominum. Epistola. xx. O rem miseram: dominum ferre nõ potuimus cum seruo seruimus: & tamen me quidem fauente magis q̃ sperante. libro. xii. Epistola. iii. Seruii Supplicii morte magnum præsidium amissimus. Reliqui partim inertes: partim improbi. Epistola. v. Sin (quod dii omnes auertant) oppressus ibi erit: omnis hominũ cursus est ad nos. pinde fac animũ tantum habeas tantũq; apparatum quantũ opus est ad uniuersam remp. recuperãdã. Epistola. vi. Vt enĩ grauius egrotant hi qui cũ leuati morbo uident: in eũ de integro inciderunt. sic uæhementius nos laboramus qui profligato bello & pene sublato renouatũ bellũ gerere conamur. Epistola ultima. Non queo reliqua scribere: tãta uis lachrimarũ est: neq; te in eundem fletum adducam. libro. xiiii. Epistola. i. Ad te uero & nostram Tulliolam nõ queo sine plurimis lachrimis scribere. Vos enĩ uideo esse miserrimas: quas: ego beatissimas semper esse uolui. Epistola. ii. A te quidẽ omnia fieri fortissime & amantissime uideo: nec miror: sed mœreo casum huiusmodi: ut tantis tuis miseriis meæ miseriæ subleuentur. Nam ad me Publius Valerius homo officiosus scripsit. Id quod ego maximo cũ fletu legi: quẽadmodũ a uesta ad tabulam Valeriã ducta esses. Hem mea lux: meũ desideriũ unde omnes opem petere solebant: te nunc mea Terentia sic uexari: sic iacere in lachrimis & sordibus: idq; fieri mea culpa q̃ cæteros seruaui: ut nos periremus. Eadem. Accepi ab Aristocrito tris epistolas: quas ego lachrimis prope deleui. Cõfitior enĩ mœrore mea Terentia: nec meæ me miseriæ magis excruciãt q̃ tuæ uestræq;. Ego aũt hoc miserior sum: quã tu quæ es miserrima: q̃ ipsa calamitas cõmunis utriusq; nostrũ: sed culpa mea propria est. Epistola. iii. Nam mihi ante oculos dies nocteq; uersatur squalor uester & mœror: & infirmitas ualetudinis tuæ. Spes autem salutis pertenuis ostẽditur. Inimici sunt multi: inuidi pene omnes. Eadem. Non queo iam plura scribere impedit mœror. Epistola. iiii. Omnis molestias & solicitudines quibus te miserrimam habui (id quod mihi molestissimũ est) Tulliolãq;: quæ nobis nostra uita dulcior est deposui & eieci. Epistola. vii. Ad cæteras meas miserias accessit dolor de Dolobellæ & Tulliæ ualetudine: omnino de omnibus rebus: ne quid cõsilii capiam: nec quid faciam scio. Tu uelim tuam & Tulliæ ualetudinem cures. Vále. Epistola. ix. In maximis meis doloribus excruciat me ualetudo Tulliæ nostræ: de q̃ nihil est quod ad te plura scribam. Tibi. n. æque magnæ curæ esse certe scio. Epistola. xix. Etsi oportu

nitatem operæ tuæ omnibus locis desidero. tamen non tam mea quã tua causa doleo te nõ ualere. Sed cum in quartanam conuersa uis morbi est(sic enim scribit Curius)spero te diligẽtia adhibita ẽt firmiorem fore.modo fac id quod est humanitatis tuæ:nequid aliud cures hoc tempore: nisi ut quã cõmodissime conualescas.Non ignoro quantum ex desiderio labores:sed erũt omnia facillima si uelebis.Festinare te nolo:ne nauseæ molestiã suscipias æger & periculosa hieme nauiges.libro.xvi.Epistola.x.Quo in discrimine uersẽt salus mea & bonorum omnium atque uniuersæ reip.ex eo scire potes:q̃ domos nostras & patriam ipsam uel deripiendam uel inflammandam reliquimus.In eum locũ res deducta est:ut nisi quis deus uel casus aliquis subuenerit:salui esse nequeamus. Epistola.xi.Incredibili sum sollicitudine turbatus de tua ualetudíe:qua si me liberaris:ego te omni cura liberabo.Epistola.xiii.Menandrius postridie ad me uenit ultra quã expectarẽ.Itaque habui noctẽ plenam timoris ac miseriæ.Tuis litteris nihilo sum factus certior quomodo te haberes:sed tamen sum recreatus.Epistola.xiiii.Hæc ex Tullio:nunc circa idem uideamus ex Gasparino Pergamensi.

Ad Idem.

Itteræ tuæ tantã attulerũt molestiam animo meo ut nullo tẽpore maiori in mœrore fuerim.Cum enim eo perducta sit fortũa nostræ reip.ut iam nihil præsidii possit ab hominibus expectari:maxime timendũ est ne diuino & nostro auxilio priuati simus.Gasparinus. B

Epistolam tuam plenam reꝝ nouaꝝ accepi. Miseret me conditionis & status tot magnificarum urbium atq̃ populoꝝ prouinciæ uestræ Quãtũ sim tuis litteris cõmotus:melius ab amicis & necessariis tuis ítelliges.Nihil enim puto in nostra rep.esse quod sit molestius ferendũ:q̃ pro benefactis nostris malefacta referri:nõ tamen odio malorum nostra innocentia est deponenda: sed eo studiosius in remp.incumbendum:quo plures inueniunt qui uel inuidia uel aliquo dolore in nostra studia inuehuntur.Multa habeo quæ me uæhementer excruciant: sed nihil tamen est quo magis angar q̃ q̃ in urbe nostra nullum uideo locum esse humanitati atq̃ clæmentiæ.Mouet me plurimum ea factio quam oriri uideo in urbe nostra: cui nisi occurrat profecto erumpet in aliquod magnum malũ bonorum ciuium.Huius autẽ proditionis quis sit autor &si putem nos multis signis intelligere posse:tamen aperte cognoscetis ex eo quẽ cũ litteris meis ad uos mãdo.Narrarẽ hoc loco tibi quo in statu essem:nisi & dolor me præpediret:& tu is esses qui fortunam meã satis nosses. Plura iam ad te præ lachrimis scribere non possum:sed tu officio tuo ac pietate in me fungere.Cupis ex me scire quo í sta tu res nostræ sint.Caput est q̃ si omnes homines in excidium nostrũ coniurassent: uix deteriori loco esse possemus.Nisi aliud habeas noli mihi suasor esse in ea re quæ mihi posset plura q̃ credis: non solum incommoda:sed etiã uitæ meæ pericula afferre.Cũ fortuna olim abstulisset:mors nouissime omnes mihi amicos & necessarios absumpsit:nihil igitur habeo cur diutius in uita aut manere uelim aut debeam:nisi aliqua mihi spes oriatur.Amisi quidem uno tempore opes:amicos:dignitates patriam:& necessarios meos:uagorq̃ per alienas terras exul:inops:mendicus:& quod mihi durissimum est omnibus ignotus.nihil itaq̃ optatius q̃ mors.Et quoniam humana præsidia res nostras destituerunt cogimur(quod in tempestate sæpe nautis accidit)omnia consilia nostra: omnem spem atq̃ cogitationem ad deũ referre:ad quam rem consequendam nobis eris & adiutor & socius.Quãuis enim deus uideatur auertisse animum & aures a nostris præcibus tamen speramus clæmẽtiam suam mutaturam esse in melius mala:quibus conflictamur & pene conficimur.Illud uelim scias:paulo minus hac tua iactura me esse animo cõmotum:q̃ si in parte fortunarum meaꝝ damnum factum esset. Ita enĩ semper de te iudicaui:nihil posse tibi accidere quod nõ mihi proprium esset: quod ego arbitror multis olim te signis perspexisse.Neminem hodierno die uiuere puto qui me uno infortunatior sit. Tanta enim me circunstant ícommoda ut nullum ego exitum illis uideam: nisi quem mors mihi attulerit. Nam ita miser sum ut iam nõ habeat fortuna ubi possit me ferre.hoc ita uelim mihi credas:ut ex oraculo Pythii Apollinis nõ certius edictum putes.Tanto me dolore tuæ litteræ affecerunt:ut ego ipse maxima consolatione egeam.Nam ut semper in rebus lætis nostri sensus conueniebant ita posteaq̃ illa perturbata atque abiecta sunt:quibus diu inter ciues tuos floreris:non minorem animo perturbationem sentio: ac si omnia rebus meis accidissent:quanq̃ quid magis potest meum dici:q̃ quicquid tuum est. Habebis ergo magis me tuarum erũnarum socium atque participem q̃ consolatorem. Etsi dolendo mœror leuatur:quãuis hoc genus consolationis per alienum sit:nihil in tuo dolore minuẽdo prætermittam.Facies ergo quod ego in hoc tuo dolore maxime cupio:stabis animo erecto:& perferẽdo uinces fortunam:quæ te prius uicerat.Si hoc feceris:maiorem certe gloriã ex tua uictoria: q̃ ex oibus rebus iacturam referes.Commisereor equidem tibi:& aliquando acerbius huiusce tuæ calamitatis indignitatem fero quam tu ipse:perferrẽque molestius nisi ea te uirtute cognoscerem quæ tibi satis præsidii afferret.Non satis possum ad te scribere quantã ægritudinem animo meo perceperim:de his rumoribus qui falso de te dissipati sunt.Nunc te uere diligere mihi uideor: cum audio quo animo hũc acerbissimum casum tuum feras.Quod enim maxima & plurima uitæ ornamenta inter pauciss̃imos dies amiseris:fortunæ fuit.Quod autem infracto sis & magnanimo hoc est constantiæ & forti udís tuæ.Eo res meæ perductæ sunt:ut iam pluribus incommodis uitæ affectus sim: quã uel ipsi etiã inimici mei sperare ausi sunt.Non habeo ad quẽ potius me cõuertã q̃ ad teipsum: qui me ualde amãdo id effecisti:ut solus in me consolando magis apud me ualeas q̃ cæteri oẽs amici.Maiora sunt iam ícõ-

moda mea: q̃ ut eis quiſquam poſſit mederi, unum tamen habeo in his malis remedium: q̃ ea non diu ſunt a me præferenda. Spero quidem cito: mors me ab his abſoluet. Quid enim eſt q̃ me iam uiuere delectet? aut cui ſpei me reſeruo? Si omnes homines ſimul affinitate colligarentur: uix mihi poſſent eſſe auxilio. Sed hoc ī his malis meis fruor ſolacio: q̃ ſine cuiuſquam hominis iniuria uixi. Nolui te ærumnas meas ignorare, qui ſiquid unquã iucundi in uita habui: ſemper mihi conſcius fuiſti. Quã graue mihi ſit in ſenectute propter inopiam ſeruire: facile potes ex te & aliis cõiecturã facere. Sed hoc inter nos refert: q̃ tu paupertati aſſuetus es: ego uero cum in maximo ſplendore & abundantia fortunæ ſemper uixerim non poſſum iugum iſtud perferre. Cæteris fortaſſe memoria rerũ proſperarũ moleſta eſt: ego uero non ſolũ hoc malo crutior: ſed ẽt cum huiuſmodi incõmodorum nũquã expertus fuerim: eo minus patientiam poſſum habere. Vtinam aut in hac miſeria natus eſſem aut q̃ beate uixerim nunq̃ meminiſſem. Quo in ſtatu fuerim: aut in quo nunc poſitus ſim: nõ te puto ignorare, illud autem me perturbat maxime q̃ neq; animus neq; conſiliũ eſt mihi: quo poſſim me iuuare. Non ſum enim ſic a natura inſtitutus: ut dolorem meum poſſim diſſimulare: neq; ſub his præceptoribus educatus: ut paupertatẽ meã fortiter pati poſſim. Scis q̃ molliter fuerim a parẽtibus meis nutritus: nũ quam ſperare poterã huc indignitatis peruenturũ iri. Si uitio meo quod multis accidere uideo ad inopiã redactus eſſem: aliquanto fortunã meã æquiori animo præferrẽ, ſed cũ oĩa præter mea ſtudia bene multis faciendo aduerſa ceciderint: nõ ſatis poſſum mihi acquieſcere. Si illũ inopiæ meæ finẽ aut præſidium futurũ ſperarẽ: nihil tam durum poſſet in hac mea fortuna eſſe: quod magno & incõcuſſo animo non perferrẽ. ſed cum nulla prorſus me ſpes habeat: q̃d eſt q̃ in uita diutius manere cupiã. Solebam amicos meos a die natali numerare: ut intelligerẽ quantũ temporis ſecũdum naturam mihi reſtaret: tunc maxime uiuendi cupidus eram: cũ nihil erat cur uitam accuſarem: nunc uero nihil mihi prolixius annis uideẽ. Quo me credis animo eſſe: cum fortunas meas ab omnibus amicis deſtitui intelligo: quæ res ita me perturbat: ut mihiipſi immutatus eſſe uidear: nõ expectabã ut qui ſemper officio meo illos iuuiſſem: nunc ſimul ab his omnibus deſtitutus eſſem. Tandẽ ex magna ſollicitudĩe ac metu liberatus ſum. Spero te multorũ ſermone & litteris intellexiſſe: me dum iter hetruriæ peragerẽ quo peterem urbem Romam in quoſdam incidiſſe qui aſſiduis latrociniis ĩeſtabant eam prouinciã: & fere omnes uiarum aditus occupabant, putabã in manus carnificũ ueniſſe qui me multis modis excruciarent. Ego uero cũ animũ pararem ad fortiter p̃ferendũ oẽs pœnas quas illi mihi inferre uoluiſſent: neq; iam illos quicq̃ rogarem: inueni apud eos maiorem pietatẽ: q̃ fuiſſem unq̃ auſus ab eis ſperare. Hæc ex Gaſpa. Plures his diebus a te mihi redditæ fuerũt epiſtolæ: omnes ferme commẽdaticie: quibus in reſpondendo tardior fui. Ignoſce præcor non occupationibus rerum agendarũ: quæ nullæ hoc tempore ſunt: ſed pturbationi & ægritudini quibus aſſidue mirũ in modũ diſcrutior. Eũ quippe in locum res deductas cerno: ut neceſſarium ſit mœrore confici & quaſi conſternari amiſſis iam ſæpe ac in peius labentibus in diem rebus. Sed his ommiſſis quæ accuſari facilius q̃ emendari põſſunt breuiter reſpondebo. Leo. Aretinus. Nos ſumus hic continenter in armis: atq; eo fit ut minus attẽdere litteris queam. Tanta eſt enim Ro. populi inconſtantia ac peruerſitas: nullus ut relinquatur quieti locus. Heri ante lucem egreſſi urbem Romani cum quibuſdam auxiliaribus regis pontẽ moliũ occupare tentauerunt. Turrim ſuper eo ponte noſtri cuſtodiunt: nequis inuito põtifice tranſire poſſit. Væhementer ibi aliquot horis pugnatũ eſt. Tandẽ noſtris laborãtibus: ſubſidio miſſi equites Romanos in fugam uertere: paucis interfectis: frequentibus uulneratis. Illi in urbem reuerſi ſolita temeritate in capitolio conſiſtunt: multitudinem conuocant: feſtus erat dies, plebs ocioſa & uino calens: concurſat: ſumuntur raptim arma: uexilla promuntur: ad oppugnandas pontificis edes ire pergunt. Noſtri contra inſtare: parare tela, cohortari inſiſtere, expectare forti animo populi impetũ. Ante molem Adriani quæ male parata nobis eſt uallũ iacere. Nox denique certamẽ dirimit. Ea nocte uigiliæ per totã urbẽ factæ. Neſcio quẽ finem res ſit habitura. Tu gaude: & ſiquid de Piſis habes me certiorem fac. Idem. Si
B ſerius mi doctiſſime Karole ornatiſſimi atq; amãtiſſimi quondã mihi Laurentii noſtri: debitũ uirtuti munus præſtiti, q̃ eius in me officia poſtulabãt. nõ negligẽtiæ: nõ obliuioni tribuendũ eſt: ſed doloris magnitudini quẽ ex cariſſimi deq; me optime meriti uiri morte ſuſcepi. Tãtus. n. mœror: tãta uis ægritudinis mentẽ oppreſſit: ut quotienſcunq; animũ ad eius memoriã reuocarim: nõ ſcribẽdi facultatẽ, ſed lachrimarũ copiã ipſius recordatio mihi ſuppeditarit: quodq; imbecillis ſolet animis euenire ita ceſſerit dolori ratio ſcribendi: ut a tẽpore mœroris mitigatio fuerit expetẽda. Etenĩ quis tã durus uel potius ferreus eẽt qui fletũ & lachrimas in talis uiri atq; amici cõmẽoratõe cõtineret? Multa quippe diuerſorũ hominũ uulnera quottidie ante ocũlos obſeruãtur: ut nullius in obitu tanquã in re ſolita obſtupeſcere debeamus. ſed tamẽ maxĩa pars horũ hi ſunt, ut ĩcertũ ſit: uita ne illorũ morti potius. an mors uitæ fuerit p̃ferẽda. Viuãt. n. an ĩtereãt parũ ĩtereſſe mortaliũ uideẽ. At uero cũ morte obiit is cuius uita oĩbus cõfert: cuius ſalus multorũ ſaluti ãplectiẽ: cuius opes ac fortunæ ſemp amicis præſto fuere, q liberalitate atq; hũanitate oẽs antecellit: tũ demũ graue ac difficile ẽ nõ cõqueri. Quid. n. uita hominũ eẽt derelicta bonorũ tutela: ſpoliato amiciciæ fructu? quẽ unũ hẽmus tutiſſimũ portũ ĩ uariis caſibus q uidenẽ in uita hominũ cõſtituti? Etenĩ ſic ſentio nullũ eẽ dolorẽ q ad amicorũ dolorẽ accedat. Nã parẽtes: patres: filii: tũ boni: tũ mali quicũq; hi fuerĩt: natura tribuunẽ nobis. Quo fit ut eos p̃ſæpe odio hẽamus: nobis quoq; eorũ ĩteritus exoptẽ: Amicos uero noſipſi eligimus ſponte

noſtra q̄ ſunt nob/s cariſſimi:quoꝝ iucūditate cū priuamur:nulla uideť nobis uita eẽ iucūda. Quod ſi cui unq̄ in amici obitu dolore licuit:mihi certe licet:maxīe qui non ſolū dulciſſimo ac ſuauiſſimo amiciciæ fructu ſed meipſo uideor eẽ priuatus.Ille.n.parentū mihi cāritatẽ:amici officia: fratris beni uolentiā præſtabat.Ille meas curas ſuas eẽ dicebat.ille me opibus:pecūia:patrimonio ſubleuabat.Denicꝫ ea erat īter nos mutua caritas ac beniuolētia:ut illo uiuo nullā fortunā extimeſcens ſecurus reꝝ in tranquillo uidelicet portu uiderer quieſcere.Itaq; ſilentio meo cām præbuit non obliuio: ſed mœror grauis:qui diutius q̄ uellē tenebras quaſdā ita animo offudit: ut nulla adhuc concedať ſcribendi facultas Poggius Floré.Tuā inter legēdo epiſtolā nō mediocris iniecta mihi dubitatio ē:pluſne iucū ditatis attulerit:an acerbitatis.Nā cū Lamolam meū uita exceſſiſſe ſignificet: quē pro hominis inge- A nio:doctrina:uirtute ac ſtudioꝝ ſocietate:pietate ut filiū:caritate ut fratrem:ueneratōe ut natu maio rem amplectebar.amariſſimū animo uulnus accepi.Amico nāq; & ītimo familiari meoq; diutius do meſtico priuatus non acerbe mœreri non poſſum:cum longiore conſuetudīe permulta annoꝝ cur- ricula cōpatum amicū tā breuis hora & tp̄ris punctu īterceperit. Sed ceſſemus hōis morte lamentis ꝓſequi:cū ſpes melioris æui & fœlicioris habitaculi & nos gratulari iubeat.Guarinus Veronēſis.Lō B geua quidē pacis ſecuritas uenenū eſt reꝝ publicaꝝ.Tūc.n.pro uirtute ignauia:ꝓ īduſtria luxus:pro triūphis ciuiū diſcordia ſenſim obrepit.unde potētiſſimæ ac florētes urbes ſæpe numero euerſæ fun ditus & deletæ ſunt.Vt.n.bellū laudabile illud quidē qd' aſſumiť pacis & trāquillitatis cā:ſic pax & il la repudiāda & execrabilis quæ ciuitatē effæminet exiciū nutriat:hoſtes augeat: uictos ulciſcať. Cato uir ille oīum prudētiſſimus nūquā aīo induci potuit:ut optaret rēp.Romanoꝝ hoſte carere oīo: ue- ritus ne ſublato hoſtiū metu Romanū illud robur atq; armoꝝ peritia ī ſocordiā abiret atq; luxuriā: domi quidē hoſtis id ē uoluptas ea ſane perniciōſiſſima ē:eoq; magis ꝑiculū atq; diſcrimē: quo fami- liarius bellū.Si igiť armoꝝ exercitatio:diſciplīa caſtroꝝ:uſuſq; miliciæ Romanos orbis terraꝝ domi nos fecit:& euexit ad cœlū:iā quantū exercitatio cōducat reip.uidetis:tū ad parandā gloriā: tū etiam ad cōſeruādā.Qua ex re uīm hoc tā longeū ociū & exoſam ſemp maioribus nr̄is lentitudinē: nō poſ- ſum nō uæhementer odiſſe:ueritus iā nobis poſſe cōtingere qd' abomīor:ea quæ & amplioribus atq; potētioribus ꝑ ignauiā accidiſſe ciuitatibus legi.Nemo quidē bello aut aliqua iniuria laceſſere aude- bit:qué accinctū ad obſiſtendū:tū ad uindicādū expeditū &,pmptum ītellexerit.Alioquī ī rebus bel- licis celeritas multo magis q̄ uirtus & fortitudo ,pdeſſe cōſueuit.Nulla res alia magis Philippū Mace doniæ regē uictorē.& ſæpe triūphantē effecit:q̄ celeritas ipſa & præuentio reꝝ agendaꝝ.Quid ē per īmortales deos uiri genuēſes?Cur nō putē atq; uaticiner uos uictores atq; fœlices euaſuros:quos ſciā fortes cōtra timidos:ſtrenues cōtra ignauos:iuſtos cōtra iniuſtos. dēicq; bellatores cōtra mercatores fore dimicaturos.Anto.Parno.Profuit certe nobis hoſtē labi:q; cū eēt cōflictādū:ne forte nimio ocio C atq; inertia nr̄a iuuētus emarceſceret aut cæteroꝝ animi ex maxīa trāquillitate torpētiores euaderēt Reor itaq; nr̄o hoſti debere plurimū q; ciues meos honeſtis q̄ artibus domi operā nauabāt. ab uſu ar moꝝ abhorētes.oī certamīs genere ex frequentibus præliis iā eruditos reddidit. Repetite quæſo me moria id tēporis cū armoꝝ hoſtiliū fragor.uīa ſuperiore āno menia circūſonaret.cū agros nr̄os fu- rens hoſtis atq; ſuburbia grādi cū ignominia atq; detrimēto uaſtaret:ueſtrā quoq; ī mētē ſuburbani ueniāt.coloniq; nr̄i.q̄ rebus ab hoſte exuti oībus ad uos cū liberis atq; uxoribus cateruatim ſtipē po ſtulātes ſeſe cōferebāt:quoꝝ calamitatē eſtis utiq; collato ſuffragio cōmiſerati.Baldaſar Raſi.Te nūc ex cūctis quos unquā uideri mortaliū excipio:meas q̄ cū fortunas cōferre magis cōcupiſcā. & ea ī pri mis quæ ærūnoſa atq; luctulētiſſima nr̄o in ſolo patrio recētiſſime uerſari liq̄do cōcernunť.Celeber rimoꝝ ſane uiroꝝ ac doctiſſimoꝝ ī te p̄cepta iſtitutaq; ſæpius īterlegiſſe mihi cōſtaret:his rebus ca- lamitoſis quidpiā afferre ſolaminis ipſe per molirer.Noſtræ æquidē libertatis oīo ſum exp̄s: quando id ſit in ,pmptu nr̄am urbē legū:iudicioꝝ.iuris.fidei:oīumq; bonaꝝ artiū ,prſus experte eē: frequen tiq; p̄dæ ac de populatōni plurīe mixꝝ in modū addictū.Te igiť p̄ſuaſum uelim tāetſi quos unq̄ ſum cōſpicatus:oīum ſis hominū cordatiſſimus.īfractū atq; icōcuſſum tibi aīum cōpares:& q̄cquid acer- bi nouercās fortūa iuſſerit.īcaparata fronte patiaris.Idē.Minus īter cæteros te curis agitari oportet: quādo has erūnas hācq; oīum ,ppe reꝝ ītēperiē alto ex peculari tua ſapiētīa ,puideris.his de cauſis te uæhemēter hortor iucūdā tibi uitā īſtituas.philoſophiæq; morali naues operā: quæ ī calamitatibus refocillatrix ē maxīa quādo quidē arti oratoriæ.cui ſūmo ſtudio antehac incūbebas: nec ī foro neq; ī ſenatu quippiā ſit loci relictū.Idē.Triſti ubi læto tui gnati meæ fuerunt aures p̄culſæ: mediocri aut mœrore ſui p̄citus :quē tui ſi facultas p̄ſentis mihi oblata fuiſſet palā certo patefeciſſem.Hāc nempe D ſoládi ,puinciā longe difficilē eē intueor.,ppterea q; uulgo id refocilládi genus his addici ſolet aduer- ſis eoꝝ caſibus:q̄bus uel amicicia uel neceſſitudine ſunt deuincti:qui focillamīe ēt egere uidenť.quo fit ſua minime uota q̄tū cōdeceret explere queāt.& cū aīum id īduxiſſem meum:ut tuas in præſentia curas aliquātiſp meo chirographo leuarē:nō potui ocellos meos a lachrimis temperare:quæ aīaduer ſioni plurimo ſunt īpediméto.Ea igiť gr̄a q̄ ſum dicturus cōtrahā ī paucula & ī elimata qdē: quando quidē ſi lōgior rebus in huiuſcemōi mea foret oīo.tuæ mediuſſidius ſapiētiæ diffidere uiderer:q̄ ſem ꝑ maximā cenſui.Solū quippe patriū:bona:oīaque ſuauia:q̄ tuo cū īgenio:tū fortuna tibi cōpararas. amiſiſti:qua ī calamitate aīo cōſtanti & infracto pmāſiſti.Cū itaq; tuis rebus duris & acerbis aīmus ī duruerit:longe demiror q; gnati tui extrema tantope deplores:quando ea perdideris:quæ tibi multo

debuerunt esse cariora. Præterea neq; te clã est omnia quæ mari: terra & cælo nascunt diuina lege interire atq; labi oportere: quod æquo animo ferre debes: ut prudẽtes cæteri quorũ numero ascriberis, uides quoq; iuga: urbes insulas: & quæq; humana in dies perire: ac labefactari: quæ suapte natura plus nimirũ habẽt roboris: q̃ humana imbecillitas. Quæ res nos admonet casus similes nobis occurrẽtes æquo aĩo ferre debeamus. Multo deniq; plura ad te scriberẽ: quæ curaꝝ leuamini cõducerẽt: si his te egere intelligerẽ: alioꝝ quẽ hominũ semper sapientissimũ iudicaui. Idẽ. Vt te solari possim nec me dignũ existimo: qui prudentia oĩbus antecellis. neq; id esse opus percẽseo: ꝓpterea q; aĩo es fortissimo & cõstantissimo. quæ res cõgratulatõni magis q̃ solamini multo est cõducibilior. Cui sane plurimũ debeo: tuũ est id aĩo uolutare. his si rebus infœlicibus tibi cõmodo aut adiumẽto eẽ possim. Idẽ. Fortunã in te tuosq; acerrimã scæuire nuper: nouercariq; plurimũ mihi: recẽtissime intellectũ ẽ quod quantũ mœroris ac solicitudinis mihi attulerit nec facile dixerim. Id aũt lex iubet amicitiæ ut quæ calamitosa nostris obtingãt amicis: nobis quoq; aduenisse certo arbitremur. Idẽ quoq; iudiciũ in res lœtas atq; iucũdas qui recte sapiũt trãsferre solẽt. Ast tui erit muneris aĩo ut cõstãti & ĩfracto quæ fracta iubent patiaris: quod tuæ anxietatis summa fuerit antidotus. Ipse uero tua ꝓ sapiẽtia uirtuteq; singulari iniuriã eoꝝ qui tibi insidiant: audenter ꝓpulsabis quoad poteris: quibus si minime resistere licuerit: sũmæ tibi laudi erit aĩo haud q̃q̃ cecidisse. Veꝝ ne tu existimes sortis auspicatæ ac fœlicis mõ uestigia me sectari: erũnosasq; amici rões: quod plericq; turpiter factitarunt despicari: omne meũ studiũ. curã: diligẽtiã: opes: corpus ac deniq; animũ quo nihil mihi ẽ carius: tuas ad calamitates leuãdas prorsus: aut salte leniẽdas polliceor atq; libens offero: qd ne temere dictũ arbitreris quæso periculũ facias: quod si feceris me germãicæ fidei qua nulla ẽ præstãtior singularisq; amiciciæ ꝓpetuũ æmulatorẽ eẽ ac fore nẽpe iudicabis. Idẽ. Bal. Ra. ad Georgiũ heseler. Si uitã & gratiã meã seruare uobis uultis: nullus auferat uobis pullũ: nec fruméta: nec segetẽ: nec uinũ: nõ oleũ: nõ salẽ: nõ lingua quisq; sit stipẽdio suo cõtentus. De p̃da. n. hostiũ: nõ de lachrimis amicoꝝ uiuere debent. hẽant arma sua tersa & lucida ferraméta acuta: calciaméta fortia. uestes nouas & nõ ueteres. stipendiũ nõ in sacco: sed in balteo portẽt: equũ & p̃das suas aliis nõ uendant. a medicis gratis curent. alter alteri obsequat. ĩ hospiciis hẽant honeste. qui litẽ fecerit: uapulet. Epistola ẽ Aureliani imperatoris ad suũ exercitũ. Nos ꝓ tuis iniuriis cõtinuis aĩo strenue cõmoti inimiciciæ tecũ bellaꝫ studemus: sed cõmunis exẽpli ac fidei gr̃a uisum ẽ ut te saluũ uelimus: ut eẽt quẽ armis uincere possemus. Ad nos uenit Nitias familiaris tuus quæ sibi a nobis p̃ciũ peteret, si te clã interfecissẽt. id nos negauimus: neue ex huiusmõi re aliquid cõmodi expectaret. simul uisum ẽ ut certioré faceremus: ne quicq̃ tale si accidisset. id nr̃o cõsilio ciuitates putarẽt factũ. & q; nobis nõ placet præmio aut precio: aut dolis pugnare. tu nisi caues iacebis. Epistola est. G. Fabricii & æmilii cõsulũ Ro. ad Pyrrhũ regẽ. Rex Aragonũ utriusq; Siciliæ. Spectabiles & magnifici uiri deũ hõisq; testamur: quãta hactenus cura & diligẽtia semp operã dederimus atq; incubuerimus ut uobiscũ in pace & trãquillitate uiueremus: sed nos inimicis nostris fauorem æs atq; auxiliũ p̃stãtes q; ne ageretis & lr̃is plurimis & nũtiis sæpe monuimus. Nos & ꝓfecto inuitos ac lacessitos ad ea erga uos agẽda ipulistis: quæ hucusq; quoad potuimus: semp effugere nixi sumus. Quapp qa nõ ulterius nos continere possumus: quin aduersus uos & quidẽ merito bellũ geramus. Vos dehinc huiusmodi nostris lr̃is: nostros publicos hostes declaramus sic indicturi bellũ. A quibus æmulis & inimicis ligæ nostræ: quæ ad uniuersalem pacẽ atq; quietẽ Italiæ inita & contracta est: fauẽte altissimo uictoriã spe ramus obtinere. Datũ in castello nouæ ciuitatis nostræ Neapolis die. ii. mẽsis Iunii. anno. &c. lii. lr̃æ in dictionis belli cõtra Florentinos. Vbi rẽ aliq̃ gestã amico significamus: aut qd ab eo exposcimus: aut eum ad rem aliquam peragendam exhortamur. M. T. C. clausulæ incipiunt.

Pompeiũ & hortari & orare & iã liberius accusare & monere: ut magnã ĩfamiã fugiat non desistimus. sed plane nec precibus nostris: nec ammonitõibus reliquit locũ. Nã cũ ĩ sermone quottidiano: tũ in senatu palã sic egit cãm tuã: ut neq; eloquẽtia maiore quisq̃: nec grauitate: nec studio: nec cõtentione agere potuerit cũ summa testificatõe tuoꝝ ĩ se officioꝝ & amoris erga se tui. li. i. Epistola. i. Inclinata res ẽ Libonis & hypsæi nõ obscure. Nos in cã autoritatẽ eo minorẽ hẽmus: q; tibi debemus: gratiã aũt nostrã extinguit hõium suspicio. eadẽ. Idibus Ianuariis in senatu nihil est cõfectũ. ꝓpterea q; dies magna ex parte cõsumptus est altercatõe Lentuli cõsulis & Caninii tiranni. Epistola. ii. Eius or̃oni ab oĩbus uæheméter reclamatũ ẽ. Erat. n. iniqua & noua. Consules neq; cõcedebant. neq; ualde repugnabãt diẽ consumi nolebant. Id quidẽ est factũ. Perspiciebant enĩ in Hortensii sententiã multis partibus plures ituros. Eadẽ. Hac controuersia usq; ad noctẽ deducta senatus est dimissus: & ego eo die casu apud pompeium cœnaui: nactusq; tempus magis idoneum q̃ unq̃ antea q; post tuum discessum is dies honestissimus nobis fuerat. In senatu ita sum cũ illo locutus: ut mihi uiderer aĩum hõis ab omni alia cogitatione ad tuã dignitatẽ tuẽdã traducere. Eadẽ. Hæc scripsi ad. xvi. Kalen. Februarii ante lucẽ: eo die senatus erat futurus. Nos in senatu quemadmodũ spero dignitatem nostram ut potest in tanta hominum perfidia & iniquitate retinebimus. Eadem. Quæ gerantur accipies ex Polione: qui omnibus negociis non interfuit solũ sed præfuit Epistola. v. Quod scire uis qua quisq; in te fide sit & uoluntate difficile dictu est. de singulis illud unum audeo q; antea tibi sæpe significaui: nunc quoq; re perspecta & cognita perscribere: uæhementer quosdam homines & eos maxime qui te & maxime debuerũt: & plurimũ iuuare potuerũt inuidisse dignitati tuæ. Quo-

rum autoritatem:dignitatem:uolũtatemq; defenderas:nõ tam memores essent uirtũtis tuæ,q̃ laudis inimici,quo qdẽ tpe ut perscripsi ad te antea cognoui Hortensium percupidum tui studiosum luculum.Ex magistratibus autem Luciũ Ratilium & fide & animo singulari Epistola.vi.Illa me ratio monet ut te ex nostris euentis cõmunibus admonẽdum putaré:ut considerares in omni reliqua uita:quibus crederes:quos caueres.Eadem.Hic ego quantũ humano cõsilio efficere potui :circũspectis rebus omnibus meis rationibusq; subductis:summã feci cogitationũ omniũ mearum: quã tibi sic breuiter exponã.Epistola.ix.Et quoniã meam tuorꝝ erga me meritorum memoriã unq̃ nulla delebit obliuio: te rogo ut memineris quantæcũq; tibi accessiones fient:& fortunæ & dignitatis:eas te nõ potuisse cõsequi:nisi meis puer olim fidelissimis atq; amantissimis consiliis paruisses. Quare hoc animo ĩ nos eẽ debebis:ut ætas nostra iã ingraueſcens:in amore atq; adolescentia tua conquiescat libro.ii.Epistola.i. Breui tamẽ sic habeto:in eum statũ temporꝝ tuum reditũ incidere:ut his bonis quæ tibi natura: studio:fortuna data sunt:facilius omnia quæ sunt in rep.amplissima:cõsequi possis q̃ muneribus: quorꝝ neq; facultatẽ quisq̃ admiratur.(Est.n.copia munerꝝ nõ uirtutis)neq; quisquã est quin societate iam defessus sit.Epistola.iii.Summã scito in te expectationẽ esse:eaque a te expectari:quæ a summa uirtute:summo ingenio expectãda sunt:Ad quæ si es ut debes paratus(quod ita esse cõfido)pluribus maximisq; muneribus & nos amicos & ciues tuos uniuersos:& rẽp.efficies. Eadẽ. De rebus urbanis q̃ me certiorem feciſti.cũ per se mihi gratũ fuit:tũ quod significasti tibi oĩa mandata mea curæ fore.In quibus te unũ illud præcipue rogo : ut cures nequid mihi ad hoc negocii aut oneris accidat aut tẽporis. Hortensiumq; nostrũ collegã ut familiarẽ roges:ut si unq̃ mea cã quicquã aut sensit: aut fecit: de hac quoq; sententia decedat:qua mihi nihil põt esse inimicius.libro.iii.Epistola.vii.Illud quod polliceris uelim pro tua fide:diligẽtiaq; & pro nostra nõ instituta,sed iã iueterata amicicia cures:enitare ut supplicatio nobis q̃ honorificentissime quãprimũ decernatur.Epistola.viii. Etsi scio nõ iniucundissimũ me nuntiũ uobis allaturũ:tamen quoniã casus & natura in bonis dominatur:uisum est faciẽdũ quoquo mõ res hẽret nos certiores facere libro.iiii.Epistola.xii.Ita uir clarissimus ab hõie teterrimo acerbissima morte est affectus:& cui inimici propter dignitatẽ pepercerũt:inuentus ẽ amicus qui ei mortem afferret.Eadẽ.Sed de nostris rebus satis uel etiã nimiũ multa.de tuis uelĩ ut eo sis aĩo quo debes esse,id est:nequid tibi præcipue timendũ putes.Si.n.status erit ciuitatis aliquis quicũq; erit:te omniũ periculorũ uideo expertẽ fore.Nã alteros tibi iã placatos esse ĩtelligo:alteros nũquã iratos fuisse.Epistola.xiiii.Quare te rogo si opus erit ad Cæsarem causam meã agas:neq; tibi in omnes partes defendẽdum putes:hoc existimãs neminẽ te tui amantiorẽ habere.libro.v.Epistola.x.Vt potui accuratissime te tuãque cãm tutatus sum.Et proxime recẽti aduentu meo cũ re aliter ĩstitutã offendissem ac mihi placuisset si affuissem,tamen nulla re saluti tuæ defui.Epistola.xvii.Te hortor aĩo forti magnoq; sis. Ita.n.natus:ita educatus:ita doctus es:ita cognitus etiã ut tibi ita faciundum sit.Deinde spẽ quoq; habeas firmissimã ,ppter eas causas quas scripsi.A me uero tibi liberisq; tuis oĩa paratissima esse cõfidas uelim.Id.n.& uetustas nostri amoris:& mea cõsuetudo:& tua multa erga me officia postulãt libro.vi. Epistola.v. Me scito omnẽ meũ laborẽ:oẽm operã.curã.studium.in tua salute consumere . Nã cũ te semper dilexi.tũ fratrũ tuorꝝ quos æque atq; te summa beniuolentia sum cõplexus. singularis pietas amorq; fraternus.nullũ me patiẽ officii erga te studiiq; munus aut tempus prætermittere.sed quæ facia fecerimq;.pro te.ex aliorꝝ te litteris quã ex meis malo cognoscere. Quid aũt sperem aut cõfidã.& exploratũ habeã de saluti tua.id tibi a me declarari uolo. Nã si quisquã est timidus in magnis periculosisq; rebus.semperq; magis aduersos rerꝝ exitus metuens quã sperãs secũdos:is ego sum.& si hoc uitium est.eo me non carere confiteor.Epistola.xiiii. De reliquis ut te sæpe p̃ litteras hortatus sum:ita uelim tibi persuadeas te in hac causa nihil habere q̃ tibi timendum sit præter communem casum ciuitatis: qui &si est grauissimus:tamen ita uiximus:& id ætatis iam sumus:ut oĩa quæ non nostra culpa nobis accidant:fortiter ferre debeamus.Epistola.xx.Fac quæso qui ego sum esse te . Est ne aut tui pudori:aut nostri primum rogare de die:deinde plus annua postulare.Sed essent mi Galle omnia facilia si & ea mercatus esses quæ ego desiderabam:& ad eam summam quam uolueram: attamen ista ipsa quæ te emisse scribis:non solum rata mihi erunt:sed etiam grata plane.n.intelligo te non modo studio:sed etiam amore usum:quæ delectarint hominem:ut ego semper iudicaui in omni iudicio elegantissimum:quæ me digna putaris cœmisse.libro.vii. Epistola.xxtiii. Caminio consule scito neminem prendisse:nihil tamen mali eo consule factum est.Fuit.n.mirifica uigilantia qui toto suo consulatu somnum non uiderit.Hæc tibi ridicula uidentur.non.n.ades:quæ si uideres:lachrimas non tenores.Epistola.xxxi.Omnia tibi exponere nisi coram nõ possum:idq; celeriter fore spero libro.viii. Epistola.ix.Per fortunas tuas Cicero:per liberos oro:obsecro:neq; grauius de salute & incolumitate tua consulas.Nam deos hominesq; amiciciamq; nostram testor me quæ tibi p̃dixi nec temere monuisse. Epistola.x.Quare si tibi tu:si filius unicus:si domus:si spes tuæ reliquæ tibi curæ sũt:si aliquid apud te nos:si uir optimus gener tuus ualet:quorum fortunas nõ debes uellẽ cõturbare.sequere eam cãm in cuius uictoria salus nostra est:ne aut odisse:aut relinquere cogamur:aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus.Eadem.Plus facio q̃ Caminius mandauit.Is.n.siquid ego scirem rogarat quod tu nescires.Ego tibi ea narro quæ tu melius scis q̃ ipse qui narro . Faciã ergo illud quod rogatus sum:ut eorum quæ temporis huius sint:quæ tua audiero nequid ignores.Epistola.vi.libro.ix.Et

Tullia noſtra recte ualet. Terentia minus bene habuit: ſed certum ſcio iam conualuiſſe eam. Preterea rectiſſime ſunt apud te omnia. Epiſtola. ix. Oratiunculam pro Deiotaro quã requirebas habeam mecum. q̃ non putarem. Itaq; eam tibi miſi quã uelim ſic legas ut cauſam tenuem & in opem: nec ſcriptõne magnopere dignam. Sed ego hoſpiti ueteri & amico munuſculũ mittere uolui leui denſe craſſi filio: cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera. Epiſtola. xii. Si me amas tu: fac: ut ſciam quid de nobis futurum ſit. Habuiſti. n. in tua ptãte ex quo uel ex ſobrio: uel certe ex ebrio ſcire poſſes. Epiſtola. xvii. Hoc tamen ſcito non modo me qui conſiliis non interſum: ſed ne ipſum quidem pricipem ſcire quid futurum ſit. Nos. n. illi ſeruimus: ipſe temporibus. Ita nec ille quid tẽpora poſtulatura ſint. nec nos qd ille cogitet ſcire poſſumus. Eadẽ. Dupliciter delectatus ſum tuis litteris: & q̃ ipſe intellexi iam poſſe ridere te. Me aũt ut ſcurram uel itẽ male oneratũ eſſe non moleſte tuli. Illud doleo in iſta loca uenire me ut conſtitueram non potuiſſe. Habuiſſes enim nõ hoſpitem. ſed cõtubernalem: At quem uirum? nõ eum quem tu es ſolitus pro mulſide conficere. Integram famẽ ad ouum affero. Itaq; uſq; ad aſſum uitellinum opera perducitur. illa mea quæ ſolebas antea laudare. O hominem facilem. O hoſpitẽ nõ grauem. Nam omnem noſtram de rep. curam: cogitationẽ: de dicenda in ſenattu ſententia cõmentationem cauſarum obiecimus. In epicurinos caſtra aduerſarii noſtri cõiecimus. nec tamen ad hanc inſolentiã: ſed ad illã tuam lauticiã ueterem dico: cum me in ſumptum habebas. Etſi nũq̃ plura prælia habuiſti: proinde te para cum homine edaci tibi res eſt. Epiſtola. xxx. Hæc igitur eſt nunc uita noſtra: mane ſalutamus domi bonos uiros multoſq; triſtes: & hos lætos uictores qui me quidem perofficioſe & perornanter obſeruant: ubi ſalutatio defluxit litteris me inuoluo: aut ſcribo: aut lego. Veniũt ét qui me audiunt quaſi doctũ hominem. quia paulo ſum q̃ ipſi doctior. Inde corpori omne tẽpus dat. patriã eluxi iam & grauius & diutius: q̃ illa mater unicum filiũ. Sed cura ſi me amas ut ualeas. ne ego
A te iacente bona tua comedã. ſtatui enim tibi ne ægroto quidem parcere eadẽ. Heri ueni í Cumánũ. cras ad te fortaſſe. ſed cum certum ſciam. faciã te paulo ante certiorem & ſi. M. Ceparius cum mihi in ſilua Gallinaria obuiã ueniſſet. quæſiſſemque quid ageres. dixit te í lecto eſſe. q̃ ex pedibus laborares tuli ſcilicet moleſte ut debui. ſed tamen conſtitui ad te uenire. ut & uiderem te & uiſerem & cenarem etiã. Non. n. arbitror cocum & architriclinũ habere. Expecta igitur hoſpitẽ. tũ minime edacem. tũ inimicum cænis ſumptuoſis. Epiſtola. xxxiii. Sed mehercule mi Pete extra iocum moneo te. qd̃ pertinere ad beate uiuendũ arbitror. ut cũ uiris bonis. iucundis. amãtibus tui uiuas. nil eſt aptius uitæ. nil ad beate uiuẽdũ accomodatius. nec id ad uoluptaté refero. ſed ad comitatẽ uitæ atq; uictus. remiſionẽq; aíorum. quæ maxime me ſermone efficitur familiari qui in cõuiuiis dulciſſimus. Epiſtola. xxxiiii. Cũ Marco Fabio (q̃ ſcire te arbitror) mihi ſummus uſus eſt. ualde eum diligo. tum propter ſummam probitatem eius ac ſingularem modeſtiam: tum q̃ in his cõtrouerſiis quas habeo cum tuis cõbibonibus epicuris. optima opera eius uti ſoleo. Epiſtola. xxxv. Itaq; mihi maximæ curæ ẽ nõ de mea quidẽ uita cui ſatiffeci. uel ætate. uel factis. uel etiã ſiquid hanc ad rem pertinet gloria: ſed me patria ſollicitat. libro. x. Epiſtola. i. In his aũt rebus quæ nihilominus ut ego abſim confici poſſunt. peto a te ut rõnem habere uelis & ſalutis & dignitatis meæ. Epiſtola. ii. Cũ ipſum Furniũ per ſe uidi libẽtiſſime: tum hoc libẽtius q̃ illũ audiens te uidebar audire. Nã & in re militari uirtutẽ: & in adminiſtrãda ꝓuincia iuſticiam: & in omni genere prudẽtiam tuam expoſuit. & præterea mihi non ignotam: in conſuetudine & familiaritate ſuauitatem tuam adiunxit. Præterea ſummam erga ſe liberalitatem: quæ omnia mihi iucunda fuerunt expoſuit. hoc extremum etiam gratum fuit. Epiſtola tertia. Caue tempus ammittas: Sic moneo ut filium. ſic faueo ut mihi ſic hortor ut & proprium & amiciſſimum. Epiſtola quĩta. Crede igitur mihi Plance: omnes quos adhuc dignitatis gradus conſecutus ſis (es autem adeptus ampliſſimos) eos honoꝝ uocabula habituros: nõ dignitatis inſignia: niſi tecũ libertate populi Ro. & cũ ſenatus autoritate cõiunxeris. Epiſtola. vi. Seiunge te quæſo aliquãdo ab his cũ quibus te nõ tuũ iudiciũ: ſed tẽporũ uincula coniunxerunt Eadẽ. Copias adduco & numero & genere & fidelitate firmiſſimas. Epiſtola. ix. Sedulitas mea ut ſpo & mihi & reip. tulit fructũ. náq; aſſiduis internunciis cũ Lepido egi: ut ommiſſa omni cõtentione reconciliataq; uoluntate noſtra communi conſilio reip. ſuccurreret: ſe: liberos: urbẽq; pluris q̃ unũ perditũ abiectũq; latronem putaret: obſequioq; meo ſi ita faceret ad oís res abuteretur. profeci itaq; per laterenſem ĩternuntiũ: fidẽ mihi dedit: ſe Antoniũ ſi ꝓuincia ſua prohibere nõ potuiſſet: bello perſecutuꝝ. Epiſtola. xv. Ego eã ſentẽtiã dixi: cui aſſenſi ſunt oés: ad unũ: ea quæ fuerit ex ſenatuſcõſulto cognoſces. Epiſtola. xvi. Quod ſi oía mihi ĩtegra & ipſe & fortuna ſeruarit: recipio me uobis celeriter negocium ex ſententia confecturum. Fratrem meum aſſiduis laboribus concurſationibuſq; confectum grauiter ſe habuiſſe antea tibi ſcripſi: ſed tamen eum primum poſſe ingredi cœpit: non magis ſibi quam reip. ſe conualuiſſe exiſtimans: ad omnia pericula princeps eſſe non recuſauit. ſed ego eum nõ ſolum hortatus ſum: ferumetiam coegi iſto proficiſci. Epiſtola. xvii. Sed mi Plance incumbe ut belli extrema perficias. In hoc erit ſumma & gratia & gloria. Epiſtola. xix. Sin ut ſcripſiſti ad collegã ita res habet: oĩ cura liberati ſumus. nec tamen erimus priuſq̃ ita eſſe tu nos feceris certiores. Epiſtola. xx. Nec depugnaꝝ ſi occaſio tulerit: nec obſideri ſi neceſſe fuerit: nec mori ſi caſus ĩciderit ꝓ nobis paratior fuit q̃ſq̃. Quare hortor te mi Cicero exercitũ huc traiiciendũ q̃primũ cures & matures priuſq̃ hoſtes magis corroboréť: & nr̃i ꝓturbéť. í quo ſi celeritas erit adhibita reſp. ĩ

possessione uictoriæ deletis sceleratis permanebit.Epistola.xxi.In quo hanc capio uoluptatem:qđ cer
te quo magis me petiuerũt.tanto maiorem iis frustratio dolorẽ attulit:Tu mi Cicero quod adhuc fe-
cisti:idem præsta:ut uigilanter neruoseq; nos qui stamus in acie subornes.Epistola.xxiii.Quod uiuit
Antonius hodie:q; Lepidus una est q; exercitus habet non cõtẽnendos:q; sperant:q; audẽt:omne Cæ-
sari acceptum referre possiunt.Epistola.xxiiii.Quamobrem siquid operis tibi etiam nũc restat:id ma-
gnopere censeo persequendum.Epistola.xxv.Sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse nolebã:
cuius est hæc summa:ut hæc omnia te metiri dignitate malim q̃ ambitione maiorẽq; fructũ ponere i
perpetuitate laudis:q̃ in celeritate præturæ. Eadem. Mihi enim negocii plus reliquisti uni: q̃ præter
me omnibus.Epistola.xxviii.Cæsarem uero q; me in tanta fortuna mõ cognitũ uetustissimo⁹ fami-
liarium loco habuit:dilexi summa cũ pietade & fide.Quæ mea sententia gerere mihi licuit ita feci:ut
optimus quisq; maxime ꝓbaret:quod iussus sum eo tẽpore atque ita feci.ut appareret inuito impera
tũ esse.Epistola.xxxi.Abs te mi Cicero magnopere peto:si meam uitam & studium diligentissime su-
perioribus temporibus in administranda rep.quæ Lepido digna sunt perspecta habes:ut paria aut eo
ampliora reliquo tempore expectes:& perinde tua autoritate me tuẽdũ existimes:quo tibi plura tuo
merito debeo.Epistola.xxxiiii.Fallere nemo nos potest nisi tu.quod certe abest a tua uirtute & fide:
sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos.Tibi.n.uni credimus & crediturí sumus.li.xi. Episto
la.ii. Vt principiis consentiant exitus:tuum est hoc munus:tuæ ptes.a te hoc; ciuitas uel omnes pọ̃-
us gentes non expectant solũ:sed etiã postulant:quãquam cum hortatione non egeas:non utar ea plu
ribus uerbis.Epistola.v.Quamobrem ad omnia ita paratus:ita animatus debes esse:non ut nihil faci-
as nisi iussus. sed ut ea geras quæ ab oĩbus summa cũ admiratione laudent. Epistola. vii. Coniunctio
tua cũ collega cõcordiaq; uestra.quæ litteris cõibus declarata est senatui populoq; Ro.grauissima ac-
cidit.Quod superest perge mi Brute:& iam non cũ aliis:sed tecũ ipse certa. Epistola.xv. Quod ꝓ me
non facio:id ꝓ te facere amor meus in te tuaq; officia cogunt ut timeã.Epistola.xx.Ego nisi ualde ne
esse fuerit:ex Italia non excedã.Eadẽ.Nos hic ualemus recte:& quo melius ualeamus operam dabi-
mus.quæ tibi superioribus litteris mea manu scripsi:terrendi tui cã homines loquunt.Epistola.xxiii.
Crede mihi nisi ista fiant quẽadmodũ scribo:magnum nos omnis adituros periculũ. Rogo te uidete
quibus hominibus negocium detis:qui ad me legiones adducant:& fide opus est & celeritate.Episto-
la.xxvi.Reliqua magna sunt ac multa.sed posita omnia in nobis.quãquã quid primũ explicemus non
uideamus.li.xii.Epistola prima. Vestri.n.pulcherrimi mi facti ille furiosus me principem dicit fuisse:
utinam quidem fuissem:molestus nobis non esset.Epistola.iii. Vellẽ Idibus Marciis me ad cœnã inui
tasses:reliquiarũ nihil fuisset.Epistola.iiii.Sed tu quid ageres:quid acturus:ubi deniq; esses nescieb̃.
Fama nunciabat te isse in Siriã.auctor erat nemo.Eadem.Hyemem credo adhuc prohibuisse quo mi
nus de te certum haberemus quid ageres:maximeq; ubi esses.Epistola.v.Dixi de te quæ potui tãta cõ
tentione:quantũ forum est:tanto clamore consensuq; populi:ut nihil unq̃ simile uiderim.quod autẽ
& in senatu pluribus uerbis disserui & dixi in contione:in eo uelim fidem meam liberes.Epistola.vii.
Nunc te cohortatione non puto indigere:ut nos absentis remq; publicam quantum opus est defen-
das.Epistola.xi.Hæc a te peto non solum reip.quæ tibi semper carissima fuit:sed etiam amiciciæ no-
stræ nomine quam confido apud te plurimum posse.Epistola.xii. De nostra dignitate uelim tibi ut
semper curæ sit:& quocũq; tempore occasionem habueris:& in senatu:& cæteris rebus laudi nostræ
suffragere.Epistola decimaquarta.Ego porro non mediusfidius cupiditate prouinciæ produci mihi
longius spacium uolo.Nam fuit mihi ista prouincia plena laboris:periculi:detrimenti.Eadem.Athe-
nas ueni ad undecimum Kalendas Iunias:atque ibi(quod maxime optabam)uidi filium ,tuum dedi-
tum optimis studiis summaque modestiæ fama.Qua ex re quantam uoluptatem cœperim: scire eti-
am potes me tacente.Non enim nescis quanti te faciam & quam pro nostro ueterrimo ueris̃imoque
amore omnibus tuis etiam minimis commodis:non modo tanto bono gaudeam. Noli putare mi Ci
cero me hoc auribus tuis dare:nihil adolescente tuo carius atque adeo nostro(nihil enim mihi a te es
se seiunctum)aut amabilius omnibus his qui Athenis sunt:aut studiosius earum artium quas tu ma-
xime amas hoc est optimarum.Itaque tibi quod uere facere possum libenter quoque gratulor: nec
minus etiam nobis:q; eum quem necesse erat diligere qualiscunque esset:talem haberemus: ut liben-
ter quoque diligamus.Epistola.xvi.Audiebam quædam turbuléta quæ scilicet cupio esse falsa: ut ali
quando ociosa libertate fruamur:quod uel minime mihi adhuc contigit: ego tamen nactus in naui-
gatione nostra pusillum laxamenti concinaui tibi munusculum ex instituto meo.Eadem.Etsi perini
quo patiebar animo te a me disgredi:tamen eo tempore me consolabar:q; in summum etiam ocium
te ire arbitrabar.Et ab impendentibus magnis negociis discedere.Epistola.xviii. Omnem conditio-
nem imperii tui statumque prouinciæ mihi demonstrauit.Tratorius.O multa ítollerabilia locis om
nibus.Sed quo tua maior dignitas eo quæ tibi acciderunt minus ferẽda.neque enim quæ tu propter
magnitudinem & animi & ingenii moderate fers:a te non ulciscenda sunt:&si non sint dolenda. Sed
hæc posteriũs rerum urbanarum acta tibi mitti certe scio. quod ni ita putarem esse: perscriberem.
Epistola.xxiii. Atq; ante hæc quidem sperare saltem licebat. nunc etiam id erreptum est. Equidem
& hæc & omnia quæ homini accidere possunt sic fero . ut philosophiæ magnam habeam gra-

tiã.quæ me non modo a ſolicitudine abducit.ſed ét contra oĩs fortunæ ĩpetus armat tibiq; idem ſen tio faciundũ.Nec a quo culpa abſit quicq̃ in malis numerandum.Sed hæc tu melius.Eadẽ. Te tamen hortor ut omni cura in remp.incumbas.hoc eſt animi.hoc eſt ingenii tui hoc ẽ ſpei quã habere debes amplificandæ dignitatis tuæ.Sed de hac re alias ad te pluribus.Epiſto.xxiiii.Quãquã admodũ ſũmus iã defatigati.ſed nulla laſſitudo impedire officium & fidẽ debet.Verũ hæc hactenus.ab aliis te de me q̃ a meipſo malo cognoſcere.Audiebamus ea quæ maxime uellemus deGneo municio quẽ tu quibuſ dam litteris ad cælum laudibus extuliſti.Rumores duriores erãt.id quale ſit:omninoq; quid iſtic aga tur facias me uelim certioré.Epiſtola.xxv.Velim ſi qua offenſiũcula facta ẽ animi tui peruerſitate ali quorũ(noui.n.gentem illam)des te ad lenitatem.uel propter ſummam humanitatem:uel etiam hono ris mei cã.libro.xiii.Epiſtola.i.Impedior uerecundia ne te pluribus rogem:neq; tamen dubito quin ſi tua nihil:aut non multum interſit eo ſis animo quo ego eſſem ſiquid tu me rogares:mihi certe gratiſ ſimũ feceris.Epiſtola.ii.Sed hæc quæ ſupraſcripta ſunt eo ſpectãt ut te horter & ſuadeã.Reliqua ſunt quæ ptinent ad rogandũ.ut nõ ſolũ tua cã tibi conſiliũ me dare putes:ſed q; mihi opus ſit me a te pe tere & rogare.Gratiſſimũ igitur mihi feceris:ſi Volteranos omnibus rebus integros incolumiſq; eſſe uolueris.Epiſtola.iiii.Pro tuo aĩo in me ſingulari exiſtimaui me oportere ad te accuratius ſcribere: & ſi nõ ſum neſcius & quæ temporum ratio:& quæ tua poteſtas ſit:tibiq; negocium datum eſſe a Gaio Cæſare non iudicium præclare intelligo.Quare a te tantum peto:quantum & te facere poſſe:& libẽ ter mea cauſa facturum eſſe arbitror.Et primũ uelim exiſtimes(quod res eſt)municipii fortunas om nes in iſto uectigali conſiſtere.his autem temporibus maximis oneribus præſſum ſummis affectũ eẽ difficultatibus.Hoc &ſi commune uidetur eſſe cum multis:tamen(mihi crede)ſingulares huic muni cipio calamitates accidiſſe:quas idcirco non cõmemoro:ne de miſeriis meorum neceſſariorum con querens homines quos nolo uidear offendere.Epiſtola octaua.Sed hoc quale ſi tu pro tua prudentia conſiderabis.Ego te plane rogo:atque ita ut maiore ſtudio:iuſtiore de cauſa: magis ex animo rogare nihil poſſim:ut Albino parcas:prædia laberiana ne attingas:magna me affeceris nõ modo lætitia:ſed etiam quodammodo gloria.Epiſtola nona.Nẽro meus mirificas apud me tibi gratias egit: prorſus in credibiles:ut nullum honorem ſibi haberi potuiſſe diceret:qui a te prætermiſſus eſſet.Magnum fru ctum ex ipſo capies.Nihil eſt enim illo adoleſcẽte gratius.Sed me hercule mihi quoque gratiſſimũ feciſti.Pluris enim ex omni nobilitate neminem facio.Itaque ſi ea feceris quæ ille per me tecũ agi uo luit:gratiſſimum mihi feceris.Epiſtola ſexageſimaſexta. Tu quod me hortaris ut animo ſim magno & ſpem habeam recuperãdæ ſalutis:id uelim ſit eiuſmodi ut recte ſperare poſſimus.Nunc miſer quã do iam tuas litteras accipiam? Quis ad me perferet? Quod reliquum eſt ſuſtenta te mea Terentia ut potes honeſtiſſime uiximus:floruimus.non uitium noſtrum:ſed uirtus noſtra nos afflixit. peccatum eſt nullum:niſi quod non animam una cũ ornamentis amiſſimus.libro.xiiii.Epiſtola.iiii.Si tu & Tul liola noſtra lux ualetis:ego & ſuauiſſimus Cicero ualemus.Pridie Idibus Octobris Athenas uenimus cum ſane aduerſis uentis uſi eſſemus:tardeq; & incommode nauigaſſemus:de naue exeuntibus nobis Achaſtus cum litteris præſto fuit.Epiſtola.v.Pollucem ſi adhuc non eſt profectus. q̃primum fac ex trudas.Epiſtola ſexta.Statim ita ſum leuatus ut deus mihi aliquis medicinam feciſſe uideatur:cui qui dem tu deo quemadmodum ſoles pie & caſte ſatiſfacias.Epiſtola.vii.Si uales bene eſt.ego ualeo.uale tudinem tuam uelim cures diligentiſſime.Nam mihi & ſcriptum & nuntiatum eſt:te in febrim cito incidiſſe.Quod celeriter me feciſti de Cæſaris litteris certiorem feciſti mihi gratum. Item poſthac ſi quid opus erit:ſiquid acciderit noui:facias ut ſciam.Cura ut ualeas.Epiſtola.viii. Da operã ut conuale ſcas:q; opus erit:ut res tempuſq; poſtulat prouideas atque adminiſtres.& ad me de omnibus rebus q̃ ſæpiſſime litteras mittas.Epiſtola.xxi.Nos quottidie tabellarios noſtros expectamus:qui ſi uenerint: fortaſſe erimus certiores quid nobis faciendum ſit:faciemuſq; ſtatim te certiorem. Valetudinem tu am cura diligenter.Epiſtola.xxii.Summa tua autoritas fecit meumq; perpetuum de tua ſingulari uir tute iudicium:ut magni mea intereſſe putarem:& res eas quas geſſiſſem tibi notas eſſe:& non ignora ri a te:qua æquitate & continentia tuerer ſocios:prouinciamq; adminiſtrarem.His enim a te cognitis arbitrabor facilius me tibi quæ uellem probaturũ.libro.xv.Epiſtola.iiii.Idq; &ſi talibus de rebus gra uiſſimos homines & rogare ſolere & rogari ſcio:tamen admonendũ potius te a me q̃ rogandũ puto. Eadẽ.Si mihi minus tecũ eſſet q̃ eſt cũ tuis oĩbus:allegaré ad te illos a quibus intelligis me præcipue diligi.Patris tui beneficia in me ſunt ampliſſima:neq; enim ſaluti meæ neq; amori amicior quiſquam dici poteſt.Frater tuus quãti me faciat ſemperq; fecerit:eſſe hominem qui ignorat arbitror neminẽ. Domus tua deniq; tota me ſemper oĩbus ſummis officiis proſecuta eſt.Neq; uero tu in me diligendo cuiq̃ conceſſiſti tuorũ.Quare a te peto in maiorem modũ:ut me p te q̃ornatiſſimũ uelis eſſe: meáq; & in ſupplicatione decernenda:& in cæteris rebus exiſtimationem ſatis tibi eſſe cõmendatam putes. Epiſtola.x.Non audeo uæhementer a te contendere:ne aut ipſe tuæ ppetuæ conſuetudinis erga me oblitus eſſe uidear:aut te oblitũ putẽ.quare ut te uelle arbitror:ita faciã:atq; ab eo quẽ oẽs gentes ſci unt de me optime meritũ breuiter petã.Epiſtola.xiii.De Fabio faciemus ſtudioſe quæ rogas.Tu mul tis de cauſis uellẽ me conuenire potuiſſes.Primum ut te quem iam diu plurimi facio tanto interual lo uiderem.Deinde ut tibi(quod feci per litteras)poſſem præſens gratulari:tũ ut q̃bus de rebus uelle mus:tu tuis.ego meis inter nos cõicaremus.Poſtremo ut amicicia nr̃a quæ ſummis officiis ab utroq;

A

B

C

culta est:sed longis interuallis tẽporũ interruptã consuetudínẽ habuit: cõfirmaret uæhemẽtius. Idẽ cũ nõ accidit:utemur bono litteraꝝ:& eaꝝ fere absentes quæ si coram essemus cõsequemur. Vnus.f. ille fructus q ĩ te uidẽdo ẽ ꝓcipi litteris nõ põt:alter gratulatõis est:is qdẽ exilior q̃ sit tibi teipsum intuens gratularer:sed tamen & feci antea & facio núc. Tertiũ ẽ ut id quod de rebus nostris corã cõmunicassemus inter nos conficiamus idẽ litteris. Epistola.xiiii. Te penitus rogo:ne tã longe nauigationi & uiæ p hiemẽ nisi bene firmũ cõmittas:neue nauiges nisi explorate:uix in ipsis tectis & opidis frigus infirma ualetudine uitat (magnæ enĩ nobis ẽ sollicitudini ualetudo tua)nedũ in mari & uia sit facile abesse ab iniuria tẽporis. Frigus inimicissimũ macillentis ĩquit Euripides:cui tu quãtũ credas nescio ego certe singulos eius uersus:singula eius testimonia puto. libro.xvi. Epistola.viii. Nos a te ut scis discessimus ad.iii.nonas Nouem. Leucadem uenimus ad.viii.Idus No.ibi propter tẽpestatẽ morati sumus. Inde ad.v.Idus Corcyrã bellissime nauigauimus:ibi retenti uentis sumus.interea qui cupide profecti sunt multi naufragia fecerunt. Soluimus inde austro leuissimo cælo sereno: nocte illa & postero die in Italiam ad Idruntem ludibundi peruenimus:eodemq; uẽto postridie Brundusiũ uenimus. Epistola.ix. Asclapo medicus plane confirmat ꝓpedíẽ te ualentẽ fore. Nunc quidẽ ego te hortor ut oẽm diligentiã adhibeas ad cõualescendũ tuã prudẽtiã:temperãtiam:amorẽ erga me noui. Scio te omnino facturũ ut nobiscum q̃primum sis. Sed tamen ita uelim ut nequid properes.neue temere nauiges. Solent nautæ festinare quæstus sui causa. Cautus sis mi Tyro:mare magnum & difficile tibi restat. Si poteris cum Mescinio:caute is solet nauigare.si minus:cum honesto aliquo homine cuius autoritate nauicularius moueatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris:teq; nobis incolumem feceris: omnia a te habeo. Etiam atq; etiam noster Tyro uale. Medico de te scripsi diligentissime. Eadem. Expecto tu D
as litteras de multis rebus:teipsum multo magis Demetrium redde nostrum:& aliud siquid potes boni. De Anfidiano nomine nihil te hortor. Scio tibi curæ esse:sed confice:& si ob eam rem moraris accipio causam.si id te non tenet.aduola. Litteras tuas ualde expecto. Vale. Hæc ex Tullio:nunc ad idẽ ex Gasparino uide.

Ad Idem.

Cio te rerum nouarum cupidum esse:& accusasse me sæpe:q; nunquam ad te scribo de his E
rebus quæ hic fiunt. Faciam hodierno die ne possis deinceps criminari negligentiam meam. Implebo itaq; te non uulgaribus ut multi solent:neq; falsis rumoribus: sed magnis & de quibus certos autores habemus. Gasparinus. Nihil est quod libentius facio:q̃ de maximis & pulcherrimis rebus quæ hic fiunt te certiorẽ facere. Si te noua delectãt:habeo quidẽ unde possim abunde huic tuo desiderio satisfacere. A nostra quidem aut patrũ memoria tantæ rerũ mutationes non fuerunt:quantæ hodie ĩstant:& iam hic fiunt. Nouissima res his diebus nobis accidit: de qua te certiorem facere uolui:ut intelligeres nullam rem fore tantam aut tam occultam:quam non maxime cuperem in primis tibi esse notam. Nihil autem in hac nostra regiõe agitatur: quod uel suauitate uel magnificentia sit ad te scribendum. Sumus enim omnes tanto in ocio:quanto nescio an alias fuerimus. Et uereor ne hoc forte priscæ uirtuti & bõis artibus nostris noceat. Nã ut nimia fortunæ asperitas:ita etiam immoderata prosperitas sæpe gloriæ nocuit. Etsi ea de quibus ad te scribo non ita noua atque inusitata sint:ut nunq̃ aliis hominibus aliquid huiusmodi obtigerit:tamẽ nõ paruam ex opinione quæ habebat admirationẽ excitarunt. Cũ de rebus inusitatis ad te scribo:uideor mihi rem tibi pergratã facere. Scio enim semper te harum rerum cupidũ esse. Faciam ergo te participẽ facti pulcherrimi nõ multis annis ante a quoq̃ nostrũ auditi. Si ullo tempore de rebus magnis ad te scripsi:illud ꝓfecto est summum ac maximum omnium quo tanta mihi uidentur mala rebus nostris impendere:ut nisi deus aliquis hæc ipsa a nobis auertat:facile possim nostrarũ partiũ desolationẽ ac ruinã diuinare. Volui hæc omnia tibi nota esse:ut qui periculorum nostrorũ semper socius fuisti:etiã publicæ tranquillitatis particeps fieres & fortunis nostris cõgratulareris. Quomodo ĩ periculis reip. me gesserim: &si tibi renuntiatũ esse non dubitẽ:tamen quo certior de oĩbus rebus fias:illud a te perscribo. Quid adhuc in causa tua iudices egerint:satis arbitror ab his omnibus tibi renũtiatũ:qui quottidie a nobis ad te ueniunt. Postridie autem cætera & grata ut puto ad te perscribam. Si a nostris legibus nõ abhorreret de causa tua bene te sperare iubeo. Siquid aliud in cæteris rebus cognoscere quid ad me pertineat:facies ut cœpisti me certiorem. Ne desiderium tuum differam:statim satisfaciã tibi de eo quod maxime optabas a me audire. Curabis ut quamcunq; fortunã res uestræ habuerint:nihil sit qđ me per te lateat. Scio me omnibus posthabitis magno studio perfecisse omnia quæ ad te pertinere intellexi: de quibus nunc ad te quo sint a me ordine gesta perscribo. Cum tantum habeã fidei prudentiæ tuæ summæq; in me beniuolentiæ:quantum nemini te etiam atq; etiã hortor ac moneo ut. Sed unũ a te quæso:non obliuiscaris te illum esse:cui ipsa resp.se & suos ciues commendat. Sed illud te rogo atq; obsecro:ut si quod remedium ad hanc oportunitatem potes per alios adhibere nullam occasionem prætermittas. Sed illud a uobis etiam atq; etiã uidendum est:ne animũ uestrũ nimiũ ĩ secundis rebus efferatis. Et est maxime prouidendum sicut facitis:ut uictoriam uestram referatis potius ad diuinam causam q̃ ad humanam. Sumus fere omnes in periculis nostris animo summisso:& tunc summe uenerамur:ac excolimus deũ.nescio qua iniquitate postea ĩgrati reperimur:cũ summã uotoꝝ attingimus. deinde queruntur homines nullam fœlicitatem esse perpetuam:& fortunã accusant. Hæc ex Gaspari no pergamensi:nunc ex aliis accipe. Romã ueni ad.viii.Kalendas Aprilis:moxq; ut primum licuit põ A

tificem adiens & ſalutandi cā & mei ipſius exhibēdi:ab eo perbenigne quidem ac perhumaniter rece-
ptus ſum:quanquam primo ſtatim congreſſu ubi me aſpexit:nullo adhuc uerbo a me facto cōuerſus
ad eos qui proxime aſtabant,Iunior hic eſt inquit longe q̄ putaram.Hæc prima uox illius a me audi-
ta eſt.Poſt hæc ego conſueta ueneratione illum affatus cum eſſem:ipſeque perpauca quædam reſpon
B diſſet:reſumpſit ea ipſa quæ primo aſpectu edixerat, Leo.Aretinus.Statueram nihil ad te ſcribere an
tequam rediſſem:ſed cum Laurentius Cremonenſis uir perfamiliaris & ſtudioſus tui hodie mihi oc-
currens:nunquid ad te uellem rogaret:nolui ipſum omnino uacuum dimittere litterarum mearum.
Scito igitur iam me multos dies Viterbii commoratum.Nam iter ſic infeſtum latrociniis & hoſtili-
bus incurſionibus fuit:ut tuto tranſire deſperarim:nunc uero quoniam induciæ quædam cum hoſti
bus factæ dicuntur:licebit iter arripere:quod faciam hodie uti ſpero.Ex urbe Roma prolixius ad te
ſcribam.Vale.Idē.Negocia Lupi noſtri de quibus ſignificari tibi iam ſæpius me per tuas litteras mo-
nuiſti:ſcias plane his proximis diebus eſſe confecta.Poſtulatio.n.quæ mihi illius nomine tradita fue-
rat nobis depræcantibus per pontificē admiſſa eſt:de quibus ad ipſum ſcribo latius quæ litteræ ut ei
reddantur curabis.Idem.Non puto opus eſſe multis ut te uerbis cohorter:cum tibi & de amiciſſimi
uiri negocio:& de re tibi grata leue onus impono.Tu ipſe re cognita moueri debes ſine ulla poſtula-
C tione aut rogatione noſtra.Idem.Niſi uererer pater optime ne te auocarem a tua contēplatione & ſan
ctitate:qua uteris hoc ieiunii tēpore:eſſem longior in ſcribendo:ſed te diuinis rebus ita occupatū pu-
to:ut ſtultū uideaē inanibus uerbis uelle obſtrepere auribus tuis:quæ quottidie ſanctoꝝ uiroꝝ uoci
bus replenē.Sed tamē id unū ſcribā:quod te libēti aīo pro noſtra amicicia auditurꝝ cōfido. Cōmater
tua(octauus hic eſt dies)peperit mihi infantulū pulcellū:cui nomē īdidi Ioānis baptiſtæ.Ago deo gra
tias qui me hoc tanto dono:& laudabili uoluptate cumulauit:qua fruar quoad libuerit ei qui illū no
bis largitus eſt.Et certe magna in me gratia dei fuit:cū ſenectā meā tā bella prole conſoleē. Vtinā me
morem me efficiat beneficiorum ſuorum quæ qui meminit conſequetur ampliora.In hoc autē edu-
cando nō eſt opus ut me iterum moneas:quoniā ſuperiores litteræ ita copioſæ ī ea re fuerūt: ut nihil
uideatur ad eā doctrinā amplius addi poſſe.Vale & me ama.Poggius Florentinus. Ego ſatis habeo &
honoris & lucri,non cupio diues fieri:hoc eſt ualde opulentus.Nā diues quidem ſum, poſui enim ter
minū deſideriis.Cupio aliquando quieſcere.Itaq; ego tibi cæteriſq; amicis hūc laborem remitto.Re-
gnū non eſt tantum ut ſtatū pro eo uelim mutare.Sum in loco celeberrimæ urbis:fruor libertate ma
xima:lucror quantum ſatis eſt ad modeſtam uitam paruo cum labore,non curo quis conſcendat aut
deſcēdat:nulla ambitione laboro:cōuenit mecū ſtatus meus.Quid ad hāc uitā addi pōt.Excedo croe
ſum diuitiis:cū modū poſuerim cupiditati.Igiē uale & ſi me amas hac in re obmuteſcas oro.Idē. Nūc
uero te ꝑ noſtra amicicia hortor moneoq;ut has ſtudioꝝ tuoꝝ primicias tales eſſe uelis: ut ex agro
& fertili & beneculto ꝑdire uideaneē.Cultura uero animi uirtus eſt quæ uberrimos fructus parit. hāc
amplectere,hanc exerce.Curaq; omni diligentia ut propter doctrinā iuris recte quoq; uiuendi ſtudiū
cōſequaris.In primis corruptellas fuge:teque īmaculatum a peccatis ſerua:neq; quicq̄ agas quoad pōt
fieri:cuius te pœnitere neceſſe ſit.Inter cætera iuſticiā cole.Recte iudica:& quicquid agis deū ſpecta-
torem cogita.Præſtat enim pauperiorem eſſe integris moribus q̄ diuitem uita perdita.Id age ut iuris
ſciētia nō ſolū afferat uitæ ſubſidiū:ſed ut etiā uirtutis ornamentū.Hic enim rectiſſime mihi uitam ī
ſtituere uidentur qui uerā doctrinā coniungunt cū ſanctimonia uiuendi.Sed oīa aſſequeris: ſi fugeris
auariciā malorū omniū irritamentū.Scripſi hæc paucis propter amorē in te meū:quæ tu accipias in
bonam partē uolo.Alter fortaſſe te ad lucrū & quæſtū te cohortareē,ego & illud idē tibi ſuadeo: dū-
modo non ſit a uirtute ſeiūctū.Nā in turpitudine nihil pōt eſſe utile.Sed hæc tu melius. Vale. Idem.
D Si tu ac tui ualetis bene eſt:ego quidē ualeo.Hanc uel peſtē uel peſtis ſuſpitionē cū aliis de cauſis tum
uero hac ipſa deteſtor & maledico:q; me tua iucundiſſima conſuetudine priuauit.Inuidet nobis cre-
do fortuna:ſi tantum uoluptatis ex mutua familiaritate ſuſciperemus:&ſi longe ſemota fuerint cor-
pora:ꝑſentes erūt animi cogitatio & mutua recordatio quæ res ꝑcul eſſe nō ſinēt.Si nō dabiē ut corā
loqui:& uiuos habere ſermones poſſumus interuenit mutuū litterarū officiū:quod abſentiæ noſtræ
moleſtias mitigare ac tēperare queat.Fit enim neſcio quomodo:ut mira quadā ſcribēdi ſit uoluptas:
E cū aliquādo abſentibus amicis interrupta eſt oratio.Guarinus Veronenſis.Poſteaq̄ a nobis abiiſti de
te nihil accepimus.Itaque nō poſſumus nō uereri:nequid tibi quod nolimus acciderit.Nā hoſpes ille
ad quē aduerteras nocte cuius ꝑximo die hinc ꝑuectus es.Mediolanū modo ueniēs renūciauit te cū
eſſes apud ſe hoſpitatus:uiſum eſſe e ſtomacho laborare:& de caupone queſtū apud quem prandiſſes.
Quare uelim me facias de te tuiſque conſiliis q̄primū certiorē.Nā ſi uales:quid iſtic tēpus inaniter te
ras neſcio?Sin minus uales danda eſt opera:ne tua negligentia ſis peiore conditione. Vale. Franciſcus
F Philelphus.Papiam ueni ubi tamdiu acturus ſum:donec Mediolani peſtilentia deſierit deſeuire.Cum
primum nuntium idoneum nactus fuero:mittam ad te pecuniolam pro uiluto.Interim abs te peto:
ut eruditiſſimum Michaelem parmenſem:qui iſtic adoleſcentiam docet nomine meo adeas: & ab eo
certior fias:quinam ſit qui illud opus de uarietate metrorum habet:quod pergamenſis epiſcopi fuit.
Ait enim eius quidam diſcipulus rem eſſe per egregiam.Si illud offenderis:fac exſcribi mea īpenſa: il-
ludq; ad me dabis:Cupio epiſtolas meas huic nouellino papienſis cinibæ gubernatori ad me des: eaſ-
que papireis pluribus pānoue lineo īuolutas:quo tutiores ſint ab ībribus.Iacobū meū ualeē plurimū

cupio. Tu me. M. Ioanni cõmenda. Vale cũ Bartolomeo melio. barbaries aũt reliqua male ualeat. Idẽ. Nisi uæhementer amem amorẽ tuũ ingratus sum. Quæ magnifici equitis aurati Ioannis tholentinatis scriba tuo nomine mihi corã exposuit: libẽtissime audiui. Quid aũt aut sentiam aut uelim: tecũ una Cremonæ ad paucos usq; dies cõmẽtabor atq; statuã. Nam ad Kalendas Maias hinc iter capiam ad urbẽ Romam negocii mei grã & id quidẽ ex principis nostri sententia. Quod aũt queri uisus es: q; nihil ad te scribã nõ iure id facis. Nã ꝓximis diebus lr̃as ad te dedi. Tu uero Endymionis somnũ dormis: respõdesq; oĩno nihil: sed idcirco ignosco tibi: q; ita ranarũ Cremonensiũ clamoribus obtũderis: ut apud te esse non possis. uale. Idẽ. Iam uer est in limine. Itaq; a te peto: ut hyeme plantas illas ficulneas ad me dare ueluti peritior agricola noluisti: nunc tandẽ dare incipias. Nisi fortasse quod nolim moleste feras res ullas bonas fore tibi cõmunes cũ aliis. Ná si pluribus rogari te cupias: non possum non uereri uel inuidiæ uel obtrectationis sis accusandus: quas quidẽ perturbationes indignas arbitror magnitudine animi tui. Cupio item plantas prunorum damasenorum. Vale. Idem. Peto abs te in maiorẽ modũ: ut quod & mihi coram recepisti: & ex proximis meis litteris audire potuisti: id apud patrem tum præstantissimũ & munificentissimũ principẽ q̃primũ & q̃optime conficias. Hac mihi re neq; gratius quicq̃ neq; magis necessariũ præstare potes. uale. Idẽ. Petii abs te proximis litteris secundũ q; etiã nunc tertiũ & peto: & te quoq; si pateris rogo: ut rẽ meam apud principem nostrũ munificentissimũ patrẽ tuum: ubi minus confeceris ita conficias: ut mihi abiens corã recepisti. In hũc diẽ neq; tu respõdisti quicq̃ nec ex alio sum certior factus quid egeris aut non egeris. Itaq; aut responde q̃primum: aut equum mitte quo uehar ad uos. Nam si ad uos uenero facile futurum suspicor: ne uacuus Mediolanũ repetam: præsertim cum iam instet natalis christianus qui principes solet ad beneficentiam exhortari. uale. Idem. Quod & princeps noster Franciscus Sphortia tibi abeunti iusserat: & ipse uerbis pluribus abs te petii: si minus in hanc diem conficere potuisti: ut cõficias tandẽ cupio. Hac enim una re neque gratius mihi quicq̃ præstare queas: neque etiam iucundius. Atqui beneficium illud quis non libẽter conferat quod is in quem conferamus maximi sit facturus & eo tamen usurus non sit. Sic enim tũ sumus liberales: cum ex huiusmodi nostra liberalitate neque molestiæ neque icõmodi quicquam accipimus. Tenes quid uelim. Vale. Idem Philelphus. Nunc circa clausulas generales extra propositũ auctoritates: & prouerbia nostram instituemus doctrinam.

Circa res generales & extra ꝓpositũ: ac circa autoritates: ꝓuerbia & exẽpla. M. T. C. clausulæ ĩcipiũt.

N hac ratiõe quid res: quid causa: quid tempus ferat tu facile optime q; perspicies: quid nobis placuisset ex me potissimum putaui te scire oportere. libro primo. Epistola. vi. Itaq; tota iam sapientum ciuium qualem me & esse & numerare uolo: & sentẽtia & uoluntas mutata esse debet. Id enim iubet Plato: quem ego uæhementer autorem sequor: tantum contendere in rep. quantũ probare tuis ciuibus possis: uim neq; parenti: neq; patriæ afferre oportere. Epistola. ix. Dux nobis sis & autor: opus est & eorum uẽtorum quos proposui moderator quidam & qua si gubernator: qui & si ex oĩbus unus exoptãdus esset: quẽ tecũ conferre possemus non haberemus. libro. ii. Epistola. vi. Putares me unq̃ accidere posse ut mihi uerba deessent: neque solũ ista uestra oratoria: sed hæc etiam leuia nostratia? Epistola. xi. Vrbem mi ruffe cole: & in ista luce uiue. Omnis peregrinatio (quod ego ab adolescentia iudicaui) obscura & sordida est his quorum ĩdustria Romæ potest illustris esse. quod cũ probe scirẽ utinã in sententia ꝓmansissem. Cũ una mehercule ambulatiũcula atq; uno sermone nr̃o: oẽs ꝓuinciæ fructus non cõfero. Epistola. xii. Hæc eo pluribus scripsi: q; mihi significabãt tuæ lr̃æ subdubitare te: qua erga illũ essem uolũtate. Credo te audisse aliqd falsum ẽ (mihi crede) siquid audisti. Nihil enĩ feci unq̃ neq; dixi: quod cõtra illius existimationẽ esse uelim. Epistola. xiii. Miro me desiderio urbs afficit & oẽs mei: tuq; in primis. Eadem. Non me ista terrent quæ mihi ad te ad timorem fidissime atq; amantissime proponuntur. Epistola. xvi. Equidem pro eo quãti te facio qc quid feceris approbabo. sed te quoque confido ea facturum quæ mihi maxime ĩtelliges esse accomodata. libro. iii. Epistola. iii. Siquid nunc me fefellit in scribendo (procul enim aberã a re ipsa & a locis) si mul ac progredi cæpero: q̃ cælerius potero & q̃ creberrimis litteris: faciam ut tibi nota sit omnis ratio dierum atq; itinerum meorum. Oneris tibi imponere nec audeo quicq̃ nec debeo. Epistola. iiii. Verũtamen plus in hac spe: tua sapientia & humanitas consolatur: q̃ oportunitas temporis. Itaq; quẽadmodum expediam exitum huius institutæ orõnis nõ reperio. Epistola. xi. Nemo est hominum qui cum potius mihi q̃ tecum communicandum putem. Nec enim clarissimorum uiroꝝ quorum similes esse debemus exempla: neq; doctissimorum quos semper coluisti præcepta fugiunt. libro. iiii. Epistola. i. Quantum nos fefellerit: & quem in locum res deducta sit uides: neq; solum ea perspicis quæ gerunt quæq; iam gesta sunt. sed etiam qui cursus rerum: qui exitus sit. Epistola. ii. Quid est quod nõ priusq̃ datum est ademptum sit. Epistola. v. Nonne mauis sine periculo tuæ domi esse: q̃ cũ periculo alienæ? Equidẽ etiã si appetenda mors: domi atq; in prima mallẽ: q̃ in extremis atq; alienis locis. Epistola. vii. Hisdẽ igit̃ de rebus etiã atq; etiã hortor quibus superioribus litteris hortatus sum: ut in ea rep. quæcunque est quãprimũ uelis esse. Multa uidebis fortasse quæ noles: nõ plura tamẽ quã audis quottidie Nõ est porro tuũ uno sensu solũ oculoꝝ moueri cũ illud idẽ auribus percipias: quod ẽt maius uidere solet minus laborare. At tibiipsi dicendũ erit aliquid quod non sentias: aut faciendum quod non probes: primũ tempori cædere: idẽ necessitati parere semp sapientis est habitũ. Deinde non habet: ut nũc

quidem est id uicii res:dicere fortasse quæ sentias non licet:tacere plane licet.Epistola.ix.Sapientis est carere patria:duri non desiderare.&si rep.non possis frui:stultum est nolle priuata.Eadem.Sæpius mihi ueniebat in mentem queri q; ita uiuerem:quam gaudere q; uiuerem.Epistola.xiii.Non enim ignoro quam impudenter faciam qui tibi primum tãtum oneris imponam(põt enim denegare occupatio tua)libro.v.Epistola.xii.Qui semel uerecundiæ fines transierit:eum bene & gnauiter oportet esse impudentem.Eadẽ.Neque ita feci ut te ad meũ arbitriũ adducerem sed tribui tibi tantũ:quantũ tribuisse nunquã pœnitebit.Epistola.xx.Tibi persuade præter culpã & peccatũ quo semp caruisti & carebis homini accidere nihil posse:quod sit horribile aut pertimescendum.Epistola ultima.Ego quãti te faciam semperque fecerim:quanti me a te fieri intellexerim sum ipse mihi testis.libro.vi.Epistola.x.Est tuæ sapientiæ magnitudinisque animi quid amiseris obliuisci:quid recuperaris cogitare. Viues cum tuis:uiues nobiscum plus acquisisti dignitatis:quam amisisti rei familiaris.Epistola.xi. In quibus ipse Pompeius confitetur se & operam & oleum perdidisse.libro.vii.Epistola.i.Vetus est enim ubi nõ sis qui fueris non esse cur uelis uiuere:sed tamen uacare culpa magnum est solacium:præsertim cum habeam duas res quibus me sustentem optimarum artium scientiã & maximarũ rer; gloriã:quarũ altera mihi uiuo nunquã eripietur:altera ne mortuo quidẽ.Epistola.iii.Quid agas:q̃d constitueris:& ubi sis hyematurus cupio scire.Epistola.ix.Verũtamen rideamus licet.sum enim a te iuitatus.Epistola.x. Sed hæc iocati sumus & tuo more:& non nihil etiam nostro. Epistola.xiiii.In equo troiano scis esse i extremo.sero sapiunt phryges.Epistola.xvi.Eum librum tibi misi Regio scriptum quãpleniſſime res illa scribi potuit.Sin tibi quædam uidebuntur obscuriora:cogitare debebis nullam artem litteris sine interprete & sine aliqua exercitatiõe percipi posse.Epistola.xx.Si ualebis meaque negocia uidebis: me
B que diis iuuantibus ante Brumam expectabis.Epistola. xxi. Luseras heri iter scyphos quod dixeram controuersiam esse:possetne hæres quod furtum antea factum esset furti recte agere.itaque & si domum bene potus seroque redieram tamen id caput ubi hæc controuersia fuit notaui & descriptum tibi misi:ut scires id quod tu neminẽ sensisse dicebas.Sextũ Eliũ Maniliũ.M.Brutũ sensisse.ego tamẽ Sceuolæ te teste assentior.uale.Epistola.xxiii.Hæc etiam auditu acerba sunt.tamẽ audire tolerabilius est q̃ uidere.Epistola.xxxi.Illa q̃is ridicula essent sicut erãt mihi tamẽ risum nõ mouerunt. Epistola xxxiii.Non diu sed acriter nos tuæ supplicatiões torserũt.Incideramus.n.in difficilẽ nodũ. libro. viii. Epistola.v.Facillimũ erit ab eo tibiipsi ipetrare:& meas tũ preces apud eũ nõ minimũ autoritatis habituras puto.libro.ix.Epistola.ix.Extremum illud est:quod tu nescio an primum putes. Plures iã pauones confeci q̃ tu pullos columbinos.Tu te istic hateriano iure delectato:ego me hic hirciano. Epistola.xviii.Non ẽ ignotus mihi sensus tuus:neq; si facultas optabilis mihi quidem tui præsentis esset unq̃ a tuis consiliis discreparẽ:nec nunc cõmittã:ut ullũ factũ meum iure reprehendere possis. libro x.Epistola.iiii.Sed non possum non exhorrescere:siquid intra cutẽ subest uulneris quod prius nocere põt q̃ sciri curariq; possit.Epistola.xviii.Quantũ aũt in acie tironi sit cõmittendũ nimium sæpe expertum habemus.Epistola.xxiiii. Plane beneque peculiatus his rumoribus utrum gadis referat:an Romam(ad singulos enim nuntios turpissimũ consilia muta)nõdũ scio.Epistola.xxxii.Succurret fortasse hoc loco alicui nostrum:cur nouissimum tempus expectamus potius:q̃ nũc aliquid moliamur? qa ubi consistamus non habemus.libro.xi.Epistola.i.Id si ita est omnia faciliora.Sin aliter:magnũ negociũ:cuius exitũ non extimesco:tuæq; partes sunt.ego plus q̃ feci facere non possum: te tamẽ id quod spero omnium maximũ & clarissimũ uidẽ cupio.Epistola.xiiii.Hoc cũ populus Romanus meminit teipsum meminisse turpissimum.Epistola.xvi.Sed imoderate quidam & igrate nostra fœlicitate abuntur.uerum hæc propediem & multa alia coram.libro.xii.Epistola.i. Sed homo amens & perditus multoq; nequior q̃ ille ipse quem tu nequissimum occisum esse dixisti cædis inicium quærit.Epistola ii.Sed hæc tollerabilia illud non ferendum quidem est.Eadem.Sed hæc melius ex re & ex tẽpore constitues:mihi quidem usq; curæ erit quid agas:dum quid egeris sciero.Epistola.xix.Pãsa & sentit & bene loquitur fortiter.Hirtius noster tardius conualescit:quid futurum sit plane nescio. Spes tamen est una aliquando populum Ro.maiorum similem fore.Epistola.xxii.Sed ita fato nescio quo contigisse arbitror:ut tibi ad me ornandum semper detur facultas:mihi ad remunerandũ nihil suppetat præter uolũtatẽ:ornasti cõsulatũ.ornasti reditũ meũ.li.xv.Epistola.xiii.Sed ea sunt cõsueta:ut magis miꝝ sit accidere illa potuisse:q̃ nos non uidisse ea futura:nec hõies cũ essemus diuinare potuisse. Epistola.xv. Hæc ex tullio.Sequuntur nunc similiter ex Tullio siue quota epistolarum:eo q; sub breuitate sequentes contexuntur clausulæ.Longe alia conditione ego sum ac cæteri.Non mehercule erit deprecationis locus.Vos dormitis neq; hæc adhuc mihi uidemini intelligere. Nostri ualde depugnare & facile algere & esurire consueuerunt.Quid faciam tempori seruiendum est.Atq; hæc una uox omnium est.Est tamen nõ alienũ a dignitate tua.Sed de his rebus corã plura ppediẽ ut spero. Sedebamus.n.in pupi.Tua mediusfidius magis q̃ mea causa cupio.Viribus certandũ cũ ualentioribus non putaui. Ne scis me ab illo omnia expiscatum.Sed quid ludimus nescis quo cum imperatore tibi negociũ sit.Non minus posse te q̃ uelle exploratum mihi est.Si quidem quæ nuntiantur ulla ex parte sunt uera. Attendere te uolo quæ in manibus sunt.Nec eius quidem rei finem uideo. Hæc omnino nobis sunt expedienda. Cætera cuiusmodi sunt ex hoc iudica. Sed redeamus illuc unde diuertimus. Non putaui fieri posse ut mihi uerba deessent. Sed uereor ne iam mihi supersse uerba putes quæ

defutura dixeram. Ad ſummã animo forti ſitis. Vt hæc igitur õmittã: quæ mihi tanti æſtimãda ſunt: quãti uitã æſtimo & ſaluté meam. Tu tuum iſtud beneficium mora ne corrumpas. Sunt & plura adiicienda quæ & grandis carta non caperet. Nam ſi pater hoc in filios excogitat: quid ultra reſtat de omnium iurium ac legum & officiorum peruerſione. Sunt & alia clariſſima argumenta q̃ plura quæ exté di nec manu nec calamo præ magnitudine poſſunt. Quod melius caderet nihil uidi. O rem non modo riſu: ſed admiratione digniſſimam. Hoc aſperſi ut ſcires, me tamen in ſtomacho ſolere ridere. Ego non malus homo hoc ſuſpicabar. Nec impune, nam ſentiet quos laceſſerit. Horum malorum omnium culpam fortuna ſuſtinet. Eratque his & tua inuiſa uoluntas & mea oratio. Huc enim ut uenirem ſuperior longius quam uolui fluxit oratio. Non licuit diutius bene de eo ſperare. Nulla enim minantis autoritas apud liberos eſt. Non ſi Varronis theſauros haberem ſufficere ſumptui poſſem. Noui timores retexerunt ſuperiores. Renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat. Verum ut tãdem his uerbis finem imponamus: illud eſt quod iam claudi uolumus. Hæc ſimiliter ex Tullio. Sequuntur ex aliis & ſine autoris uocabulo propter breuem clauſularum contextum. Tentabat in ore loquẽtis uerba præcidere. Dum ecce ad occaſum lux diuina flectitur: & illa nemorum opaca condenſitas irruẽtis noctis tenebris operitur. Dirigit enim prudentiam & conſilium præteritorum noticia: exituſq; ſimilium cœptorum. Sed hæc ut notiſſima tranſeamus: non eſt in ea re aperta: aut multum laborandũ aut inſudandum. Sane qui non ſuccurrit dum poteſt: non compati dicitur: ſed inaniter aut ficte condolere. Siquis tauro uenienti ſe obiiciat prætextu diuini auxilii: temeraria eſt hæc fiducia. Iam ingens mihi reſpirandi facultas datur. Et ut ad noſtrum inſtitutum redeam unde me, ppedié eximia uirtus: uenerandiſſimaq; tãti pontificis dignitas abalienarat. Is enim quem peccati penitet declarat ſe maluiſſe nõ peccare quam pœnitere. Qui eſt princeps peſſimorum criminum: inſigne fieri debet penarum exemplum. Væ illis quorum infœlicitas cæteris eſt diſciplina. Tanta in me pœna ſeuiat a quo tota emanauit offenſa. Tantum ſoluit pœnæ ut nihil remanſiſſe uidetur offenſæ. Piget in noſtro hoſte talia commemorare: mallem aduerſa. Piget æquidem tantæ leuitatis: uel potius improbitatis reminiſci. Quid opus eſt uerbis in eos inuehi quos contraria & inter ſe repugnantia non pudet profiteri. Multa dicta ſunt a uobis: ſed plura reſtant dicenda: ſi uana quæquæ & minuta conquirere uelimus. Inter bilem & riſum memet contineo. Nec quid a multis, ſed quid ueriſimile diceretur grauitati ueſtræ credendum fuit. Quis non glorietur re bene geſta? Aut uidetis q̃ fauſte fœliciterque proceſſerit. Nota quidé ſunt atque erunt ſempiterna. Exarſit ira iuuenis ac retundere ora gladio cæpit. Solent.n. graues uiri plerúque facere: ut qua in re aliis maxime præſtant: in ea ſe pertenues eſſe dicant: & cum perdiuites ſint: ſuã palam decantent pauperiem. At ita ſit eam de me quam libet opinionem quis faciat, dum quod in rẽ tuam fuerit: id tibi perſuadere queam. Minime te fugit uerſiculus ille uulgatiſſimus. Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Honos profecto (ut præclara eſt illa Ciceronis ſententia) alit artes: omneſque incẽdimur ad ſtudia gloriæ iacentque ea ſemper quæ apud quoſque improbantur. Sed quoniam de tanta re loqui alienum ab inſtituto orationis meæ curſu eſſe intelligo, ad te unde egreſſus ſum honorandæ præceptor redibo. Fortem enim ac ſapientem omni penitus paſſione uacuum eſſe decet, ibique patriam exiſtimare ubi bene beatæque degere poſſit. Vnde mihi in mentem ueniunt lepidiſſimi poetæ noſtri uerſiculi. Omne ſolum forti patria eſt ut piſcibus æquor: ut uolucri uacuum quicquid in orbe patet. Abũdarem profecto huiuſmodi exemplis, niſi timerem epiſtolæ modum excedere, atq; ego apud te ſermonem haberem, qui hæc mihi pro tua multarum rerum ſcientia atque noticia cumulatius & magis affatim referres. Labilis eſt res uerbum emiſſum: puolat aures: non conſiſtit: non figit altius radices ſuas. Non.n. in uerbis ſed in rebus conſiſtit uirtus. Trahit ſua quéque uoluptas pauciſſimos (mihi crede) publica monet utilitas. Non.n. placatur deus lingua: ſed affectione cordis. Nam qui corpori ſeruiet: ſeruiet impotenti: ingrato: ĩexplebili: in quod quo plura congeſſeris: eo maiora imperabit. Magna.n. pars ſanitatis eſt: & morbum ſuum cognoſcere: & uelle curari: q̃ ubi abſunt: ſalus eſt deſperãda. Sunt qui neſciunt uerbis extollere ſuos dominos: niſi deprimant alienos. Sed horremus ingredi cum paruo nauigio magnum mare. Quanuis eius rei gloriam plerique in alios deriuent: quorum ea opera fuit quæ ſolet illoꝝ eſſe: qui fugatũ ab aliis feſſumq; ceruũ intercipiunt. Quod licet de tanto lumine non eſſet credibile: qa tamen acciderunt aliquãdo peiora: nõ fuit abſonũ formidare ſimilia. Incredibiliter exultat: feſtos dies agit: illudq; ſecũ ſerio triũphat. Nunq̃.n. huc erroris ꝑlabar. Deceptus eſt non defatigatus. Hac nõ ſucceſſit: alia aggredieť uia. Nihil eſt quod diligentis ſtudiũ hominis nõ perficiat: uigilanti inſtanti: urgenti pro uoto cuncta ſuccedũt labor improbus oĩa uincit. Tu ne cede malis: ſed contra audentior ito: quo difficilius eo præclarius ages. Neque enim inuitantis eſt tepide agere: ſed rẽ ipſam ad quam inuitat ultro offerre. Caput tamẽ & ſumma oĩum ut bene uiuas. Id uero non de mẽſa ſed de mente ſumitur. Semꝑ enim noſtra de fine ĩ finẽ gradiť quidem: ꝑceditque intentio. Hæc ferme ẽ ni fallor ſtoicæ diſciplinæ forma. neſcio an uera: ſed certe maſcula atque robuſta. Atq; enim proni natura ſumus: aduerſus illa uirtutes exponuntur. Inconſulta audacia fortitudo non eſt: ſed temeritas potius & uæſania: tamq; eſt in uitio qui non timenda formidat q̃ qui timenda omnino non expaueſcit. Quas uero cauſas ambigendi habeam: ſi non tibi hæc mea ĩterpellatio moleſta eſt conabor exprimere. Sed non omnia poſſunt hoc tanto & tam præcipiti diſcurſu explicari. Earum nempe diſcuſſio prolixitatem exigit: breuitas autem ſuſcepti operis compendium flagitat. Niſi bonus ſit uir:

prudentem neminem esse posse. Improborum si quidem hominum iudicia perinde sunt ut ægrotantium gustus: qui nulla ferme in re uerum saporem agnoscunt. Cæterum ne pluribus uos remorer exemplis. Malo enim perpetuo silentio uti: q̃ aliquid petere: quod a te impetraturus non sim. Et hæc quidē de me: iam hinc tandem eatur in messem tuam. Hæc ex Tullio & aliis. Sequuntur ex Gasparino.

Ad Idem.

Vpio omnia palā ad te scribi: & est (ut dicitur) amicoꝝ proprium: omnia inter se aperta habere. Nullā enim arte arbitror esse: quæ minus gratiæ & magis incōmodi afferat hōibus: q̃ eā dē quæ docet pro alieno debito in iudicio sisti & fideiubere. Et est notū puerbiū. Qui alterius cā pedē in laqueo mittit: suo tūtū periculo & labore exoluit. Sed hoc tarde ī re mea perspexi. Gasparinus. Si qui sunt q̄bus opes & pecuniæ sint: nemo tamē est qui nō malit suas res ī portu cōtinere: q̃ se manifestis periculis cōmittere. Opus est itaq; maturatiōe: dū res adhuc pōt curari: ne tibi id accidat qđ solet his euenire q̄ mortuo medico marcescunt. Tua iam res ī tuto ē: & ut aiunt iam in portu nauigas. Nihil enim quod ab amicis desiderari possit: defuit tibi ad uictoriā causæ tuæ. Nihil certe natura tua melius habere pōt: neq; īdustria laudabilius: q̃ ut te hōibus p̄beas: & ea uelis quæ ab oībus desiderari ītelligis. Est. n. p̄clare a stoicis dictū. oīa ī terris hominū cā genita sunt: homines uero hōim gr̄a: ut mutuo īter se officio alter alteri suū studiū accōmodēt. neq; aut labor aut p̄iculū ab ea re nos deterreat. Nihil. n. melius natura pōt haberi: aut industria dignius cōsequi: q̃ ut q̄ in aliqua opinione uirtutis positi sunt: studeāt maxime se dissimiles esse his q̄ non possunt æquo aīo bene de aliis audire. Hæc mandata cū adhuc puer essem olim a patre meo audiebā: hæc eadē nunc ad teipsum quē loco filii habeo libenter p̄scribo: quæ si studio tuo & uirtute cōsequeris: ego tuo p̄fectu maxime lætabor. Recte iudicas nullū malū oportere magnū uideri: qđ breue futuꝝ sit. siqđ est quod aliquā animo acerbitatē afferret: id puto eē q̄ mala quæ nobis accidūt non expectata fuerūt. Credebā aut aliquē his aduersitatibus finē esse aut (quod trito prouerbio dicitur) tempus hominibus ægritudinē adimere: sed utrunq; falsum experior. Nam & ira fortunæ semper crudescit: & quo diutius his īcommodis atq; molestiis conflictor: eo semper deterius habeo. Hæc sunt ciuium nostrorum artes: cum res nostræ secundæ sunt: omnia ultro polliceri: certare uerbis de summa beniuolentia: de fide: de constantia cū his qui nos uere amant. Si uero uentos mutatos esse uiderint: rationem fortunarum suarum ac liberorū potius q̃ amicorum habendam esse dicent: nihil de antiquis officiis: nihil de beneficiis acceptis cogitant: & quos sine periculo tueri possent: facile patiuntur a se desertos esse. Hæc te admonere possunt si prudēs es: ne dum tuæ res adhuc sunt prosperæ: huiusmodi amicos tuo cū incōmodo tibi cōpares. Nemo te potest melius docere quid sit hoc tēpore cauendū q̃ ego: qui meo periculo prudens factus sum. Non ego quin tua præsentia multum uoluptatis mihi afferret: sed nescio quomodo euenit ut nostræ cogitationes magis obtusæ uideantur: cum eosipsos quos diligimus intuemur: q̃ dum illis absentibus eorum de nobis studia: sermones: & consilia nobiscum ipsi cogitamus. Puto hoc ideo nobis accidere: q̄ nostri affectus habent aliquod maius ac nobilius: q̃ nostri sensus possīt attingere. Possidentur quidem animo ubi etiā sunt reconditi. Mihi enī cū maxima pars uitæ iam exacta sit: nihil potest esse quo diu in ea etiam sunt reconditi. Mihi. n. cū maxima pars uitæ iam exacta sit: nihil potest esse quo diu ī ea utendum sit. Vestra autem ætas quæ meliori incursu est: & ī futurum spectat multa habet: quæ iure sibi possit in gerendis magistratibus promittere. Ego uero iam magis ocium q̃ negocium senectuti meæ desidero. Vos q̄ in ea exornanda atq; locuplectanda occupati estis. pro uestra sapiētia considerabitis quid reip. conueniat. Quicquid uero de me constitueritis: ego bonis consulam. Mea quidem sententia fuit: & item omnium philosophorum semper unam rem optime ab uno agi neq; oportere ingenium uestrum cum unum sit rebus pluribus simul intentum esse. Sunt qui leuiter inuidiam ferendā putent. ac dicant uirtutem cum expectatione inuidia hominibus datam esse nec illū uelle in lauta parte esse qui nō possit inuidiā fortiter pati: sed ubi res arbitrio meo pene liceret: libēter hāc sapiētiā illis cōcederē: & mallē sine inuidia uirtute uti q̃ cū īuidia. Quid. n. sanctius ab ullo n̄m pōt fieri: q̃ odia q̄ reip. cā susceperimus: eiusdē reip. cā deponere. Est. n. semper oratio eorum suspecta qui prompti sunt ad male dicendum de alio: cū uel inuidia id faciūt uel aliquo alio dolo. & si non uer̄: tamen simile ueri fit. Neminem arbitror tā iniquo aīo esse qui in his rebus quæ nullo cōmodo sibi accedūt nō deponeret maliciā suā: & mallet se indignū sua fortuna uideri. Sed ut arbitror: sæpe hi qui diu sceleribus suis freti sunt: repetunt interdū auidius honesta studia q̃ illi qui semp inter leges & iudicia uiuunt. Accidit ergo quod sæpe in magnis incendiis uidemus: quæ ubi neglecta fuerint: etiā si minima ab ipso initio extiterint: tamen ad summū consurgunt. Nā q̄ ī morbis dici solet: malum istud recrudescit. aliquādo asperius q̃ incepit. Sed inde periculum factū ē unde præsidiū expectamus. Oīa (ut dicit) noua hominibus placent. & maxime quo magis ad humana studia accedunt. Sic res euenit ubi fides illis debet. q̄bus nihil pudoris inest aut modestiæ. Vetus prouerbiū est crescentibus diuitiis uitia crescere. Nō omne quod lucet (ut in ueteri prouerbio est) aurum iudicari debet. Theodosius iure optimo inter diuos Cæsares numerandus cum omnia bella diuinis auspiciis gereret: ac nomen unius & immortalis dei magnis & uexillis in scriptis deferret: non solum homines & arma: sed etiam ipsos uentos auxiliantes habuisse dicitur. Theodosius imperator: maledicētem nostræ maiestati pœnæ nolumus subiiacere: quoniā si ex leuitate dixerit contēnendū est. si ab insania mētis: ei miserendū ē. si aūt ab iniuria: remittēdū

Philippus rex Macedonum:cū uno tempore tres nūtii læti ſibi ueniſſet,primus q̄ quadrigarum curſu Olympia uiciſſet.Secundus q̄ Parmenio eius dux dardanos ſuperaſſet. Tertius q̄ Olympia filium maſculū edidiſſet : ſublatis in cœlū manibus:o deus inquit mediocrē his calamitatē repone . Prudēs enim rex non ignorabat q̄ maximis ſucceſſibus fortuna ſuidere ſolet.Hæc ex Gaſparino pergamenſi & quibuſdam aliis.Ne credas laudatoribus tuis:īmo irriſoribus tuis aurē ne libenter accomodes: qui A
cum te adulationibus fouerint:& quodammodo impotem mentis effecerint ſi ſubito poſt te conſpexeris:aut ciconiarum poſt te colla deprehendis curuari:aut manu auriculas agitare aſini:aut eſtuantē canis protendi linguam.Hæc ſanctus Hieronymus.Certe modernis temporibus ne pudicicia:nec morum honeſtas monēt ad nuptias:ſed tātū diuitiæ & libido.Ideo nec per ſe erat amicicia : nec prouenit
proles apta.Idem Hiero.ad Ruſticū.Naturā oīum ferme eā eſſe uidemus:ut promptior ſit ac paratior B
ad culpandū ea quæ minus recte agi arbitramur:q̄ ad laudandū illa quæ uidēt fieri cū uirtute . Poggius Floré.Cupio enim colloqui cū eo per litteras:licet hi calores me reddiderunt ardiuſculū ad ſcribendum:adeo ut neceſſe ſit etiā uerba expiſcari cū loqui uolo.ſed interim pluet & nos hūectabimur.
Idem.Vereor ne parum cumulate recenſuerim quæ in eius laudē ueriſſime dici poſſe uidebantur.ſed ea relinquo eloquētioribus: q̄ copioſe & ornate cogitationes ſuas mādare litteris poſſunt.Ego mulierum more quax̄ ſubita cōſilia prudentiora habēt:quicquid in mentē uenit primo conceptu expreſſi:relinquens aliis uberem ſi uoluerit ſcribendi facultatē.Idē.Satis recte uideor cōſuluiſſe quieti meæ & futuris amicis licet quidē ex amicis ridentes dicant:tunc me artem nouā incipere:cū deſinēdū eēt:
ſed quod bene & honeſte fit:id nunq̄ fieri ſero putatur:& quemadmodum boni poetæ extremū actū politiorem perfectioremq̄ efficiunt:itidē ego quod tēporis ſupereſt: pfectori uitæ dedicari. Catonis aūt diuortiū miſſum faciamus. Multa ferebat illox̄ temporx̄ conditio quæ hodie īprobantur . Senec a citius ebrietatē laudare uult ꝓpter Catonē: q̄ Catonē dehoneſtare ꝓpter ebrietatem.Sic tuus Poggius quicquid Cato & philoſophus & ſtoicus fecit & honeſtate & cū uirtute exiſtimat feciſſe.Verum
tamen ut Cicero ſcribit Sponſam cuique ſuam placere: ſi tu tuam: ego meam opinionem ſeruabo.
Idem.Quis enim tam diſſonas tamque uarias opiniones in unum congerat: Quis tam proceris capi- C
tibus imperet : Quis eos domet aut regat quos undique montium clauſtra & circūfuſi pelagi ambitus non tam ſecuros quam ſuperbos reddidere . Candidus ducis Mediolani ſecretarius . Equidem
ut apud Curiū bene ac ſapienter fatur . Alexander regū ducūq̄ clementiā non ipſox̄ modo: ſedent ī
illorum qui parent ingeniis ſita eſt obſequio mitigant imperia. Vbi uero reuerētia exceſſit ex animis & imis ſumma cōfundimus:ui opus eſt ut uim repellamus.Idem.Male quidē res habet: cū is qui pare re deberet:impare cupit:nec tantū cupit:ſed uult & ſe dignū ducit.Idē . Nūc ad maiora ꝓcedamus:ut
ueritas oībus in rebus emineat:q̄q̄ pleraq̄ adeo leuia ſunt in contemnenda: ut ipſis nulla re melius q̄
taciturnitate queat reſponderi.Idem.Atqui ſane uerū eſt quod Publius uir ille egregie doctus & eruditus ſcribit:monetq̄ ueterē ferendo iniuriā inuitas nouā.Idē. Et hæc circa hanc Rubricā ſat erunt.
Nunc de clauſulis quæ loco parēthēſis poni cōſueuerunt doctrinam agemus. Et quoniā rubrica hæc minus dotata euaderet:uerſus aliquos qui ſimiliter loco parentheſis aut alias conuenienter in epiſtolis locari poterunt.ſubnectere ſtudeamus:ac tandē quaſdā epiſtolax̄ ſupraſcriptōnes circa hæc abſoluere noſtra erit intentio.
Circa clauſulas ac circa quoſdam uerſus qui loco parēthēſis:aut alias cōuenienter in epiſtolis poni cōſueuerūt.Et circa epiſtolarum ſupraſcriptiones iuxta merita cuiuſq̄ debite inſtituendas.

Ihil enim me non ſalubriter cogitare ſcio.Nec uana loquor.Licet enim uerum dicere.Nō enim poſſim aliter dicere. Fatendum eſt enim. Puto enim etiam atque etiam mihi dicendum eſſe.Nec uana fides.Sic enim eſt dicendum. Sic enim uere appellare poſſum. Sic eīm placet mihi appellare illum.Sic enim appellas.Sic enim accipio.Sic.n.ſcribit Curius. Quoniam hæc erant tempora.Etenim penitus inſederat.Id quod ignorat nemo.Vt eos commemorem q̄ patrias ſuas colunt.Quod melius caderet nihil uidi.Neque enim phas eſſe arbitror quicq̄ me rogantem abs te non impetrare.Plura enim committenda epiſtolæ non erant. Conuenio autem quottidie plurimos.Nam & obuiam proceſſeram milia paſſuum centum quo maturius ueniret. Procul enim aberam a re ipſa & locis.Scis enim quod attente te audire ſoleam. Vtinam cæteris rebus poſſem. Neſcio quo meo fato.Abfuimus enim duobus menſibus ruſticandi cauſa.Octauus hic eſt dies. Sic enim arbitrabamur.Quod ego ab adoleſcentia iudicaui.Prolixiores namq̄ hoc tempore ad te litteras dare ipſius nūtii frequētia ꝓhibet.Neq̄ alia ulla fuit cā ītermiſſiōis epiſtolax̄.niſi qđ ubi eſſes plane neſciebā.Et id feci parce & molliter.Melius.n.ei cauere uolo q̄ ipē aliis ſolet.Quod ita eē cōfido.Valde .n.metuo ne frigeas ī hibernis. Libet.n.iocari. Verūtamē rideamus licet:ſum.n.a te īuitatus.Sed iā ſatis iocati ſumus.Quis te ferret p̄ter me q̄ oīa ferre poſſū.Nihil.n.cumulatius fieri pōt q̄ polliceris.Nihil enim te fugere potuit.Ita enim tu putabas. Poſſe enim te mihi perſuaſi. Quod facis profecto.Nihil enim mihi a te poteſt eſſe ſeiunctum.Facile enim potes & ſcis amiciciæ obtemperare. Poteris aūt plurimis.Quoniam tu ita uis.Poteſt enim denegare occupatio tua.Sum enim auidior etiam quam ſatis eſt gloriæ. Eſt enim omni liberali doctrina politiſſimus. Id nimis prodigum eſt uerbum . Sunt.n. nonnulla antiqua & digna uiſu.Quod primū eſt & dulcius omnibus bonū. Eſt enim copia munerū: non uirtutis.Rara auis in terris coruoq̄ rarior albo.Miſera eſt illa quidē conſolatio tali præſertim ui

ro:ſed tamen neceſſaria. Ita me deus ſaluum uelit ſi uere & non ficte loquor. Hæc enim ornamenta ſunt tibi etiam cum aliis cõmunia. Non enim iam ſatis eſt cõſilio pugnare artificium quoddam excogitandum eſt. Vt præclara eſt illa Ciceronis ſententia. Magnæ enim nobis eſt ſollicitudini ualetudo tua. Quod boni uiri eſt. Nam ex utraq; parte ſunt qui pugnare cupiũt. Id quod mihi moleſtiſſimum eſt. Nam id auertat Iuppiter. Quod dii prohibeant. Nam id quidem uulgare uitiũ eſt. Noui enim gentem illam. Qua mundicia homines qua elegantia. Quis enim eſſet qui illum tam furioſum arbitraretur. Et enim uidebatur eſſe commotus. Sic enim iam tãdem te hortari libet. Leuat enim dolorem cõmunis quaſi legis & humanæ conditionis recordatio. Nam exul (ut crudeliſſimo & peſſimo homini conueniens erat) mortuus eſt. Quid ſumme deteſtandum eſt. Ita enim ab imminẽtibus malis reſp. te adiuuante liberabitur. Licet enim uerũ dicere. Quod noſtra numina utinam bene uertãt. Nam qui uelis non dubito. Quis enim in te id non faciat. Hominem certe non ſperandum. Vtor enim libẽter uerbis tuis. Sic enim inſcripſi. Iuuat certe cum ad te ſcribo omnia loqui libere quæ ſentio. Salua pace. Cum bona uenia tua. Ex Tullio Gaſpari. & aliis ſufficiant. Poteris etiam clauſulas ſupra Rubricã poſitas: & ſub breuitate ac uno uerborum ſtructu contextas loco paréthеſis conuenienter collocare. Itẽ & uerſus quos nunc ex ordine ponam: qui noſtras epiſtolarum rationes multo uberiores elegantioreſq; conſtituere certiſſime poſſunt: & quidem maxime quando ipſos uerſus ſeu carmina noſtro epiſtolandi genere per imitationem aptiſſime dixerimus accomodandos.

A Vſa mihi cauſas memora quo lumine leſo?
Quidue dolens regina deum tot uoluere caſus.
B Inſignem pietate uirum: tot adire labores
Impulerit? tantæ ne animis cæleſtibus iræ?
C Nec dum etiam cauſæ irarum ſeuiq; doloris. Exciderant animo.
D Coniugio iungam ſtabili propriamq; dicabo.
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat: & pulcra te faciat prole parentem
E Ex templo Eneæ ſoluuntur frigore membra
Ingemit: & duplices tendens ad ſidera palmas.
Apparent rari nautes in gurgite uaſto
F Tanta ne uos generis tenuit fiducia ueſtri?
G Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis
Maturate fugam regiq; hæc dicite ueſtro
H Non illi imperium pelagi ſcæuumq; tridentem. Sed mihi ſorte datum
Illa ſe iactet in aula.
I Ac ueluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio: ſeuitq; animis ignobile uulgus
Iamq; faces & ſaxa uolant: furor arma miniſtrat.
Tum pietate grauem ac meritis ſi forte uirum quem.
Conſpexere ſilent: arrectiſq; auribus adſtant.
Ille regit dictis animos & pectora mulcet
Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum. Intus aquæ dulces
K Ac primum ſilicis ſcintillam excutit Achates.
Suſcepitq; ignem foliis: atque arida circum
Nutrimenta dedit: rapuitq; in fomite flammas.
L Et dictis mœrentia pectora mulcet.
O ſocii (neque enim ignari ſumus ante malorum)
O paſſi grauiora: dabit deus his quoque finem
Experti reuocate animos mœſtumque timorem
Mittite: forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per uarios caſus per tot diſcrimina rerum. Tendimus in latium.
Durare & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.
Talia uoce refert curiſque ingentibus æger
Spem uultu ſimulat: præmit altum corde dolorem
M Spemque metumque interdubii ſeu uiuere credant. Siue extrema pati.
Fatis contraria fata rependens.
A Quem das finem rex magne laborum.
B His ego nec metas rerum nec tempora pono. Imperium ſine fine dedi.
Conſilia in melius referet. mecumq; fouebit. Romanos
Vt primum lux alma data eſt.
Sis fœlix noſtrumq; leues quencunq; laborem.
C Haud equidem tali me dignor honore
D Sed ſumma ſequar ueſtigia rerum.

Multa malus ſimulans uana ſpe luſit amantem E
Sed qui tandem: quibus aut ueniſtis ab oris? F
Quoue tenetis iter? quærenti talibus ille
Suſpirans: imoque trahens a pectore uocem G
O dea ſi prima repetens ab origine pergam
Et uacet: annales noſtrorum audire laborum
Ante diem clauſo componet ueſper olympo.
Matre dea monſtrante uiam: data fata ſecutus H
Perge modo & qua te ducit uia dirige greſſum.
Sunt lachrimæ rerum & mentem mortalia tangunt
Solue metus: feret hæc aliquam tibi fama ſalutem I
Sic ait: atque animum pictura paſcit inani K
Multa gemens: largoque humectat flumine uultum
Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat. L
Tum uero ingentem gemitum dat pectore ab imo
Si genus humanum & mortalia temnitis arma. M
At ſperate deos memores phandi atque nephandi
Dii tibi ſiqua pios reſpectant numina: ſiquid N
Vſquam iuſticiæ eſt: & mens ſibi conſcia recti
Præmia digna ferant: quæ te iam læta tulerunt
Secula: qui tanti talem genuere parentes
In freta dum fluuii current: dum montibus umbræ. O
Luſtrabunt: connexa polus: dum ſidera paſcet
Semper honos nomen tuum laudeſque manebunt
Finibus expulſum patriis noua regna petentem.
Quare agite o tectis iuuenes ſuccedite noſtris
Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco P
Omnis in aſcanio cari ſtat cura parentis Q
Ad te confugio & ſupplex tua numina poſco. Hæc ex primo
Sinditur incertũ ſtudia in cõtraria uulgus. Secũdo eneidos — Ex ſecũdo æneid: R
Accipe nunc danauum inſidias & crimĩe ab uno. Diſce oẽs
Inuadunt urbem ſomno uinoque ſepultam
Ceduntur uigiles: portiſque patentibus omnes S
Accipiunt ſocios atque agmina conſcia iungunt.
Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris T
Incipit: & dono diuum gratiſſima ſerpit. In ſomnis
Exoritur clamorque uirum clangorque tubarum
Arma amens capio: nec ſat rationis in armis V
Sed glomerare manum & concurrere in arcem X
Cum ſociis ardent animi furor iraque mentem.
Præcipitant pulcrumque mori ſuccurrit in armis.
Vna ſalus uictis nullam ſperare ſalutem. Y
Quis cladem illius noctis? quis funera fando Z
Explicet? aut poſſit lachrimis æquare labores
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.
Plurima pque uias ſternuntur inertia paſſim
Corpora: perque domos & religioſa deorum
Limina: nec ſoli pœnas dant ſanguine teucri
Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus
Heu mihi inuitis fas quenquam fidere diuis.
Obſtupui: ſteteruntque comæ: & uox faucibus hæſit
Quid tantum inſano iuuat ĩdulgere dolori. Hæc ex ſecũdo
Incerti quo fata ferant: ubi ſiſtere detur. Tertio eneidos. — Ex tertio æneid: aa
Littora tum patrie lachrimans: portuſq; relinquo bb
Mihi frigidus horror
Membra quatit geliduſq; cohit formidine ſanguis cc
Quid non mortalia pectora cogis. Auri ſacra fames? dd
Nox erat & terris animalia ſomnus habebat. ee
Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.
Corripio e ſtratis corpus tendoq; ſupinas
Ad cælũ cum uoce manus: & munera libo. Intemerata phocis

gg Ceda mus phebo & moniti meliora ſequamur
Sic ait & cuncti dictis paremus ouantes.
hh Inuoluere diem inibi & nox humida cælum:
Abſtulit ingeminant abruptis nubibus ignes
Excutimur curſu & cecis eramus in undis
Accipite ergo animis atq; hæc mea figite dicta:
ii At ſociis ſubita gelidus formidine ſanguis.
Diriguit:cecidere animi:nec iam amplius armis
Sed uotis præcibuſq; iubent expoſcere pacem
Dii,phibete minas:dii talé auertite caſũ.Et placidi ſeruate pios
kk Tendunt uella nothi fugimus ſpumantibus undis
Hic incredibilis rerum fama occupat aures
ll Diriguit uiſu in medio calor oſſa reliquit.
Labitur & longo uix tandem tempore fatur
mm Viuo æquidem uitamq; extrema per omnia duco
Deiecit uultum & demiſſa uoce locuta eſt.
nn Talia fundebat lachrimans longoſq; ciebat.Incaſſum fletus.
Et multum lachrimans uerba inter ſingula fudit.
Namq; omnem curſum mihi proſpera dixit
Religio & cuncti ſuaſerunt numine diui
Italiam petere & terras tentare repoſtas.
oo Signa tibi dicam tu condita mente teneto
Fata uiam inuenient aderitq; uocatus Apollo.
pp Hæc ſunt quæ noſtra liceat te uoce moneri.
Accipe & hæc manum tibiq; monumenta mearum.Sint puer
Sic occulos ſic ille manus ſic ora gerebat.
A Hos ego digrediens lachrimis affabar abortis
Viuite fælices quibus eſt fortuna peracta :
Iam ſua nos alia ex aliis in fata uocamur.Vobis parta quies.
Corpora curamus:feſſos ſopor irrigat artus.
Nec dum orbem medium nox horis acta ſubibat.
B Tentamuſq; uiam & uelorum pandimus alas
Iam rubeſcebát ſtellis aurora fugatis
Cum procul obſcuras colles humilemq; uidemus.Italiam
Satis eſt gentem effugiſſe nefandam
Dii talem terris auertite peſtem.
Poſtq̃ fata iubent:nec iam datur ulla facultas
C Conſcendit pyrrham dixitq; nouiſſima uerba
Et uitam infælix multo cum ſanguine fudit.Hæc ex tertio
D Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes.iiii.eneidos
E Degeneres animos timor arguit heu quibus ille
Iactatus fatis:quæ bella exhauſta canebat:
Si mihi non animo fixum immotumq; ſederet
Hinc uni forſam potui ſuccumbere culpæ.
F Sed mihi uel tellus optem ima dehiſcat.
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras.
Pallentes:umbras herebi noctemq; profundam.
Ante pudor q̃ te uiolem:aut tua iura reſoluam
Ille meos primus qui me ſibi iunxit amores.
Abſtulit:ille habeat ſecum ſeruetq; ſepulchro
Sic effata ſinum lachrimis impleuit ab ortis;
G Nec dulces natos:ueneris nec præmia noris
Id cinerem aut manes credis curare ſepultos.
His dictis incenſum animum inflamauit amore.
H Spemq; dedit dubiæ menti ſoluitq; pudorem.
Habes tota quod mente petiſti
Ardet amans Dido traxitq; per oſſa furorem
Si modo quod memoras factum fortuna ſequatur.
I Mecum erit iſte labor:nunc qua ratione quod inſtat
Confieri poſſit paucis(aduerte)docebo
K Vbi primos craſtinus ortus

Extulerit titan:radiisque retexerit orbem
Occeanum interea surgens aurora reliquit.
Ille dies primus læthi.primusque malorum.Causa fuit
Fama malum quo non aliud uelocius ullum
Mobilitate uiget:uires qui acquirit eundo.
At uero Eneas aspectu obmutuit amens.
Arrectæque horrore comæ & uox faucibus hæsit.
Nusquam tuta fides.
Improbe amor quid non mortalia pectora cogis?
Cur mea dicta negat duras demittere in aures?
Extremam hanc oro ueniam miserere sororis
Quam mihi cum dederis cumulatam morte remittam
Mens immota manet lachrime uoluuntur inanes
Consilium uultu tegit ac spem fronte serenat
Et bene apud memores ueteris stat gratia facti
Eia age rumpe moras uarium & mutabile semper fœmina
Dulces exuuiæ dum fata deusque sinebant
Accipite hanc animam neque his exoluite curis
Vixi:& quem dederit cursum fortuna peregi
Et nunc magna mei sub terras ibit imago
Vnguibus ora fedans soror:& pectora pugnis
Per medios ruit:ac morientẽ nomine clamat.Hæc ex quarto
Salue sancta parens iterum saluete recepti
Ne quicq̃ cineres animæq; umbræq; paternæ. Quinto Eneidos
Intenti expectant signum:exultantiaq; haurit.Corda pauos
Gratior & pulchro ueniens in corpora uirtus
Subiiciunt uerubus prunas & uiscera torrent
At non tardatus casu neque territus hæros
Acrior in pugnam redit ac uim suscitat ira
Tum pudor incendit uires & conscia uirtus.
Infœlix quæ tanta animum dæmentia cæpit
Inde ubi clara dedit sonitum tuba finibus omnes
Haud mora prosiluere suis ferit æthera clamor.Nauticus
Pulsati colles clamore resultant.
At pater æneas casu concussus acerbo
Nunc huc ingentes núc illuc pectore curas.Mutabat uersans
Nate dea quo fata trahunt retrahuntq; sequamur
Quicquid erit superando fortuna ferenda est
Vnum pro multis dabitur caput.Hæc ex Quinto Eneidos
Non hoc ipsa sibi tempus spectacula poscit. Sexto Eneidos
Subito non uultus non color unus
Non comptæ mansere comæ sed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument
Tu ne cede malis sed contra audentior ito
Omnia percepi mecumq; animo ante peregi
Quin ut te supplex peterem & tua lumina adirem
Idem orans mandata dabat
Tros anchiseade facilis descensus auerni
Noctes atq; dies patet atri ianua ditis
Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras.
Hoc opus hic labor est:pauci quos æquus amauit
Iupiter aut ardens euexit ad æthera uirtus
Insano iuuat indulgere labori
It comes & paribus curis uestigia figit
Multa inter sese uario sermone ferebant
Atq; hæc ipse suo tristi cum corde uolutat
Nunc animis opus enea nunc pectore firmo.
Dic age namque mihi fallax haud ante repertus
Hoc uno responso animum delusit Apollo
En hæc promissa fidesque
Da dextram misero tecum me tolle per undas

L M N O P Q R S T V X Y Z aa bb cc dd ee ff gg A B

C Desine fata deum flecti sperare præcando
Sed cape dicta memor. duri solatia cesus
Sic prior aggreditur dictis atque increpat ultro.
Fare age quid uenias? iam istinc & comprime gressus
Si te nulla mouet tantæ piætatis imago
D Siste gradum teque aspectu ne subtrahe nostro
Quem fugis? extremum fato quod te alloquor hoc est
Talibus eneas ardentem & torua tuentem
Lenibat dictis animum lachrimasque ciebat
Illa solo fixos oculos auersa tenebat.
Nec magis incepto uultum sermone mouetur
Quam si dura silix aut stet marpesia cautes
Nec uidisse semel satis est iuuat usque morari
E Vt uidere uirum fulgentiaque arma per umbras
Ingenti trepidare metu pars uertere terga.
F Namque ut supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus nosti: & nimium meminisse necesse est
G Dulcis & alta quies placidæque simillima morti
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti
Distulit in seram commissa piacula mortem
Discite iusticiam moniti & non temnere diuos
H Non mihi si linguæ centum sint oraq; centum
Ferrea uox. omnes scelerum comprendere formas:
Omnia pœnarum percurrere nomina possim
I Largior hic compos æther & lumine uestit
Purpureo solemque suum sua sidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palestris
Contendunt ludo & fulua luctantur harena
K Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt
L Nec non Traitius longa cũ ueste sacerdos. Obloquitur numeris
Quique sacerdotes casti dum uita manebant
Atque hinc responsum paucis ita reddidit heros
M Nulli certa domus lucis habitamus opacis
Riparumq; thoros & prata recentia riuis. Incolimus
N Isque ubi tendentem aduersum per gramina uidit
O Aeneam alacris palmas utrasque tetendit
Euffusæque genis lachrimæ & uox excidit oræ
Venisti tandem tuque expectate parenti
Vicit iter durum pietas datur ora tueri. Nate tua
Da iũgere dextram: da genitor. teq; amplexu ne subtrahe nr̃o
P Dicant equidem nec te suspensum nate tenebo.
Suscipit Anchises atque ordine singula pandit.
Quisque suos patimur manes: exinde per amplum.
Mittimur Elisium: & pauci læta arua tenemus
Imperium terris animos æquabit olympo.
Q Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis.
R Vincet amor patriæ laudumque immensa cupido
S Tu regere imperio populos Romanæ memento.
Hæ tibi erunt artes pacisque imponere mores.
Parcere subiectis & debellare superbos.
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.
Anchora de prora iacitur: stant littore puppes. Hæc ex sexto.
T Neptunus uentis impleuit uela secundis septimo Enei.
V Cõtinuo salue fatis mihi debita tellus: Hic domus: hic patria
X Certatim instaurant epulas atque omine magno
Crateras læti statuunt & uina coronant.
Postera cum prima lustrabat lampade terras. Orta dies.
Martia qui ob patriam pugnando uulnera passi.
Y Fama est obscurior annis.
Z Tandem lætus ait dii nostra incepta secundent.
aa Magna satis dubitem aut equidem implorare ꝙ usq̃ est.

Ex septio eneid:

Flectere ſi nequeo ſuperos acheronta mouebo.
Ceruus erat forma præſtanti & cornibus ingens. bb
Paulatim ſeſe tollit mare & altius undas. Erigit hæc ex ſeptio cc
Sol mediũ cœli conſcenderat igneus orbẽ.viii.æneidos dd
Tum mihi prima genas ueſtibat flore iuuenta.
Et lux cum primum terris ſe craſtina reddet.
Auxilio lætos dimittam opibuſque iuuabo.
Hæc ubi dicta dapes iubet & ſublata reponi ee
Pocula.gramineoque uiros locat ipſe ſedili
Poſtq̃ exempta fames & amor compreſſus edendi
Rex Euandrus ait non hæc ſolemnia nobis.
Speluncamq; petit:pedibus timor addidit alas
Fortuna omnipotens & ineuitabile fatum. ff
Iam adeo exierat portis equitatus apertis:
Stant pauidæ in mare matres oculiſque ſequuntur gg
Pulueram nubem & fulgentes ære cateruas.Hæc ex.viii.Aenei.
Ad quem ſic roſeo theumantias ore locuta ẽ.ix.Aeneidos. hh
Agnouit iuuenis:dupliceſque ad ſidera palmas.
Suſtulit:& tali fugientem eſt & uoce ſecutus.
Sed periiſſe ſemel ſatis eſt:peccare fuiſſet ii
Ante ſatis.penitus modo non genus omne exoſum. Fœmineum.
Interrupti ignes:ater ad ſidera fumus.Egreditũr.
Quæcunq; mihi fortuna fideſq; eſt.In ueſtris pono gremiis
Atq; animum patriæ ſtrinxit pietatis imago
Sed non augurio potuit depellere peſtem
Purpureus ueluti cum flos ſuccidit aratro A
Langueſcit moriens:lapſoue papauera collo
Demiſere caput:pluuia cum forte grauantur.
Tum magis increſcunt animis diſcordibus iræ. B
Martius a ſtabulis rapuit lupus undiq; clamor.Hæc ex nono. C
Tum pater omnipotens rerum cui ſumma poteſtas
Inquit:eo dicente deum domus alta ſileſcit
Et tremefacta ſolo tellus ſilet arduus æther.libro nono Eneidos.
Accipite ergo animis atq; hæc mea figite dicta
Fortunamq; feret rex Iuppiter omnibus idẽ.fata uiã inueniẽt D
Secumq; uolutat.Euentus belli uarios.
Audentes fortuna iuuat timidoſq; repellit. E
Per patris hoſpicium & menſas quas aduena adiſti. Te precor
Tum genitor natum dictis affatur amicis F
Stat ſua cuiq; dies breue & irreparabile tempus
Omnibus eſt uitæ:ſed famam extendere factis
Hoc uirtutis opus.
Neſcia mens hominum fati fortiſq; futuræ G
Nec ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.
Omnipotens genitor tanto me crimine dignum
Duxiſti:& tantas uoluiſti expendere pœnas. H
Agnouit longe gemitum præſaga mali mens.
Rebe diu res ſiqua diu mortalibus illa eſt uiximus.
Haud ignarus eram quantum noua gloria in armis
Et prædulce decus primo certamine poſſet.Vndecimo eneidos I
Conſulite in medium & rebus ſuccurrite feſſis.
Nulla ſalus bello pacem te expoſcimus omnes K
Turne ſimul pacis ſolum immobile pignus. L
Sed non replenda eſt cura uerbis.
Poſcit quid inuidia uirtus.Experiare licet. M
Cur indecores in limine primo
Deficimus:cur ante tubam tremor occupat artus. N
Multa dies uariiq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius:multos alterna reuiſens
Luſit & in ſolio rurſus fortuna locauit
Cogite conſilium:& pacẽ laudate ſedẽtes. Hæc ex undecimo.

Aut habeat uictos cedat lauinia coniunx.xii.enei.
O Respice res bello uarias.miserere parentis.longæui.
Perge decet forsan miseros meliora sequentur
P Non hæc humanis opibus non arte magistra Proueniunt.
Disce puer uirtutem ex me uerumque laborem
Fortuna ex aliis:nunc te mea dextera bello
Defensum dabit:& magna inter prœmia ducet
Q Tu facito:mox cum matura adoleuerit ætas.Sis memor
R Heu quid agat uaria ne quicq̃ fluctuat ira
Diuersæque uocant animum in contraria curæ.
Fluctuat ira.intus rumpuntur nescia uinci.Pectora
Vsqueadeo ne mori miserum é uos o mihi manes. Este boni.
S Quo deus & quo uocat fortuna sequamur.
Fors & uirtus miscere in unum.Hæc ex libris eneidos
T Et quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi
Non unq̃ grauis ære domum mihi dextra redibat.
V Ante leues ergo pascentur in æthere cerui
Et freta destituent nudos in littore pisces
Ante pererratis amborum finibus exul
Aut ararim partus bibet aut germania tigrim
Quam nostro illius labatur pectore uultus.
X Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super uiridi sunt nobis mitia poma
Castaneæ molles & pressi copia lactis
Et iam summa procul uillarum culmina fumant
Maioresque cadunt altis de montibus umbræ
Y O formosæ puer nimium ne crede colori
Alba ligustra cadunt uacinia nigra leguntur.
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum
Hæc eadem ut scieret quid non faciebat amyntas?
Z Torua leæna lupum sequitur lupus ipse capellam
Florentem cythisum sequitur lasciua capella.
aa Te corydon alexi trahit sua quenque uoluptas
bb Me tamen urit amor quis enim modus assit amori?
Ha corydon corydon quæ te dementia cæpit?
Parcius ista uiris tamen obiicienda memento.
Et si non aliqua nocuisses mortuus esses
cc Quid domini facient audent cum talia fures?
dd Est mihi nanque domi pater:est iniusta nouerca
Bis die numerant ambo pecus:alter & ædos.
Efficiam posthac ne quenq̃ uoce lacessas
ee Quin age siquid habes in me mora non erit ulla
ff Dicite quandoquidem molli consedimus herba
Et nunc omnis ager nunc omnis parturit arbos
Nunc frondent siluæ nunc formosissimus annus
Malo me Galathea petit lasciua puella
Et fugit ad salices & se cupit ante uideri.
gg Qui legitis flores & humi nascentia fragra
hh Frigidius o pueri fugite hic latet anguis in herba.
ii Heu heu q̃ pingui macer est mihi thaurus in aruo
kk Dic quibus in terris & eris mihi magnus Apollo
Tris pateat cæli spacium non amplius ulnas.
Non nostrum inter uos tantas componere lites
ll Claudite iam riuos pueri sat prata biberunt:
mm Vltima cumei uenit iam carminis ætas
Magnus ab integro sæculorum nascitur ordo
Iam redit & uirgo redeunt saturnia regna
Iam noua progenies cælo demittitur alto
Cara deum soboles magnum Iouis incrementum
Aspice conuexo nutantem pondere mundum.
O mihi tum longe maneat pars ultima uitæ

Spiritus:& quantum ſat erit dicere tua facta. A
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem
Lenta ſalix quantum pallenti cædit oliuæ B
Puniceis humilis quantum ſaluinca roſetis
Iudicio noſtro tantum tibi cædit amyntas C
Vitis ut arboribus decori eſt ut uitibus uuæ
Vt gregibus tauri ſegetes ut pinguibus aruis
Tu decus omne tuis poſtquam te facta tulerunt. D
Grandia ſæpe quibus mandauimus ordea ſulcis
Infœlix lolium & ſteriles dominantur auenæ
Pro molli uiola pro purpureo narciſſo
Cardinis.& ſpinis ſurgit paliurus acutis
Spargite humum foliis inducite fontibus umbras paſtores.
Tale tuum carmen nobis diuine poeta
Quale ſopor feſſis in gramine quale per æſtum
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo. E
An quicq̃ tali ſit nobis munere maius? F
Dum iuga montis aper:fluuios dum piſcis amabit
Dumq; thimo paſcentur apes:dum rore cicadæ
Semper honos nomenq; tuum laudeſq; manebunt.
Quæ tibi quæ tali reddam pro carmine dona?
Ha uirgo infœlix quæ te dementia cæpit
Ha uirgo infœlix tu nunc in montibus erras
Strata iacent paſſim ſua quaq; ſub arbore poma
Quid non ſperemus amantes? G
Non omnia poſſumus omnes.
Numero deus impare gaudet.
Neſcio quid certe eſt:& hyllax in limine latrat H
Nunc uicti triſtes quoniam fors omnia uerſat. I K
Hic per purpureum hic uarios flumina circum
Fundit humus flores hic candida populus antro L
Imminet:& lente texunt umbracula uites
Huc ades inſani feriant ſine littora fluctus.
Omnia fert ætas animum quoq;.ego ſæpe longos M
Cantando puerum memini me condere ſoles.
Nunc oblita mihi tot carmina.uox quoq; merim
Iam fugit ipſa.lupi merim uidere priores.
Cauſando noſtros in longum ducis amores.
Deſine plura puer & quod nunc inſtat agamus.
Venit & opilio.tardi uenere ſubulci.
Omnia uincit amor & nos cedamus amori.
Cuius amor tantum mihi creſcit in horas
Quantum uere nouo uiridis ſe ſubiicit alnus:
Surgamus.ſolet eſſe grauis cantantibus umbra N
Iuniperi grauis umbra.nocent & frugibus umbræ
Ite domum ſaturæ(uenit heſperus)ite capellæ.Hæc ex bucco. O
Da facilem curſum.atq; audacibus annue cœptis
Tunc uariæ uenere artes.labor omnia uincit P
Improbus:& duris urgens in rebus egeſtas. Q
Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus.
Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus R
Fas & iura ſinunt.riuos deducere nulla
Religio uetuit.ſegeti prætendere ſepem
Inſidias auibus moliri.incendere uepres
Balantumq; gregem fluuio merſari ſalubri.
In primis uenerare deos.atq; annua magnæ S
Sacra refer cereri lætis operatus in herbis: T
Extremæ ſub occaſu hiemis iam uere ſereno
Tunc agam pingues & tum molliſſima uina
Tum ſomni dulces denſæq; in montibus umbræ
Cuncta tibi cererem pubes agreſtis adoret

Cui tu lacte fauos & mitti dilue baccho
Tereq; nouas circum fœlix eat hostia fruges
Omnis quam chorus & socii comitentur ouantes
Et cererem clamore uocent intecta.neq; ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis
Quam cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos & carmina dicat
Atq; hoc ut certis possimus dicere signis
Aestusq; pluuiasq; & agentes frigora uentos.Ipse pater statuit.
V Scæuit toto mars impius orbe.
Salue magna parens frugum saturnia tellus.
X Sed dubius mars mediis errat in armis
Candida uenit auis longis inuisa colubris
Tum pater omnipotens secundis imbribus æther
Coniugis in gremium læte descendit & omnes
Magnus alit magno commixtus corpore fœtus.
Y Ergo rite suum baccho dicemus honorem
Carminibus patriis lanceq; & liba feremus
Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis.
Z O fortunatos nimium sua si bona norint
Agricolas quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem uictum iustissima tellus
Si non ingentem foribus domus alte superbis
Mane salutantum totis uomit ædibus undam
At secura quies & nescia fallere uita.
aa Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas
Atq; metus omnes:& inexorabile fatum
Subiecit pedibus strepitumq; acherontis auari
Inter se aduersis luctantur cornibus ædi
Tentanda uia est qua me quoq; possim
Tollere humo uictorq; uirum uolitare per ora
Te sine nil altum mens inchoat en age segnes.Rumpe moras.
A Optima quæq; dies miseris mortalibus æqui
Prima fugit subeunt morbi.tristisq; senectus
Et labor & dure rapit inclæmentia mortis.
B Necnon & pecori est idem delectus equino
Tum modo quos in spem statuis summittere gentis
Præcipuum iam inde a teneris impende laborem
Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingredi ur & mollia crura reponit
Primus & ire uiam & fluuios tentare minaces
Audet & ignoto sese committere ponto
Nec uarios horret strepitus illi ardua ceruix
Argutumq; caput breuis aluus obesaq; terga
Luxuriatq; thoris.animosum pectus honesti
Spadices glauciq; color deterrimus albis
Et giluo:tum siqua sonum procul arma dedere
Stare loco nescit.micat auribus & tremit artus
Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem
Densa iuba.& dextro iactata recumbit in armo
At duplex agitur per lumbos spina cauatque
Tellurem.& solido grauiter sonat ungula cornu
C Nec turpi ignosce senectæ
Frigidus in uenerem senior frustraque laborem
Ingratum trahit & si quando ad prælia uentum est
Nimio ne luxu obtusior usus
Sit genitali aruo & sulcos oblimet inertes
Carpit enim uires paulatim uritque uidendo.fœmina
D Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque
E Et genus æquoreum;pecudes;pictæque uolucres
In furias ignemque ruunt;amor omnibus idem.

Sed fugit interea irreparabile tempus.
Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ
Dira per incautum ſerpent contagia uulgus
Dii meliora piis erroremque hoſtibus illum
Et uox Auditur fractos ſonitus imitata tubarum
Ingentes animos anguſto in pectore uerſant.
Hi motus animorum atque hæc certamina tanta
Pulueries exigui iacta compreſſa quieſcent
Omnibus una quies operum labor omnibus unus
Feſſoſque ſopor ſuos occupat artus.
Haud credunt cœlo aduentantibus euris.
Et genus immortale manet multoſq; per annos
Stat fortuna domus:& aui numerantur auorum.
Pulchramque petunt per uulnera mortem.
Quis dubitet;nam ſæpe fauos ignotus adedit.Stellio.
Tanta meæ ſi te cæperunt tædia laudis.
Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla
Nouit nãq; oĩa uates:q̃ ſint:q̃ fuerũt:q̃ mox uẽtura trahantur
Nulla uenus nullique animum flexere hymenæi.
Si uero ſolem ad rapidum lunaſque ſequentes
Ordine reſpicies:nunquam te craſtina fallet
Hora:neque inſidiis noctis capiere ſerenæ
Luna reuertentes:cum primum colligit ignes
Si nigrum obſcuro compræhenderit aera cornu
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber
At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem
Ventus erit.uento ſemper rubet aurea phebe
Sin ortu quarto(nanque is certiſſimus autor)
Pura neque obtuſis per cælum cornibus ĩbit
Totus & ille dies & qui naſcentur ab illo
Exactum ad menſem pluuia uentiſque carebunt
Sol quoque exoriens & cum ſe condet in undas
Signa dabit.ſolem certiſſima ſigna ſequentur
Et quæ mane refert & quæ ſurgentibus aſtris
Ille ubi naſcentem maculis uariauerit ortum
Conditus in nubem medioque refugerit orbe
Suſpecti tibi ſint imbres.nanque urget ab alto
Arboribuſque ſatiſque notus pecorique ſiniſter
Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi rumpent radii.aut ubi pallida ſurgit
Titani croceum linquens aurora cubile
Heu male tum mites defendit pampinus uuas
Tum multa in tectis crepitans ſalit horrida grando
Hoc etiam emenſo cum iam decedet olympo:
Profuerit meminiſſe magis.nam ſæpe uidemus
Ipſius in uultu uarios errare colores
Cæruleus pluuiam denuntiat.igneus euros
Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni
Omnia tum pariter uento nimbiſq; uidebis.feruere
At ſi cum referetq; diem condetque relatum
Lucidus orbis erit fruſtra terrebere nimbis
Et claro ſiluas cernes aquilone moueri
Denique quid ueſper ſerus uehat:unde ſerenas
Ventus agat nubes quid cogitet humidus auſter
Sol tibi ſigna dabit.ſolem quis dicere falſum
Audeat.Hæc ex libris Georgicorũ.Sequit᷑ uidere ex luuenale
Semper ego auditor tantum nunq̃ ne reponam
Vexatus totiens?Principium luuenalis ſatirici.
Nota magis nulli domus eſt ſua q̃ mihi lucus.Martis.
Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus.& nos
Conſilium dedimus ſille priuatus ut altum.dormiret

ex primo libro Horatij Iuuenalis

Vntiolam proculeius habet ſegillo deuncem
Partes quiſq; ſuas ad menſuram inguinis hæres.Accipiat
Quid enim ſaluis infamia numis?
B Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo.
Et multum referens de mœcenate ſupino
Aude aliquid breuibus gyaris & carcere dignum
Si uis eſſe aliquid.probitas laudatur & alget.
C Hic nullus uerbis pudor aut reuerentia menſæ
Aſpice quid faciant cõmertia uenerat obſes.hic fiũt homines
D Nunc ſacri fontis nemus & delubra locantur
Iudeis:quorum cophinus phœnumq; ſupellex.
Maneant qui nigrum in candida uertunt.
Quis nunc diligitur niſi conſcius.& cui feruens
E Aeſtuat occultis animus ſemperque tacendis
Nil tibi ſe debere putat nil conferet unquam
Participem qui te ſecreti fecit honeſti.
Græculus eſuriens in cælum iuſſeris ibit
Hæc eadem licet & nobis laudare:ſed illis.Creditur
Quantũ quiſq; ſua numoꝝ ſeruat in arca Tãtũ habet & fidei
F Nil habet infœlix paupertas durius in ſe:
G Quam q; ridiculos homines facit
Haud facile emergũt quoꝝ uirtutibus obſtat.Res ãguſta do-
Cõmune id uitium eſt.hic uiuimus ambitioſa (mi.
H Paupertate omnes.quid te moror?omnia Romæ.Cum precio
Viuendum eſt illic ubi nulla incendia:nulli.Nocte metus
I Lectus erat codro procula minor.urceoli ſex.
K Centum conuiuæ.ſequitur ſua quenq; culina.
Nam quid agas cum te furioſus cogat & idem fortior:
L Libertas pauperis hæc eſt
Pulſatus rogat & pugnis bene cæſus adorat
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.
His aliis poteram & plures ſubnectere cauſas
M Sed iumenta uocant & ſol inclinat eundum eſt
Vt phibẽt q de magnis maiora loquũt.Cõſiliũ laudo artificis
Res fiſci eſt ubicunque natat.donabitur ergo Ne pareat
N Ille igitur nunq̃ direxit brachia contra
Torrentem.nec ciuis erat qui libera poſſet
Verba animi proferre:& uitam pendere uero.
O Quamuis iurato metuam tibi credere teſti
Plurima ſunt quæ Non audent homines pertuſa dicere læna
P Vilibus ancipites fungi ponentur amicis.Boletus domino.
Q Mimus quis melior plorante gula?
Spes bene cænandi uos decipit:ecce dabit iam
Semeſum leporem atque aliquid de clunibus apri
Ille ſapit qui te ſic utitur:omnia ferre
Si potes & debes pulſandum uertice raſo
Præbebis quandoque caput nec dira timebis
Flagra pati.his epulis & tali dignus amico
Quippe aliter tunc orbe nouo cæloq; recenti. uiuebãt hõies.
R Antiquum & uetus eſt alienum poſtume lectum
Concutere.atq; ſacri genium contemnere fulcri
Ferre potes dominam ſaluis tot reſtibus ullam
Cum pateant altæ caliganteſq; feneſtræ
Cum tibi uicinum ſe præbeat æmilius pons
S ⊙ medici mediam pertundite uenam
Vnus hiberinæ uir ſufficit?otius illud
Extorquebis ut hæc oculo contenta ſit uno
T An expectes ut quintilianus ametur?
Fortem animum præſtant rebus quas turpiter audent
Si iubeat coniunx:durum eſt conſcendere nauem.
Tunc ſentina grauis:tum ſummus uertitur aer.

A

Quæ mœchum ſequitur ſtomacho ualet: illa maritum
Conuomit: hæc inter nautas & prandet & errat
Per puppem, & duros gaudet tractare rudentes
Nam ſergiolus iam radere guttur, Cæperat.
Rara auis in terris nigroq; ſimillima cigno
Quis ferat uxorem? cui conſtant omnia
Quid enim non excitat inguen?
Vox blanda & nequam digitos habet.
Facies tua computat annos
Prima peregrinos obſcœna pecunia mores
Intulit: & turpi fregerunt ſecula luxu:
Diuitiæ molles: quid enim uenus æbria curat?
Inguinis & capitis quæ ſunt diſcrimina neſcit
Grandiaque mediis iam noctibus oſtrea mordet.
Audio quid ueteres olim moneatis amici
Pone ſeram cohibe: ſed quis cuſtodiet ipſos
Cuſtodes? cauta eſt: & ab illis incipit uxor
Iamq; eadem ſummis pariter minimiſque libido eſt
Multis res anguſta domi ſed nulla pudorem
Paupertatis habet, nec ſe metitur ad illum
Quem dedit hæc poſuitq; modum: tamen utile quid ſit
Proſpiciunt aliquando uiri, friguſque famemque
Formica tandem quidam expauere magiſtra:
Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum
Ac uelut exhauſta rediuiuus pullulet arca
Numus: & e pleno ſemper tollatur aceruo
Non unq; repetunt quanta ſibi gaudia conſtent.
Nil non permittit mulier ſibi: turpe putat nil
Intolerabilius nihil eſt q̃ fœmina diues.
Excepit blanda intrantes atq; æra popoſcit
Continueq; iacens conctorum obſorbuit ictus
Si uerum excutias facies non uxor amatur
Tres rugæ ſubeant & ſeſe cutis arida laxet
Fiant obſcuri dentes oculiq; minores
Collige ſarcinulas dicet libertus & exi
Iam grauis es nobis & ſæpe emungeris exi:
Otius & propera ſicco uenit altera naſo.
Si tibi ſimplicitas uxoria deditus uni
Eſt animus: ſummitte caput ceruice parata
Ferre iugum: nullam inuenies quæ parcat amanti
Ardeat ipſa licet: tormentis gaudet amantis Et ſpoliis
Nulla unq̃ de morte hominis cunctatio longa eſt
O demens ita ſeruus homo eſt: nil fecerit eſto,
Hoc uolo ſic iubeo ſit pro ratione uoluntas Imperat ergo uiro
Diſperanda tibi ſalua concordia ſocru
Illa docet ſpoliis nudi gaudere mariti
Illa docet miſſis a corruptore tabellis
Nil rude nil ſimplex reſcribere, decipit illa
Cuſtodes: aut ære domat: tunc corpore ſano
Aduocat archigenem oneroſaq; pallia iactat
Abditus interea latet & ſecretus adulter
Impatienſq; more pauet & præputia ducit
Nulla fere cauſa eſt in qua non fœmina litem Mouerit
Semper habet lites alternaq; iurgia lectus
In quonupta iacet & minimum dormitur in illo
Tunc grauis illa uiro tunc orba tigride peior
Cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti
Aut odit pueros aut ficta pellice plorat
Huberibus lachrimis ſemperq; paratis. Inſtatione ſua
Clames licet & mare cælo
Confundas: homo ſum: nihil eſt audacius illis

V
X
Y
Z
aa
bb
cc
A
B
C
D
E
F
G
H

Deprænſis.iram atq; animos a crimine ſummunt
Vt ſpectet ludos conducit oculnia ueſtem
Conducit comites:ſellam:ceruical:amicas.
Imponit finem ſapiens & rebus honeſtis
I Nanque docta nimis cupit & facunda uideri
Et hinc miſeri fiſcantur labra mariti
K Ad mœchum lota ueniunt cute:quando uideri
Vult formoſa domi:mœchis foliata parantur
Virgine pygmæa nullis adiuta coturnis
L Et leuis erecta conſurgit ad oſcula planta
Ille petit ueniam quotiens non abſtinet uxor
M Concubitu:ſacris obſeruandiſque diebus
Magnaque debetur uiolato pæna caduco.
Et genus humanum damnat caligo futuri.
Vos ego pupilli moneo quibus amplior eſt res
Cuſtodite animas: & nulli credite menſæ.
Minor admiratio ſummis
Debetur monſtris quotiens facit ira nocentem:
Nos tamen hoc agimus tenuiq; in puluere ſulcos
Ducimus & littus ſterili uerſamus aratro
Reſpicit hoc primum qui litigat an tibi ſerui
Octo:decem:comites:poſt te ſit ſella togati.Ante pedes
N Rara in tenui facundia panno
O Quis color:& quod ſit cauſæ genus:atque ubi ſumma
Quæſtio quæ ueniant diuerſa parte ſagittæ
P Noſſe uolunt omnes mercedem ſoluere nemo
Si fortuna uolet fies de rhetore conſul:
Q Si uolet hæc eadem fies de conſule rhætor.
Fœlix ille tamen coruo quoque rarior albo
R Tota licet ueteres exornent undique cæræ
Atria:nobilitas ſola eſt atque unica uirtus
S Miſerum eſt alienæ incumbere famæ
Summum crede nephas animam præferre pudori
Et propter uitam uiuendi perdere cauſas
T Pone iræ fræna modumque
Pone & auariciæ miſerere inopum ſociorum
Oſſa uides regũ uacuis exuta medullis.Reſpice qd mone-
V Curandũ in primis ne magna iniuria fiat (ant leges
Fortibus & miſeris:tollas licet omne quod uſquam eſt
Auri atque argenti ſcutum gladiumque relinques
Et iacula & galeam.ſpoliatis arma ſuperſunt
X Omne animi uitium tanto conſpectius inſe.
Crimen habet quanto maior qui peccat habetur.
Y Fata regunt homines fatum eſt in partibus illis
Z Omnibus in rebus numerentur deinde labores
An facile & pronum eſt agere inter uiſcera penem
Legitimum:atque illic heſternæ occurrere cænæ
Seruus erit minus ille miſer qui foderit agrum. Non dominũ:
aa O corydon corydon ſecretum diuitis ullum
Eſſe putas.ſerui ut taceant iumenta loquentur
Et canis & poſtes & marmora claude feneſtras
Vela tegant rimas iunge hoſtia.tollito lumen
E medio clament omnes.prope nemo recumbat
Quod tamen ad contum galli facit ille ſecundi
Proximus ante diem caupo ſciet.
bb Viuendum recte tum propter plurima:tum his
Præcipue cauſis ut linguas mancipiorum.
Contemnas.nam lingua mali pars peſſima ſerui.
A Vtile conſilium modo ſed commune dediſti:
Nunc mihi quid ſuades poſt damnum temporis?& ſpes
Deceptas.feſtinat enim decurrere uelox

Floſculus.anguſtæ miſeræque breuiſſima uitæ
Portio:dum bibimus:dum ſerta:unguenta puellas
Poſcimus.obrepit non intelecta ſenectus.
Ratus uenit in cœnacula miles.
Cantabit uacuus coram latrone uiator.
Ad generum cereris ſine cede ac uulnere pauci
Deſcendunt reges & ſicca morte tyranni
Exitus ergo qui eſt o gloria.
Mors ſola fatetur.Quantula ſint hominum corpuſcula
Da ſpacium uitæ multos da iupiter annos
Hoc recto uultu ſolum hoc & pallidus optas
Sed quam continuis & quantis longa ſenectus
Plena malis:deformem & tætrum ante omnia uultum
Diſſimilemq; ſui deformem pro cute pellem
Pendenteſque genas & tales aſpice rugas
Sed tuus endymion dilectæ fiet adulter
Matronæ mox cum dederit ſeruilia nummos
Fiet & illius quam non amat.exuet omnem
Corporis ornatum.quid.n.ulla negauerit udis. Inguinibus?
Quandoquidem accepto claudenda eſt ianua damno
Quippe minuti.Semp & firmi ẽ animi exiguiq; uoluptas
Vltio continuo ſic collige quod uindicta
Nemo magis gaudet q̃ fœmina
Dociles imitandis Turpibus ac prauis omnes ſumus.
Creſcit amor numi quantum ipſa pecunia creſcit
Terra malos homines nunc educat atq; puſillos
Ergo deus quoſcunq; aſpexit ridet & odit.Hæc Iuuenalis.
Quis expediuit pſittaco ſuum chære?
Picaſq; docuit noſtra uerba conari?
Magiſter artis ingeniq; largitor.
Venter negatas artifex ſequi uoces.
O curas hominum o quantum eſt in rebus inane
Quid faciam?ſed ſum petulanti ſplene cachino.
Scire tuum nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter
At pulchrum eſt digito monſtrari & dicier hic eſt
Rides ait & nimis uncis.Naribus indulges.
O lane a tergo quem nulla ciconia pinxit.
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas
Nec linguæ quantum ſitiat canis apula tantum
Vos o patritius ſanguis quos uiuere fas eſt
Occipiti ceco poſticæ occurrite ſannæ.
Non ſecus ac ſi oculo rubricam dirigit uno.
Auriculas aſini quis non habet?
Eleborum fruſtra cum iam cutis egra tumebit
Poſcentes uideas:uenienti occurrite morbo
Et quid opus cratero magnos promittere montes
Diſcite & o miſeri cauſas cognoſcite rerum:
Quid ſumus?aut quidnam uicturi gignimur?ordo
Quis datus?aut mæte q̃ molis flexus:& unde
Quis modus argento?quid fas optare:quid aſper
Vtile numus habet?patriæ cariſq; propinquis
Quantum elargiri deceat:quem te deus eſſe
Iuſſit & humana qua parte locatus es in re.
Tange miſer uenas & pone in pectore dextram
Nil calet hic:ſummoſq; pedes attinge manuſq;.Non frigent.
Egregium cum me uicinia dicat.Non credam.
Reſpue quod non es:tollat ſua munera cerdo
Tecum habita & noris q̃ ſit tibi curta ſupellex
Vatibus hic mos eſt centum ſibi poſcere uoces
Centum hora:& linguas optare in carmine centum
Folle premis uentos ne clauſo murmure raucus,

B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X

Neſcio quid graue tecum cornicaris inepte
Nec ſclopo tumidas intendis rumpere buccas
Verba togæ ſequeris iunctura callidus acri
Ore teris modico pallentes radere mores
Doctus & ingenuo culpam defigere ludo
Hic ego centenas auſim depoſcere uoces:
Vt quantum mihi te in ſinuoſo pectore fixi
Voce traham pura totumq; hæc uerba reſignent
Quod latet arcana non enarrabile fibra
Tecum & enim memini longos conſumere ſoles.
Et tecum primas epulis decerpere noctes
Vnum opus & requiem pariter diſponimus ambo
Atque uerecunda laxamus ſeria menſa.
Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo
Conſentire dies & ab uno ſidere duci
Noſtra uel æquali ſuſpendit tempora libra
Neſcio quod certe eſt quod me tibi temperet aſtrum
Mile hominum ſpecies & rerum diſcolor uſus
Velle ſuum cuiq; eſt nec uoto uiuitur uno
Mercibus hic Italis mutat ſub ſole recenti
Rugoſum piper & pallentis grana cumini
Hic ſatur irriguo mauult turgeſcere ſomno
Hic campo indulget.hunc allea decoquit ille
In uenerem putris.ſed cum lapidoſa chiragra
Fregerit articulos ueteris ramalia fagi
Tunc craſſos tranſiſſe dies lucemq; paluſtrem
Et ſibi iam ſeri uitam ingemuere relictam
Petite hinc iuueneſque ſeneſque:
Finem animo certum.miſeriſque uiatica canis
Cras hoc fiet.idem cras fiet.quid?quaſi magnum
Nempe diem donas.ſed cum lux altera uenit
Iam cras heſternum conſumpſimus:ecce aliud cras
Egerit hos annos & ſemper paulum erit ultra.Hæc Perſius.
Acrius inuitos multoq; ferocius urget
Quam qui ſeruicium ferre fatentur amor. Oui.de ſine titulo.
Tu quoque non paucos(ſi te bene nouimus)ures
Tu quoque præteriens uulnera multa dabis
Non poſſunt(licet ipſe uelis)ceſſare ſagittæ
Feruida uicino flamma uapore nocet.
Verba ſuperciliis ſine uoce loquentia dicam.
Quæ tu reddideris ego primus pocula ſumam
Et qua tu biberis hac ego parte bibam.
Multa miſer timeo quia feci multa proterue:
Exemplique metu torqueor ipſe mei.
Vir bibat uſque roga precibus tamen oſcula deſint
Dumque bibit furtim ſi potes adde merum
Si bene compoſitus uino ſomnoque iacebit:
Conſilium nobis reſque locuſque dabunt.
Illa uerecundis lux eſt præbenda puellis:
Qua timidus latebras ſperat habere pudor.
Vt ſtetit ante oculos poſito uelamine noſtros
In toto nuſquam corpore fæda fuit
Quos humeros.quales uidi tetigique lacertos
Forma puellarum q̃ fuit apta premi
Quam caſtigato plenus ſub pectore uenter
Quam & quale latus q̃ iuuenile femur.
Singula quid referam?nil non laudabile uidi
Et nudam preſſi corpus aduſq; meum.
Cætera quis neſcit feſſi requieuimus ambo:
Proueniat medii ſic mihi ſæpe dies.
Vrbibus obſeſſis clauſæ munimina portæ

Prosunt.in media pace quid arma times?
Quid facies hosti si sic excludis amantem
Heu melior quanto sors tua sorte mea est.
Nox & amor nunquam mihi moderabile suadent
Illa pudore uacat liber amorq; metu.
Omnia consumpsi nec te precibusq; minisq;.Mouimus
Astitit illa amens albo & sine sanguine uultu
Exanimes:artus & membra trementia uidi
Suspensæq; diu lachrime fluxere per ora
Qualiter abiecta de niue manat aqua
At tu ne dubita minuit uindicta dolorem.
Quælibet infirmas adiuuat ira manus.
Tam fœlix esses q̃ formosissima uellem.
Ludunt formosæ casta est quam nemo rogauit
At si rusticitas non uetat ipsa rogat.
Labitur occulte fallitq; uolubilis ætas
Et celer amissis labitur annus equis
Parcius exigito præcium dum rætia tendis
Ne fugiant:captos legibus ure tuis.
Sæpe simultates ira morata facit.
Nec siquem falles tu periurare timeto.
Postmodo de stipula grandis aceruus erit.
Non bene si tollas prælia durat amor.
Impia sub dulci melle uenena latent.
Di tibi dent nudosque lares inopemq; senectam
Et longas hiemes perpetuamque sitim.
Militat omnis amans & habet sua castra cupido
Quæ bello est habilis ueneri quoque conuenit ætas:
Turpe senex miles turpe senilis amor
Quos petiere duces animos in milite forti:
Hos petit in socio bella puella uiro
Quis nisi uel miles uel amans & frigora noctis
Et denso mixtas perferet imbre niues?
Ille graues urbes:hic duræ limen amicæ
Obsidet hic portas frangit:ac ille fores.
Ergo desidiam quicunque uocabit amorem
Desinat ingenii est experientis amor.
Inde uides agilem nocturna bella gerentem:
Qui nolet fieri desidiosus amet.
Cur sim mutatus quæris quia munera poscis
Hæc te non patitur causa placere mihi.
Stat meretrix certo quouis mercabilis ære
Non bene conducti uendunt periuria testes.
Gratia pro rebus merito debetur inemptis:
Pro male conducto gratia nulla thoro.
Omnia conductor soluit mercede soluta
Nec manet officio debitor ille tuo
Parcite formosæ precium pro nocte pacisci
Non habet euentus sordida præda bonos
Nec tamen indignum est a diuite præmia posci
Munera poscenti quæ dare possit habet:
Carpite de plenis pendentibus uitibus uuas
Præbeat autumni poma benignus ager.
Officium pauper præbeat studiumq; fidemq;
Quicquid habet dominæ conferat omne suæ:
Est quoque carminibus meritas celebrare puellas
Dos mea:quam uolui nota sit arte mea.
Scinduntur uestes gemmæ franguntur & aurum
Carmina quæ tribuent fama perhennis erit.
Non dare.sed precium posci dedignor & odi
Quod nego poscenti desine uelle dabo

M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
Y
Z
aa
bb
cc
dd
ee

A Nunc iuuat in teneris dominæ iacuiſſe lacertis
Omnia perpeterer ſed ſurgere mane puellas
Quis niſi cui non eſt ulla puella ferat
Optaui quotiens ne nox mihi cedere uellet.
B Mollierant duras dulcia uerba fores.
At facies teneræ laudata eſt ſæpe puellæ
Quem metuit quiſque perire cupit.
C Vir doluit famæ damna puella tulit
Crede mihi nulli ſunt crimina grata marito
Viderit ipſe licet credet tamen ille neganti
Damnabitque oculos & ſibi uerba dabit
Aſpiciet dominæ lachrimas:plorabit & ipſe:
Quid precibus noſtris mollius eſſe poteſt
D Non caret effectu quod uoluere duo
Centum ſunt cauſæ cur ego ſemper amem
E Oſcula cantanti rapta dediſſe uelim.
F Candida me capiet:capiet me flaua puella
Eſt & in fuſco grata colore uenus
Nullus amor tanti eſt abeas pharetrate cupido.
G Vt mihi ſit totiens maxima uoto mori
Fœlix qui quod amat defendere fortiter audet
H Quod decuit reges cur ego turpe putem?
Vt tamen iratos in te defixit ocellos
Vidit te totis erubuiſſe genis.
I Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.
Me modo decipiant uoces fallacis amicæ
Sperando certe gaudia magna feram
K Et modo blandicias dicat modo iurgia nectat
Sæpe fruar domina:ſæpe repulſus eam.
Fœlix quem Veneris certamina mutua perdunt
Dii faciunt læthi cauſa ſit iſta mei.
Vade memor noſtri uento reditura ſecundo
L Anule formoſæ digitum uincire puellæ
Inuida formoſæ prius tangam ora puellæ
M Verba puellarum foliis leuiora caducis
Irritaque ut uiſum eſt uentus & aura ferunt.
N Implicuitque ſuos circum mea colla lacertos
O Et quæ me perdunt oſcula mille dedit
Vincor & ingenium ſumptis reuocatur ad armis
P Cui peccare licet peccat minus ipſa poteſtas:
Semina nequitiæ languidiora facit
Deſine(crede mihi)uitia irritare uetando
Obſequio uinces aptius ille tuo.
Q Ingenium quondam fuerat præcioſius auro
R Curia pauperibus clauſa eſt dat cenſus honores
Inde grauis iudex inde ſeuerus eques
Viue pius,moriere pius:cole ſacra colentem.
S Ruſtica nec uacuum pectus amoris habet
T Non facit ad mores tam bona forma malos.
Facta mouent odium facies exornat amorem,Hæc ex Oui.
V Nuda poteſtas:Armauit fratres pugna eſt de paupere regno
Y Spes anxia mentem,Extrahit & longo conſumit gaudia uoto.
X Maior & in exiguo regnabat corpore uirtus.
Proh gnara nihil mortalia fati,Corda ſui
Exulibus patriaq; fugatis,Nondum læta uenus.
Dabitur mihi crede merentum,Conſiliis tranquilla dies.
Pone modum lætis
Z Non parat populus regnum breue.
O ceca nocentum,Conſilia,o ſemper timidum ſcelus
aa Fidamq; negant ſuſpecta ſilentia pacem.

Prona fides populis deus omnia credere ſuadet.
Dulce loqui miſeris uetereſq; reducere queſtus.
Dum tempus agit rem.Conſulite.
Proh fors & ceca futuri Mens hominum
Subdit amor ſtimulos & uulnera ſanat.
O iuuenes ſeruate animos auidumq; furoré.Sanguinis aduerſi. bb
Bellicus ardor.Conſiliis obſtat prohibetq; tueri
Vtere luce tua longamq; indue famam cc
Mille modis læthi miſeros mors una fatigat. dd
Sed diuum fortia quid non.Tela queant.
Nox fæcunda operum pulchræq; accommoda fraudi ee
Inuidia fata piis & fors ingentibus auſis.Rara comes.
Et prolis amor crudelia pectora uincit.
Necnõ ancipitis pugnat ſentẽtia uulgi.diſcordeſq; ſerit motus ff
Fœlix qui tantam lucem mercede reliquit.
Rara dari terriſq; ſolet contingere uirtus. gg
Si pudor eſt primum miſerere tuorum
Hæc pietas hic uerus honos ibi gloria tantum.
Ventoſumq; decus tituliq; in morte latentes.
Adde moram celeri & metire quod audes.
Da ueniam afflicto dictis ignoſce ſuperbis. hh
Triſtes mors obruit iras.
Ite alacres tantæq; precor confidite cauſæ.Hæc Statius.
Omnibus una comes uirtutibus aſſociatur. ii
Auxiliumq; ſuum fortis patientia miſcet kk
Nulla anceps luctamen init uirtute ſine iſta
Virtus nam uidua eſt quam non patientia firmat.
Deſine grande loqui frangit deus omne ſuperbum ll
Magna cadunt:inflata crepant:tumefacta premuntur.
Diſce ſupercilium deponere diſce cauere
Ante pedes foueam quiſquis ſublime minaris
Peruulgata uiget noſtri ſententia chriſti
Scandere celſa humiles & ad iima redire foraces
Si pœnitet aut nocet error. A
Ne parcit propriis amor immoderatus habendi B
Pignoribus.ſpoliatq; ſuos fames inopia natos.
Stant tuti rõis ope ſtãt turbine ab oĩ.Immunes forteſq; animi C
Nil refert armis contingat palma dolis ue. D
Summa quies nil uelle ſupra q̃ poſtulet uſus
Debitus.ut ſimplex alimonia ueſtis & una
Infirmos tegat & recreet mediocriter artus
Expletumq; modum naturæ non trahat extra
ingreſſurus iter:pera ne tollito:ne ue
De tunicæ alterius geſtamine prouidus eſto E
Nec te ſolicitat res craſtina ne cibus aluo
Deſerit redeunt eſcæ cum ſole diurnæ
Nonne uides q; nulla auium cras cogitet ac ſe
Paſcendam præſtante deo non anxia credat
Confidunt uolucres uictum non defore uiles
Paſſeribuſq; ſubeſt modico uenalibus aſſe.
Indubitata fides.dominum curare potentem
Ne pereat.tu cura dei facieſque chriſti
An dubitas ne te tuus unq̃ deſerat autor?
Ne trepidate homines uitæ dator eſt dator eſcæ
Quærite luciferum cæleſti dogmate paſtum
Qui ſpem multiplicans alit inuiolabilis æui
Corporis immemores memor eſt qui condidit illud
Suppeditare cibos atque indiga membra fouere.
Nam pallor ĩ ore.Conſcius audacis facti dat ſigna reatus F
Pax plenum uirtutis opus.pax ſumma laborum G
Pax belli exacti precium eſt.preciumq; pericli

Sidera pace uigent consistunt terrea pace
Nil placitum sine pace deo, non munus ad aram. Prudentius
H Non est crede mihi sapientis dicere uiuam
I Sera nimis est uita crastina uiue hodie
K Sit mihi uera satrix sit non doctissima coniunx
Sit nox cum somno sit sine lite dies.
L Quid non scæua sibi uoluit fortuna licere
Hominem malignum forsan tu esse credas
M Ego esse miserum credo cui placet nemo.
N Crede mihi q̃uis ingentia dones
Autoris pereunt garrulitate sui:
O Si duri puer ingenii uidetur, præconem facies aut architectū.
P Simpliciter pateat uitium fortasse pusillum est
Quod tegitur maius creditur esse nephas.
Q Impius infando miles corrumpitur auro
Accipe q̃primum breuis est occasio lucri.
Inferior matrona suo sit prisce marito.
Non aliter fiunt fœmina uirque pares.
R Principis est uirtus maxima nosse suos.
Et si non dederis cæsar permitte rogari.
S Offendunt nunquam thura præcesq; iouem
Et dominum mundi flectere uota ualent.
Sit tandem pudor & modus rapinis
T Quid non ingenio uoluit natura licere?
V Nunc quem mensa tibi quem cæna parauit amicum
Esse putas side pectus amicitiæ
Quis enim damnat sua uota libenter?
X Quid non longa dies, quid non consumitis anni?
Y Vt captum teneas capto quoque munera mitte
De cauea fugiat ne male pastus aper
Z Vrere nec miserum cessant suspiria pectus
aa Parce præcor lasso uanosque remitte labores
Qui tibi non prosunt & mihi galle nocent.
bb Caluo turpius est nihil comato
cc Illa placet tellus in qua res parua beatum
Me facit & tenues luxuriantur opes
dd Ardua res hæc est opibus non tradere mores.
ee Sit pudor & tandem ueri respectus & æqui
ff Rebus in angustis facile est contemnere uitam
Fortiter ille facit qui miser esse potest
gg Vxor uade foras aut moribus utere nostris
Non sum ego nec curius nec numa nec tatius.
hh Si te delectat grauitas lucretia toto
Sis licet usque die, thaida nocte uolo
ii Me meus ad subitas inuitet amicus offellas.
Hæc mihi quam possum reddere cæna placet.
kk Nil est deterius latrone nudo.
Qui sua metitur pondera ferre potest.
ll Quid dentem dente iuuabit
Rodere carne opus est si satur esse uelis
mm Claudere quæ cænas lactuca solebat auorum
Dic mihi cur nostras incohet illa dapes. Valerius. Martialis.
nn Heu senibus uitæ portio quanta manet?
oo Tu me sola tibi subdis miseranda senectus
Cui cedit quicquid uincere cuncta potest
Continuos gemitus ægra senectus habet
Stat dubius tremulusq; senex semperq; malorum
Credulus & stultus quæ facit ipse timet
Laudat præteritos præsentes despicit actus
Sunt sola fortes garrulitate senes
A Exultat leuitate puer grauitate senectus

Ipſa etiam ueniens conſumit ſaxa uetuſtas
Et nullum eſt quod non tempore cadat opus
Turpe ſeni uultus nitidi ueſteſque decoræ. B
Diuerſos diuerſa iuuant non omnibus horis
Omnia conueniunt res prius apta nocet. C
Eſt homini uirtus ſaluo præcioſior auro
Cuncta trahit ſecum uertitq; uolubile tempus D
O quam duta premit miſeros conditio uitæ
Non mors humano ſubiacet imperio E
Dulce mori miſeris ſed mors optata recedit
Sed cum triſtis erit præcipitata uenit.
Crimen amare iocos.crimen conuiuia cantus F
O miſeri quorum gaudia crimen habent.
Quid mihi diuitiæ quarum ſi dempſeris uſum G
Quamuis largus opum ſemper egenus ero
Deficiunt ualidi longæuo tempore tauri H
Et quondam pulcher fit modo turpis equus
Fracta diu ualidi compeſcitur ira leonis.
Fœlix qui meruit tranquillam ducere uitam I
Et læto ſtabiles claudere fine dies
Iam nihil eſt totum quod uiximus omnia ſecum K
Tempus præteriens horaq; ſumma trahit.
Ortus cuncta ſuos repetunt matremq; requirunt L
Sic redit ad nihilum quod nihil ante fuit.
Quod natura negat reddere nemo poteſt M
Dura ſatis miſeris memoratio priſca bonorum
Obtundunt ſiquidem curarum pondera ſenſus N
Non intellecti nulla eſt curatio morbi. O
Vnguibus & morſu teneri paſcuntur amores.
Euentus uarios res noua ſemper habet. P
Ruſticus expertum deflet cecidiſſe iuuencum.
Cum quo conſueuit uictor honorat equum. Q
Caſtus amor ueneris dicite quando fuit?
O q̃ difficile eſt abſcondere pectoris æſtus.
Panditur incluſus ſæpius ore furor. R
Omnia nemo pati non omnes omnia poſſunt
Sub qua diſcubuit requieſcere diligit umbra S
Taurus & amiſſum quærit ouile pecus
Dulcius in ſolitis cantat philomela rubetis
Fitq; ſuum rapidis dulce cubile feris.Hæc Maximianus. T
Nam ſtultum nimis eſt cum tu prauiſſima temptes
Alterius cenſor ut uitioſa notes.
Pauperior caueat ſeſe ſociare potenti. V
Nanq; fides illi cum parili melior.
Sic mos eſt hominis quicquid perfecerit ipſe X
Vile licet maneat approbat ipſe tamen.
Nolo uelis rerum quicq̃ laudare tuarum Y
Ni ſint alterius ore probata prius.
Siqua uirtute nites ne deſpice quenq̃ Z
Ex alia quadam forſitan ille nitet.
Hæc nos dicta manent magnis obſiſtere rebus aa
Paulatimq; truces exuperare minas.
Nemo ſuæ laudis nimium lætetur honore bb
Ne uilis factus poſt ſua facta gemat.
Nemo nimis cupide ſibi res deſideret ullas cc
Nedum plus cupiat perdat & id quod habet.
Neue cito uerbis cuiuſquam credito blandis dd
Sed ſi ſint fidei reſpice quid moneant
Qui bene proloquitur coram ſed poſtea praue ee
Hic erit inuiſus bina q; ora gerat
Miramurq; magis quos munera mentis adornant

Quam qui corporeis emicuere bonis. Hæc Auianus.
ff Nam ſolet ars dominum ſæpe iuuare ſuum
Ars animos frangit & firmat dirimit urbes
Arte cadunt turres arte leuatur onus.
gg Spes reficit dominum fallit & ipſa ſuum.
hh Gaudia ſemper amat & ludicra uerba iuuentus
Eſt cum lætitia pulchrior omnis homo.
ii Excitat & nutrit facundia dulcis amorem.
kk Credo quod interdum multis mendacia proſunt:
ll Incipe ſpe melius dedit & dabit omnia tempus.
Non ſum qui fueram uix me cognoſcere poſſum:
Verbula mixta iocis iurgia nulla mouent.
mm Sæpius impediunt iuſtos peccata malorum
Sic nocet alterius non mea culpa mihi.
nn Vſus & ars docuit quod ſapit omnis homo.
Me ſubito nimium deus & natura beauit
Nam diues redeo qui miſer ante fui:
oo Vſu creſcit amor omnis decreſcit ab uſu
Perpetuo lignis creſcit creſcentibus ignis.
Detrahe ligna foco protinus ignis abeſt.
pp Prouidet & tribuit deus & labor omnia nobis
Proficit abſq; deo nullus in orbe labor.
qq Principium uerbi finem quoque aſpice uerbi
Vt melius poſſis præmeditata loqui
rr Arbore de dulci dulcia poma cadunt
Demonſtrat ſignis prolem natura frequenter
Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.
Noſtra modo uacuis deducimus ocia uerbis:
ss Ex minima magnus ſcintilla naſcitur ignis.
tt Nam uenit a ſola ruſticitate pudor.
Semper iniquorum ſcelus impedit acta bonorum.
A Multotiens hominum fruſtratur ſpeſq; laborq;
Mitte quod eſſe nequit pete quod eſſe poteſt.
B Stulte quid inſanis cur te dolor urget inanis
Acquirit gemitus præmia nulla tuus.
Terge tuas lachrimas reſpice quid facias.
C Sæpius exigua dolor ingens labitur hora
D Eſtq; ſerena dies poſt longos gratior imbres
Et poſt triſte malum gratior ipſa ſalus.
Sic me fortaſſis falſo ſolamine paſcis.
E Solius eſt proprium ſcire futura dei.
Sorte ſub ambigua ſpes & labor omnis habetur
F Eſt mens noſtra ſuis contraria ſæpe loquellis
Nec factis ſequimur omnia quæ loquimur:
Et ſcelus immenſum ſi diues fallit egenum.
Pallida furtiuum facies monſtrabit amorem.
Læta decet lætis paſcere corda iocis.
Conuenit ut quæras noſtros quaſi neſcia caſus
Cum res conſiliis facta ſit ipſa tuis.
Fructibus ipſa ſuis quæ ſit cognoſcitur arbor.
Vt grauiter doleant non pertinet ad ſapientes. Pamphilus.
G Quicquid præcipies eſto breuis ut cito dicta
H Percipiant animi dociles teneantq; fideles
Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.
I Nō ſemp feriet qcúq; minabit᷑ arcus. Horatius ī arte poetica
K Quam miſerum eſt odium damnis accedere noſtris
L Dulcis amica ueni noctis ſolacia præſtans
Inter aues &enim nulla tui ſimilis
Tu philomela potes uocum diſcrimina mille
Mille uales uarios rite referre modos.
M Nam quamuis aliæ uolucres modulamina temptent:

Nulla poteſt modulos æquiperare tuos
Inſuper eſt auium ſpaciis garrire diurnis
Tu cantare ſimul nocte dieq; potes
Sancta tamen domino depromis munera laudis
Tu ualeas fœlix ſeu longo tempore fœnix
Et foueat tellus uelut te pelle uitellus. Oui. de philomela.
Tota mente deus tota ui cordis ametur. Proſper.
Quo melior cunctis deus eſt plus debet amari. Sapiens.
Non qualis ſis tu ſed quantus quæritur es tu. ſapi.
Luxuriat animi rebus plerunq; ſecundis.
Nec facile eſt æqua commoda mente pati. Oui. de arte
Vt pecudes quo uult trahit impetuoſa uoluntas
Sic homines agitat luxurioſus amor. ſapiens.
Exemplum nobis præbet formica laboris
Quando ſuo ſolitum portat in ore cibum. Horatius
Tu quãcunq; deus tibi fortunauerit horam.
Grata ſumme manu nec dulcia differ in annum. Oui. in epiſtolis.
Omnes uincit opes ſecuram ducere uitam
Pauperius nihil eſt q̃ miſer opum uſus. Aeſopus.
Dilige non alta medium tum dilige ſemper. ſapi.
Rara quidem uirtus quam non fortuna gubernat
Paſſibus ambiguis fortuna uolubilis errat. Oui. de triſtibus.
Ludus fortunæ uariatur imagine lunæ
Creſcit decreſcit in eodem ſiſtere neſcit. ſapiens
A domino commiſſa tibi bona cuncta memento. ſapiens.
Non habet in nobis iam noua plaga locum. Oui. de ponto.
Poſſe pati facile eſt ſi non patientia deſit. Oui. de remedio.
Diligitur nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt. Oui. de pon.
Qui leuiter ſpondet non multum ſoluere curat. ſapiens.
Qui ſua dat largo non dat ſed fenerat illi.
Sæmina pauca iacit commoda multa metit. ſapiens.
Qui ſemel eſt leſus fallaci piſcis ab hamo
Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat. Oui. de pon.
Credite eunt anni more fluentis aquæ
Nec quæ præteriit iterum reuocabitur unda
Nec quæ præteriit hora redire poteſt.
Vtendum eſt ætate cito pede labitur ætas
Nec bona tam ſequitur q̃ bona prima fuit. Oui. de arte.
Vt flos aut amnis hic mundus dicitur eſſe
Omnia prætereunt præter amare deum
Patet in hac urna q̃ non ſit uita diurna
Et quia non durat miſer eſt qui uiuere curat. ſapiens.
Sæpe creat molles aſpera ſpina roſas. Oui. de pon.
Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris.
Vicinumq; pecus grandius huber habet. Oui. de arte.
Inuidus inuidia comburitur intus & extra
Inuidioſus ego non inuidus eſſe laboro. ſapiens.
Quem ſua facta premunt. cur aliena leuat? Aeſopus.
Vno correcto caſtigantur quoq; plures
Sicq; fit ut multum ualeat correctio ſemper. Horatius
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.
Euolat emiſſum ſemel irreuocabile uerbum. Oui. in epiſtolis.
Non ſecreta manent quorum fit conſcia turba
Mendaces faciunt ne credam uera loquenti
Nam multis iuſtis perfidus unus obeſt
Qui nunq̃ iurat nunq̃ periurus habetur. Sapi.
Omne genus peſtis ſuperat mens diſſona linguæ. Aeſopus.
Vir plenus fraude permiſcet mella ueneno
Vt ſic decipiat improbo corde nimis. Horatius
Qualem commendas etiam atq; aſpice ne mox
Incutient aliena tibi peccata pudorem. Oui. in epiſtolis.

N O P Q R S T V X Y Z aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo p p

A Lauda tu parce ſi non uis uanus haberi
Nam laudans ſtultus neſcit habere modum.Sapiens.
B Nil melius muliere bona nil inquam mala peius
Omnibus iſta bonis præſtat & illa malis
Mitior eſt anguis linguoſæ coniugis ira
Qui tenet hanc eius non caret angue ſinus
Deterior longe linguoſa eſt fœmina ſcorto
Prævalet in lingua qui non eſt fortis in armis
Nullus in hac pugna plus meretrice poteſt
Quem uir amat famulum miror ſi diligit uxor
Semper in inſidiis hunc timet eſſe ſibi.Sapiens
C Miror ſi mulier præuignum diligit ulla.ſapiens
Vileſcit mulier ſuſpitione cito.ſapi.
D Scortum uas uile medio capra eſt quia fetet
Anguis ad extremum quia deuorat omnia demum
Idcirco digne meretrix eſt dicta Chimæra.ſapiens.
E Obſequio ſuperant meretrix & prodior omnes.ſapi.
F Eſt uirtus placitis abſtinuiſſe bonis.Oui.Epiſtolarum.
G Non ſatis eſt tutum mellitis credere uerbis.Aeſopus.
H Quiſquis non fuerit patiens parendo iubenti
Imperio nulli præficiendus erit.ſapiens.
I Deniq; non paruas animo dat gloria uires
Et fœcunda facit pectora laudis amor.Oui.de triſtibus
Occaſum ſapiens ſtultus conſiderat ortum.ſapiens.
K Non ſemper ſacras reddunt oracula ſortes.Oui.de pon.
L Flecte genu.tunde pectus.nuda caput orans
Hæreat os terræ.mens cœlo.lingua loquatur.ſapi.
Fœlicem dicas quem ſua terra tenet.Oui.ſine titu.
Sæpe locum mutans animum cum re quoq; mutat.ſapi.
Fallere qui didicit fallere ſemper amat.Aeſopus.
M Eximia eſt uirtus præſtare ſilentia rebus.
Et contra grauis eſt culpa tacenda loqui.Oui.de arte
N Gutta cauat lapidem conſumitur anulus uſu.Oui.de pon.
Gutta cauat lapidem non ui ſed ſæpe cadendo.ſapi.
O Ferreus aſſiduo conſumitur anulus uſu
Quid magis eſt ſaxo durum? quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.Oui.de arte.
P Artibus ingeniis quæſita eſt gloria multis.Oui.de pon.
Q Qui ſcit laudatur qui neſcit uituperatur
Dat galenus opes dat ſanctio iuſtiniana
Ex aliis paleas ex iſtis collige grana.Horatius
Fœcundi calices quem non fecere diſertum? Oui. epiſtolarū.
R Non miror eſt uirtus q̄ quærere parta tueri. Oui.de arte.
Aſpera uerba mouent animum ſed dulcia placant.ſapi.
S Non eſt conueniens prælatos eccleſiarum
Aut ſanctos magna uelle manere domo.Sapi.
T In precio precium nunc eſt dat cenſus honores
Cenſus amicitias pauper ubiq; iacet.Ouidius de faſtis.
Qui ſe peccatis gaudet fœliciter uti
Infœlix nimis eſt proſperitate ſua.Proſper.
V Sit tibi potus aqua.cibus aridus.aſpera ueſtis
Dorſo uirga.breuis ſomnus.durumq; cubile.Sapi.
X Quamuis non habeas meritorum munera digna
Non ſis propterea reddere feſſus ea.Sapiens.
Y Solacium eſt miſeris ſocios habere malorum.Oui.epiſtolarū.
Z Munera(crede mihi)capiunt homineſq; deoſq;
Placatur donis iupiter ipſe datis.Oui.de arte.
aa Non bene cum ſociis regna uenuſq; manent.Oui.de arte.
bb Non bene conueniunt nec in una ſede morantur
Maieſtas & amor ſceptri grauitate relicta.Oui.maior
cc Succeſſore nouo uincitur omnis amor.Oui.de remedio.

Nam miranda canunt ſed non credenda poetæ.Cato. dd
Quo quiſq; maior magis eſt placabilis iræ ee
Et faciles motus mens generoſa ſapit.Oui.de triſtibus.
Parcere ſubiectis neſcit iniquus homo Virgilius ff
Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.
Hæc eſt in ſummis gloria ſumma uiris
Subiectis ſemper prodeſſe q̄ preæſſe memento
Nominis eſt aliter gloria uana tui.Sapiens.
Flamma recens parua ſparſa recedit aqua.Oui.epiſtolarum.
Vtile non rectum cupiunt homines crede gg
Diligitur cenſus ſpernitur ecce deus.Sapiens. hh
Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.Oui.in epiſtolis.
Mors reſecat mors omne necat quod carne creatur ii
Eſt commune mori mors nulli parcit honori.Sapiens. kk
Principio morbi medicum conducito ſemper.Sapi.
Parua necat morſu ſpacioſum uipera taurum ll
A cane non magno ſæpe tenetur aper.Oui.de remedio.
Cui male feciſti ne te comiſeris illi mm
Prætereunte malo permanet ira mali nn
Nunq̄ ſpernendos a te tuus eſt inimicus.Sapiens.
Leuiter ex merito quicquid patiare ferendum
Quæ uenit indigne pœna dolenda uenit.Oui.epiſtolarum. oo
Impia pars mundi parti eſt infeſta piorum.Proſper.
Copia uerborum eſt ubi non eſt copia ſenſus.Sapi.
Aetas dat uarios cunctis per ſæcula mores.
Nam mens mutatur necnon complexio ſemper.Sapiens. pp
Alterius non ſit qui ſuus eſſe poteſt
Ditior eſt liber mendicus diuite ſeruo qq
Non bene pro toto libertas uenditur auro
Hoc cæleſte bonum præterit orbis opes æſopus.
Præ cunctis animi libertas eſt ueneranda
Seruitutis onus ſit ſemper deſpiciendus.Sapiens. rr
Prouida mens ſtabilem figit ubiq; gradum.Sapiens.
Nobilis atque potens committit peſſima ſæpe
Pro quibus ſtultus grauia fert populus.Sapiens.
Nam tua res agitur paries cū proximus ardet.Oui. epiſtolar.
Quid ualet hic mundus.quid gloria quid ue triumphus
Poſt miſerum fumus puluis & umbra ſumus.Sapiens. B
Nam uirtus uidua eſt quam non patientia firmat.Sapiēs.
Si quid agas prudenter agas & conſpice finem.æſopus. C
Ferre minora uolo ne grauiora feram.æſopus.
Accepti memores nos decet eſſe boni.æſopus.
Omni non credas non omni tempore prudens.Sapiens.
Sæpe minus faciunt homines qui magna minantur
Sæpe gerit nimios cauſa puſilla metus.æſopus. D
Quod tibi non uis fieri ne feceris ulli.
Quæ tibi fieri uis hoc quoq; fac aliis.Sapiens.
Quod tibi non faceres aliis feciſſe caueto.æſopus.
Quod ſibi quis nollit fieri non inferat ulli.Proſper.
Cum maiore minor contendere deſinat & ſe
Conſulat.& uires temperat ipſe ſuas.æſopus. E
Vade uale caue ne titubes mandataq; frangas.Horatius
Fortes adiuuat ipſa uenus.Tibullus cum ſequentibus F
Celari uult ſua furta uenus G
Heu male nunc artes miſeras hæc ſecula tractant
Iam tener aſſueuit munera uelle puer H
Blandiciis uult eſſe locum uenus ipſa quærelis.
Supplicibus.miſeris.flentibus illa fauet. I
Sæpe ego temptaui curas depellere uino
At dolor in lachrimas uerteret omne merum K
Nam donis uincitur omnis amor
L

M Munera nec poſcas det munera canus amator
Vt foueat molli frigida membra ſinu.
N Ah lapis eſt ferrumq; ſuam quicunq; puellam.uerberat.
Iuraui quotiens rediturum ad limina nunq̃
Cum bene iuraui pes tamen ipſe redit.
O Spes fouet & ſemper cras fore.ait melius
p Somnia fallaci ludunt temeraria nocte
Et pauidas mentes falſa timere iubent.
Q Ah crudele genus nec fidum fœmina nomen
Ah pereat didicit fallerè ſiqua uirum
Sed flecti poterit mens eſt mutabilis illis.
R Venit poſt multas una ſerena dies.
S Fœlix qui cum dolore.Alterius diſces poſſe cauere tuo.
Periuria ridet amantum.Iuppiter.
T Non ego ſum ſatis ad tantæ præconia laudis
Ipſe mihi non ſi præſtabit carmina phœbus
Et tibi qui poſſit magnis ſe accingere rebus
Volgius.æterno propior non alter homero.Hæc Tibullus.
V Si memini fuerant tibi quattuor lelia dentes
Expuit una duos tuſſis & una duos
Iam ſecura potes totis tuſſire diebus
Nil iſtic quod agat tertia tuſſis habet.Virgilius in uetulam
X Accipe quod pro te lingua animoq; precer
Vt tibi dent annos ſuperi digniſſimus æuo es:Hermofrodita.
Vror & occultæ redunt præcordia flammæ
O ego ſi ſileam terque quaterque miſer.
Y Dulcis amœna fui multis mea facta placebant
Sed præter precium nil mihi dulce fuit.
Diruit hæc eadem quæ me conſtruxerat una
Vna meæ uitæ cauſa neſciſque fuit.
Z Quid quereris?quid te tanto mœrore fatigas?
Spes mea.blanditiæ.deliciæq; meæ
Quid gemis?& totiens ſingultus pectora rumpunt
Quid lachrimis totiens lumina mœſta madent?
Sume animos lux noſtra animæ pars altera noſtræ
Qui uitæ arbitrium mortis & uiuis habes
Sume age.ſume animos.o uita dulcior.o mi
Dulcis amor.uita carior ipſa mea
Pone modum lachrimis tantos compeſce dolores
Angelma rogat quod rogat obſequere.
aa Ferrea non ego ſum neq; ſum de tigride nata
At placidus ſanguis nobile corpus alit
bb Te clari exornant mores te uiuida uirtus
Te decor atq; altæ nobilitatis honos
Et tibi frons læta eſt & amica uirentibus annis
Ingenuuſq; tuo ſplendor in ore ſedet
Illa gerit ſilices & clauſo in pectore ferrum
Quæ talem imprudens neſcit amare uirum.
cc Hoc unum ſupereſt ut miſeratus amantem
Excipias:noſtros in tua iura ſinus
Tu me ardere facis tu me languere furentem
Cauſa meæ uitæ cauſaq; mortis eris
Tu noſtrum ſidus tu gloria noſtra perennis
Omnia tu noſtræ iura ſalutis habes.
dd Forma fuit teneris ſemper ſuſpecta puellis
ee Dii te perpetuent cuncta & per ſecula lætum
Reddant.ſint uitæ flammina longa tuæ.Hermofrodita.
Rumor de ueteri faciet uentura timeri
Cras poterunt fieri turpia ſicut heri.
Viuit at inuita quia uiuit paupere uita.
Tot ne putas plagis addere poſſe magis.

Nemo rebellatur & iuno belligeratur.
Miror q̄ ſit ei mentio nulla mei.In exclamatione troiæ
Si ſapiens uiuas tibi ſolus commodus extas. A
Vis fatuus fieri tibi fers incommoda ſoli.
Durior immanem ſuccendit ſermo furorem
Mellificat diram reſponſum mollius iram B
Inſipiens totum feſtinat fundere flatum
Temperat interdum ſapiens in tempore motum C
Semper ſolicitus cruciatur ſuſpicioſus
Qui ſibi nil conſcit ſecura mente quieſcit. D
Quod legale uoues uotum ne reddere tardes
Pendere quod nolim promittere qualiter auſim
Omne nocet nimium mediocriter omne gerendum. E
Clauditur ad dandum uola panditur ad capiendum.
Cum locuplete uiro litem motare caueto F
Iure peroſus eris ſiquid ſophiſtice quæris.Ex prouerbiis Solomonis
Quod prope facce diem tibi ſum conuiua futurus
Forſitan ignoras at fore ne dubites G
Ergo para cænam non qualem ſtoicus ambit H
Sed lautam ſane more curenaico
Nāq; duas mecum florenti ætate puellas
Adducam,quarum balſama cunnus olet
Vernula ſola domi ſedeat quam nuper habebas
Si nondum cunnus uepribus horruerit
Sunt qui te inſimulent & auari crimen amici
Obiiciant,facito rumor ut iſte cadat.Philelſus ad Catonem.

Hæc ſunt quæ tibi ex diuerſis dare illuſtribus autoribus uolui carmina: ut ea tuis epiſtolarum generibus loco parentheſis:aut alias ut melius cadere uidentur poſſis appropriare.Nūc autem de epiſtolarum ſupraſcriptionibus ut ex Rubrica accepiſti:q̄breuiter uidere noſtra erit inſtitutio.

Anctiſſimo Beatiſſimo Clemētiſſimo Piiſſimo,Reuerendiſſimo,Religioſiſſimo,Colēdiſſimo,Venerabili,Venerando,Deuotiſſimo,Benefico,Glorioſo,Diuo inclito,incluſo,Sereniſſimo,ſacratiſſimo,chriſtianiſſimo,inuictiſſimo,illuſtriſſimo,excellētiſſimo.Illuſtri,excelſo magnifico, magno potenti, fælici, magnanimo, ſtrenuo oppimo forti, Conſtantiſſimo,grauiſſimo,integerrimo,præſtantiſſimo ampliſſimo,ſpectatiſſimo,ſpectabili,clariſſimo,generoſo,inſigni,celeberrimo,eximio,egregio ſapienti,probatiſſimo circumſpecto honorando, grandæuo, primario,nobili.Doctiſſimo,erudito,præclaro,litteratiſſimo,ingenioſo,ingenuo, obſequioſo,liberaliſſimo emendato,moderato,urbano,manſueto benigno,formoſo,prudenti,decoro, diſcreto,prouido,ſolerti,ſingulari,præcipuo peritiſſimo,elegantiſſimo,facūdo,ornatiſſimo,uirtuoſo,officioſo ſplēdido,Gratioſo amico ſuperiori perlæpido,iucundiſſimo:ſuauiſſimo,humaniſſimo,optatiſſimo, feſtiuo,facetiſſimo,ſtudioſo,honeſtiſſimo,dilecto deſideratiſſimo,amātiſſimo,chariſſimo neceſſario,cōiunctiſſimo,cordiali intimo,familiariſſimo,domeſtico,peramando honorabili, munifico fideli,prōpto beniuolo,ſagaci,conſtanti,diligentiſſimo,uigilantiſſimo,pari ſincero,dulciſſimo pacifico,affabili.Et multa his ſimilia. Sed nunc huic finem Rubricæ ſtatuo. & ad ultimam in ordine Rubricā quæ de concluſionibus erit Epiſtolarum accedam. I

Circa artificioſas epiſtolarum concluſiones Marci Tullii Ciceronis clauſulæ incipiunt.

Me oīa ſumma ī te ſtudia officiaq̄ expecta nō fallam opinionē tuā libro primo. Epiſtola qnta.Tu me de tuis rebus oībus & de lentuli tui noſtriq̄ ſtudiis:exercitatōibuſq̄ tuis uelim q̄familiariſſime certioré & q̄ſæpiſſime facias exiſtimeſq̄ neminē cuiq̄ neq̄ carioré neque iucūdioré unq̄ fuiſſe q̄ te mihi.Idq̄ me nō mō ut tu ſentias:ſed ut oēs gētes: ét ut poſteritas oīs ītelligat eſſe factuꝝ.Epiſtola.x.Tu uelim ad me de oī reipublicæ ſtatu q̄ diligētiſſime perſcribas.Ea.n.certiſſima putabo quæ ex te cognoro libro ſecūdo.Epiſtola.xi.Ego res romanas uæhemēter expecto & deſidero īprimiſq̄ qd agas ſcire cupio.Nā iādiu pp hiemis magnitudinē nihil noui ad nos afferrebat.Epiſtola.xv.Hæc ad te ſcripſi liberius fretus cōſcientia officii mei beniuolentiæq̄: quā a me certo iudicio ſuſceptā quoad tu uoles cōſeruabo.libro.iii.Epiſtola.vi. Hæc igit̄ tibi erūt curæ quēadmodū oſtendis:meq̄ totū & mea & meos commendatos habeas.Epiſtola.viii.Exploratum habeo quicquid nos communi ſententia ſtatuerimus:id omnes homines probaturos. libro quarto. Epiſtola prima.Sed plura quam ſtatueram.Redeo ergo ad unum illud me tuum eſſe: fore cum tuis ſi modo erunt tui ſi minus me certe in omnibus rebus ſatis noſtræ coniunctioni amoriq̄ facturum

Epiſtola.viii.Tum eſt conſulere temporibus & incolumitati & uitæ & fortunis tuis. Epiſtola.ix. Putaui ea de re te eſſe admonendum: ſed quoniam quod mihi placeret oſtendi. Reliqua tu pro tua prudentia conſiderabis me tamen uelim quo ad tempus te expectemus certiorem facias. Epiſtola.x. Tu uero ut intelligas homini amiciſſimo te tribuiſſe officium: re tibi præſtabo. Epiſtola undecima. Sed hæc tu melius uel optime omnium: ego quæ pertinere ad te intelligam ſtudioſiſſime omnia diligentiſſimeq; curabo: tuorumq; triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſeruabo Epiſtola.xiii. Tu uelim & quid agas & quid acturum te putes facias me q̃ diligẽtiſſime certiorem. Epiſtola.xiiii. Quapropter ſimus eo animo inter nos quo ſemper fuimus: q; de te ſperare de me præſtare poſſum. Epiſtola ultima. Si poteris uelim priſtinam tuam erga me uoluntatem cõſerues libro.v. Epiſtola.iii. Tecumq; ero tantum quantum patietur utriuſq; ætas & ualetudo: & ſi eſſe una minus poterimus q̃ uolemus animorum tamen coniunctione iiſdemq; ſtudiis ita fruemur ut nonnunq̃ una eſſe uideamur. Epiſtola.xiii. Tu ſi quid forte ad me ſcripſeris perficiã. ne te fruſtra ſcripſiſſe arbitrere. Epiſtola.xvii. Ego ſi uidebitur recte fieri poſſe ad te ueniam breui ſiquid acciderit ut mutandum conſilium ſit te certiorem faciam ſtatim: tu ita fac cupidus mei uidendi ſis ut iſtinc te ne moueas tam infirma ualetudine: niſi ex me prius quæſieris per litteras quid te uelim facere. Me uelim ut facis diligas ualetudiniq; tuæ & tranquillitati animi ſeruias. Epiſtola ultima. Tu uelim ſcribas ad me quid agas & ubi futurus ſis: ut aut quo ſcribã aut quo ueniã ſcire poſſim. lib.vi. Epiſtola.ii. Hæc mihi: tu tui: tua omnia maxime curæ ſunt: & dum uiuam erunt. Epiſtola.iii. Tu cura cum fortitudine animi te tum etiam ſpe optima ſuſtẽtes. Epiſtola.vi. Caue dubites quin omnia de ſalute tua ac reditu perfecta ſint. Epiſtola.xii. Hic tui omnes ualent: ſummaq; pietate te deſiderant: & diligunt & colunt. Tu & cura ut ualeas & te iſtinc ne temere commoueas. Epiſtola.xx. Cura igitur ut ualeas & me hoc biduo aut triduo expecta. libro ſeptĩo. Epiſtola quarta. Cura ut ualeas & me ut amas ama. Ego tuas britanicas litteras expecto. Epiſtola quinta. Quare omnibus de rebus fac ut q̃primum ſciam: aut conſolando: aut conſilio aut re iuuero. Epiſtola decima. Scribe aliquãdo ad nos quid agas & a nobis quid fieri aut curari uelis. Epiſtola duodecia. Tu ad me de iſtis rebus omnibus ſcribas uelim q̃diligentiſſime. Epiſtola tertiadecima. Te ualde amamus noſq; a te amari tum uolumus tum etiam cõfidimus. Epiſtola. xiiii. Nihil te ad me poſtea ſcripſiſſe demiror præſertim tam nouis rebus. Epiſtola.xix. Reliquam ſpẽ nullam uideo: quare ad patriam redeo: ſapienter hæc reliquiſti ſi conſilio: fæliciter ſi caſu. Epiſtola.xxix. Nam eſt homo non ingratus: meq; uæhementer obſeruat. Ad eum de te diligentiſſime ſcripſi: eamq; epiſtolam cum hac epiſtola cõiunxi: q̃ ille cũ acceperit: & quid tibi pollicitus ſit uelim ad me ſcribas. Epiſtola.xxxi. Tu uelim poſthac ſic ſtatuas tuas mihi litteras longiſſimas quaſq; gratiſſimas fore. Epiſtola ultĩa. A te peto ut meas iniurias ꝓinde doleas. ut me exiſtimas & dolere & ulciſci tuas ſolere. libro.viii. Epiſtola.vi. Tu quid ſis acturus. & quid tibi placeat pergratum mihi erit ſi ad me ſcripſeris libro.ix. Epiſtola.ii. Faciã ergo illud quod rogatus ſum ut eoꝝ quæ temporis huius ſint quæ tua audiero nequid ignores. Epiſtola.vi. Sed tamen ſi ſciam quid tu conſtitueris meum conſilium accommodabo potiſſimũ ad tuum: quare expecto tuas litteras. Epiſtola.vii. Erit tuæ quoq; fidei & humanitatis curare ut is tabellarius quem ad te miſi reuerti poſſit ad me: & a te mihi litteras referat. Epiſtola.ix. Tu uelim animo ſapienti fortiq; ſis ut tua moderatio & grauitas alioꝝ infamet iniuriã. Epiſtola.xii. Tu uelim ut ſcribis cum fabris eam perſpicias: ſi.n.nihil eſt in ꝑietibus aut in tecto uitii cætera mihi ꝓbabunt. Epiſtola.xv. Tu tamẽ ꝓ tua ſapiẽtia debebis optare optima: cogitare difficillima. ferre quæ cũq; erũt. Epiſtola.xvii. Me quottidie aliud ex alio ĩpedit: ſed ſi me expediero ut ĩ iſta loca uenire poſſim: non cõmittã ut te ſero a me certioré factum putes. Epiſtola.xix. Sed cura ſi me amas ut ualeas ne ego te iacente bona tua comedã. Statui enim tibi ne ægroto quidem parcẽ. Epiſtola.xx. Interea quæ ad dignitatem tuã ꝑtinere arbitrabor ſtudioſe diligenterq; curabo. libro.x. Epiſtola.iii. Quod ſi proinde ut ipſe mereor mihi ſucceſſerit: certe & tibi cui maxime cupio & omnibus uiris bonis ſatiſfaciam. Epiſtola quarta. In illã igitur curã icũbe mi plance ut nequa ſcintilla teterrimi belli relinquatur: quod ſi erit factũ & remp. diuino beneficio affeceris & ipſe æternã gloriã conſequere. Epiſtola quarta decima. Fac ualeas: meq; mutuo diligas: dignitatẽq; meã ſi mereor tueare: ſicut adhuc ſingulari cum beniuolentia feciſti. Epiſtola decimaſeptima. Litteras tuas uæhemẽter expecto & qdẽ talis qualis maxime opto. Epiſtola.xxii. Tu ut inſtituiſti me diligas rogo propeq; tuũ perſuadeas. Epiſtola.xxiiii. Magnam enim inuidiã his faciemus: nil tamẽ nõ poſtulandũ putaui quod æquum eſſe ſtatueré. libro.xi. Epiſtola prima. Cum primum de Antonio exploratum habuero faciam te certiorem: Tu me amabis ita ſi hoc idem me in te facere ſenſeris. Epiſtola.x. Maliuolentiæ hominum in me ſi poteris occurres: ſi non poteris hoc conſolabere q; me de ſtatu meo nullis contumeliis deterrere poſſunt. Epiſtola. xi. Hoc quam uim habeat te exiſtimare malo q̃ me apertius ſcribere. Epiſtola.xii. Ego pluſquam feci facere non poſſum te tamen id quod ſpero omnium maximũ & clariſſimũ uidere cupio. Epiſtola quartadecima. Plura ſcribere non debeo præſertim ad te quo magiſtro breuitatis uti cogito. Epiſtola quitadecima. Ad has litteras ſtatim mihi reſcribe: tuorumq; aliquẽ mitte ſiquid recõditũ magis erit meque ſcire opus eẽ putaris. Epiſtola uiceſima. Siquid erit occultius & ut ſcribis recõditũ meoꝝ aliquẽ mittam quo fidelius ad te litteræ perferantur. Epiſtola uiceſimaprima. Ego tuis neq; deſum neq; dero: qui ſiue ad me referent ſiue non: mea tibi tamẽ in te beniuolentia & fides præſtabitur. libro. xii.

Epiſtola ſecunda. Nunc reſidet ſpes in uirtute tua de reliquo malo teipſum tecū loqui q̄ dicta noſtra cognoſcere Epiſtola tertia. Scriberem plura ſi rē cauſamq; noſtem: nunc quæ ſcribo ſcribo ex hominum opinione atq; fama: tuas litteras auidus expecto. Epiſtola quarta. Fratris. n. loco mihi eſt qui ex te natus teq; dignus eſt. Epiſtola. xiiii. Quamobrem opinione celerius confido ſceleratiſſimum latronem pœnas daturum. Quarto nonas Iunias perge. Nihil mihi tam deeſſe ſcito: q̄ qui cū hæc familiariter docteq; rideam is tu eris ſi q̄ primum ueneris: quod ut facias non mea ſolum ſed etiā tua ītereſſe arbitror. Epiſtola. xviii. Sed hæc melius ex re & ex tēpore conſtitues. mihi quidem uſque curæ erit quid agas dum quid egeris ſciero. Epiſtola. xix. Plura ſcripſiſſem niſi tui feſtinarēt. Itaq; chærippo noſtro me uelim excuſes. Epiſtola. xxii. Da operā ut ualeas hoc mihi gratius facere nihil potes. Epiſtola xxiii. De reliquo uelim tibi perſuadeas non eſſe mihi meam dignitatem tua carioré. Epiſtola ultima. Maius mihi dare beneficiū nullū potes. id mihi intelliges eſſe gratiſſimū. libro. xiii. Epiſtola. ix. Mihi certe gratiſſimū feceris ſi intellexero has litteras tantū quantū ſcribens confidebā apud te pondus habuiſſe. Epiſtola. xviii. Hanc rem mihi plance ſi effeceris meā de tua erga me beniuolētia ſpē confirmaueris: ipſum capitonē gratiſſimū officioſiſſimū. optimū uirū ad tuā neceſſitudinē tuo ſummo beneficio adiūxeris. Epiſtola. xxx. Peto igitur abs te ut oībus rebus quæ ſine moleſtia tua facere poſſis ei cōmodes habeaſq; in numero tuoꝝ perficiaſq; ut intelligat has litteras meas magno ſibi uſui fuiſſe: erit id mihi maiorem in modum gratū. Epiſtola. xxxvi. Tu modo ad me uelim omnia diligētiſſime pſcribas & ſi magis rē q̄ litteras debeo expectare. Cura ut ualeas: & ita tibi pſuadeas mihi te carius nihil eē nec unq̄ fuiſſe. uale mea terentia q̄ ego uidere uideor. Itaq; debilitor lachrimis. libro. xiiii. Epiſtola. iii. Cura quod potes ut ualeas & ſic exiſtimes me uæhementius tua miſeria q̄ mea cōmoueri. Mea terentia fidiſſima atq; optima uxor. & mea cariſſima tuliola: & ſpes reliqua noſtra Cicero ualete. Epiſtola iiii. Cicero belliſſimus tibi ſaluté plurimā dicit. etiā atq; ét uale. Epiſtola. vii. Vos meæ cariſſimæ animæ q̄ ſæpiſſime ad me ſcribite: & uos quid agatis & qd iſtic agaṫ Quintus frater & filius & ruffus uobis ſalutē dicūt. ualete. octauo Kalēdas quītiles. Minturnis. Epiſtola. xiiii. Quāobrē tibi ſic pſuadeas ueli ſi mihi tua ſnia tributus honos ex meis litteris fuerit me ſic exiſtimatuꝝ: cū autoritate tua: tū beniuolentia erga me mihi quod maxīe cupierim cōtigiſſe. libro. xv. Epiſtola. iiii. Vale & nos dilige: & īſtituto itinere ſeueritatē: diligentiāq; ſociis & rep. præſta. Epiſtola. v. Magnope a te peto ut operā des. efficias: nequid mihi fiat iniuriæ: neue quid temporis ad meū animū munus accedat: qd' ſi feceris magnus ad tua priſtina erga me ſtudia cumulus accedet. Epiſtola. xii. Nobis quidē q̄ te amamus erit gratum: & amabo te cū dabis poſthac aliquid demū litteraꝝ. mei memineris. ego nunq̄ quenq̄ ad te cū ſciā ſine meis litteris ire patiar. Epiſtola. xvii. Malo te paulo poſt ualentē q̄ ſtatim ībecillē uidere. Cura igitur nihil aliud niſi ut tu ualeas: cætera ego curabo. Etiā atq; ét uale. Ieucade proficiſcēs ſeptimo Idus Nouembris. Nemo nos amat q̄ te non diligat. Carus oībus expectatuſq; uenies. Epiſtola. ii. Illud igiṫ potius cura potiſſimū ut ualeas. de tuis īnumerabilibus ī me beneficiis erit hoc mihi gratiſſimū Epiſtola. iii. Quantū me diligis tantū fac ut ualeas: uel quantū te a me ſcis diligi. Epiſtola quarta. Effice ſi me diligis ut ualeas: & ut ad nos firmus ac ualens q̄ primū uenias. Ama nos & uale. Epiſtola octaua. Hæc te ſcire uolui. Tu etiā atq; etiā cura ut ualeas litteraſq; ad me mittas quotienſcunq; habebis cui des. Epiſtola. x. Tu uelim imprimis cures ut ualeas ut una colloqui dulciter poſſumus. Antherum tibi cōmendo. uale. Epiſtola. xxi. Noli cōmittere ut excuſatione potius expleas officiū ſcribendi: q̄ aſſiduitate epiſtolarum. ualide enim mihi ſemper & uera & dulcia tuis epiſtolis nuntiantur. Epiſtola uigeſimaquinta. Et hæc ex Tullio. Nunc ex Gaſparino & aliis tolle.

Ad Idem.

Liud non eſt præmiū quod maius a te pro noſtra amicitia expectem: q̄ ut intelligā ea me poſſe facile apud te conſequi quæ ſunt honeſta. Opto ut illum exitum ueſtra conſilia īueniant quē fortuna uiſa eſt mihi primo in ſucceſſu uobis promiſiſſe. Rem pergratā mihi feceris ſi naturæ de exitu reꝝ ueſtraꝝ oīa ad me ſcribes. Tu hæc ſi ſecreta habebis donec eſferendi tēpus datū eſſe p meas litteras intelliges. Aliud nō eſt qđ ad te ſcribā: niſi q̄ me tuis litteris admoneas: quotiens enim ipſas lego uideor mihi tecū eſſe & loqui. Expecto auté litteras tuas quibus intelligam quid mihi ſit inter tot perturbationes agendū: aut. n. me conſolaberis: aut ad omnia quæ male me habent magno animo ſuſtinenda tua exhortatione fortioré facies. Hæc omnia ad te breuiter p ſcripſi: nā de ſingulis quæ a nobis non minus fortiter q̄ fœliciter geſta fuerunt doctior ab his fies qui huic bello interfuerunt: quibus ego litteras meas cū mādatis ad te cōmiſi. Verū quia hæc ſæpius a te cogitari ſcio finem ſcribendi faciam: ſi prius illud tibi pſuaſero neminē annis multis in noſtra ciuitate fuiſſe cui noſtra reſpublica ſe magis debere fateaṫ q̄ tibi uni. Fac ergo ut ſæpe de rebus tuis ad me ſcribas: nec me permittas eſſe ocioſum tūc enim me maxime a te diligi putabo. cum magnum aliquid & quod in tua re ſit pſæpe mihi īpoſueris. Rem mihi pergratā facies ſi quotiens habebis cui poſſis tuas litteras cōmittere ſemp aliqd ad me ſcribas. totiens enī tecū eſſe uideor quotiēs tuas litteras lego. nec permittā amicitiā noſtrā eſſe ocioſam ſiquid accidet in quo uel tua mihi poſſis opera pdeſſe: uel ego tibi mea. Scripſi hæc ad te non q̄ in re deſperata tuū cōſiliū ac præſidiū expectem: ſed quia leuare dolorem mihi uideor cum de meis incōmodis tecū loquor. Te autem uidere cupio ut non ſit quod tantum cupiam quod feciſſem ſi & imbres ſineret & equorum inopia meū deſideriū nō obturbaret ītērī

agemus litteris:ut cũ corporibus præſentes eſſe nequeamus:oratione procul nõ ſimus. Recreaſti me clariſſimi equitis noſtri commemoratione:bene igitur ualeat quoniã eius uirtus ĩmortalitate digniſ ſima eſt.Nunc cũ abſumus mutuo litteraꝝ officio fallamus hoc tempus.Commenda me Iohanni uro ſingulari & ſuis & Lodouicũ meum ad ſcribendũ incita.Reliquum eſt ut me tibi pro tua uirtute doctrina atq; humanitate deditiſſimũ eſſe perſuadeas:& in loculis habeas(ut aiunt)quẽ tibi ſpondeo dedo.ac deuoueo:& ut pro tuo arbitrio utaris atq; arbitraris expoſtulo.uale.Gabriel ualens eſt & lætus interdũ aũt ſuſpirat longo non uiſam tẽpore matrẽ.Tu filioli ꝑſonã ſuſtineas interim apud elegantiſſimã mulierem.Curaq; te molliter. Nos contra non deerimus pollicitationi noſtræ.Salutabis meo ore Palaciolũ noſtrum puellũ ingenuæ indolis.bonæ ſpei & amœnitatis germanum.Occulta quæſo has litteras ne in alioꝝ perueniant manus uale & parce uerboſitati meæ quæ a magna mea erga te beniuolẽtia profecta ẽ.Tu mihi obuiã emitte epiſtolas te dignas.Plura ſcribam ſi plus ocii habuero.Reliqua tecũ aget Craſſus familiaris meus.Tu uelim ut conſueſti nos abſentes diligas atq; defendas. Te quando expectemus fac ut ſciã.Tu fac teipſum uincas. Cura te ſi me amas diligenter. Ex Seruffino & Catone iureconſultis ſalue & uale. Ex Papia q̃raptim. Vale & ſiquid habes de domino Gregorio noſtro præclaro & humano uiro admone.quæſo.Vale iteꝝ ne præmitte cõmẽdas præſtantiſſimo uiro domino Lauro quirino Nos ualẽus & Cõradus frater ualet ac proficit Vincentiæ.Idibus februariis. Vale & ſi me de fratre benemeritũ putes & benemeritũ ſperas : æquum puta mei quoq; nunc deniq; rõem haberi:Vale & ſi me amas hac in re obmuteſcas oro.Vale & quãdo ad Guarinũ ſcribis eum ſalutato uerbis meis.Vale mea ſuauitas:& peritiſſimum atq; optimũ uiꝝ Lamolã ſaluere iube.Vale & ualeant qui diſſidium inter nos uolunt.Tu aũt princeps illuſtriſſime principum decus & ſpes muſarum uale:atq; iterũ uale & hanc primã operis noſti parte alacri quæſo fronte excipe:atq; Albertũ tuũ ſemp tui obſequẽtiſſimum in loculis tui cordis reconde:& commendatiſſimum tibi ut habes habe.

Laus deo.

Autoritates diuerſorum tam oratorum q̃ poetarum uirorum ſane clariſſimorum:quibus omnem noſtram epiſtolandi rationem & dicẽdi modum corroborare:exornare:& maxime amplificare poſſumus.Et primo circa primum Marci Tulli Ciceronis officiorum librum fœliciter incipiunt.

Vperiori huius operis tractatu Illuſtriſſime prĩceps uir humaniſſime:ſatis ac ſatis & quidem copioſiſſime intellexiſti:qua ratione:& quo ordine omnia epiſtolarum genera:non tam eleganter q̃ commode inſtituere debeas. Et quoniam autoritates diuerſorum oratorum & poetarum uirorum maxime clariſſimorum ad epiſtolarem doctrinam maximopere ſunt neceſſariæ & cõducibiles.Idcirco non temere ĩfinitas pene autoritates. exempla.hiſtorias.fabulas.ſimilitudines. comparationes. leges mores.inſtitutiones.prouerbia.& diffinitiones.quibus omnem noſtram epiſtolandi rõnem corroborare.exornare.& maxime amplificare poſſumus:q̃breuiter modo poſſemus (nõ.n.ingẽs poterit camelus foramẽ trãſire acus anguſtiſſimũ)ſtudebimus recolligere:Et ĩ primis circa autoritates officioꝝ.M.T.C.uerſari nr̃a erit diſciplina:quæ ĩ hũc circa primũ eiuſdẽ ſequunt̃ modũ.Nulla.n.uitæ pars neq; publicis:neq; priuatis:neq; foreſibus:neq; domeſticis ĩ rebus: neq; ſi tecũ agas qd:neq; ſi cũ altero cõtrahas uacaꝛ officio põt.In eoq; excollẽdo ſita ẽ uitæ honeſtas oĩs:& negligẽdo turpitudo.Oĩs.n.quæ a rõne ſuſcipit̃ de aliqua re iſtitutio debet a diffinitõe ꝓficiſci:ut ĩtelligat̃ qd ſit id de quo diſputet̃.Cũ.n.utilitas ad ſe rape:honeſtas cõtra a ſe reuocare uidet̃:fit ut diſtrahat̃ ĩ deliberãdo animus:afferatq; ancipitẽ curã cogitãdi. Prĩcipio generi animãtiũ oĩ eſt a natura tributũ: ut ſe.uitã.corpuſq; ſuum tueatur:Declinetq; ea quæ nocitura uideantur: Oĩaq; quæ ſint ad uiuendũ neceſſaria inquirat & paret ut paſtũ & latibula ut alia eiuſmodi generis.Cõmune aũt oĩum animãtiũ eſt cõiunctionis appetitus procreandi cã:& cura quædã eoꝝ eſt quæ ꝓcreata ſunt. Sed inter hominẽ & beluã hoc maxime intereſt:q; hæc tantũ quantũ ſenſu mouet̃ ad id ſolũ quod adeſt quodq; ꝑſens eſt ſe accõmodat:paululũ admodũ ſentiẽs præteritũ aut futuꝝ.homo aũt q rõnis eſt particeps: ꝑ quã cõſequẽtiã cernit:cãs reꝝ uidelicet earũq; ꝓgreſſus:& quaſi anteceſſiones non ignorat: ſimilitudines cõparat:rebuſq; ꝑſentibus adiũgit:atq; annectit futuras.facile totius uitæ curſum uidet ad eãq; degẽdã ꝓparat res neceſſarias.His.n.rebus quæ tractant̃ ĩ uita:modũ quẽdã & ordinẽ adhibẽtes: honeſtatẽ & decus cõſeruabimus.Oẽs.n.trahimur & ducimur ad cognitõis ſciẽtiæ cupiditatẽ:ĩ qua excellere pulchꝝ putamus:labi aũt.erraꝛ.neſcire.decipi & malũ & turpe dicimus.Quod ĩ rebus honeſtis & cognitiõe dignis operæ curæq; ponet̃:id iure laudabit̃.Virtutis.n.laus oĩs ĩ actiõe cõſiſtit: a qua tamen fit ĩtermiſſio ſæpe multiq; dant̃ ad ſtudiũ reditus.Omnis.n.cogitatio motuſq; animi aut in conſiliis capiẽdis de rebus honeſtis:& ꝓtinentibus ad bene beateq; uiuẽdũ:aut in ſtudiis ſcientiæ cognitõiſq; uerſabit̃.Iuſtitia eſt in qua uirtutis eſt ſplendor maximus ex qua uiri boni nominant̃:& huic cõiũcta beneficẽtia:quã eãdẽ uel benignitatẽ uel liberalitatẽ:appellari licet.Et iuſtitiæ primũ munus ẽ ut nemini qs noceat niſi laceſſitus iuiuria.deinde ut cõibus ꝓ cõibus utaꝛ:priuatis ut ſuis.Præclare ſcriptũ ẽ a Platone non nobis ſolum nati ſumus:ortuſq; noſtri partem patria uẽdicat partemq; amici. Atq; ut placet ſtoicis:ea quæ in terris gignuntur ad hominũ uſum oĩa creari:hoĩes aũt hoĩum cauſa eſſe procreatos:ut ipſi inter ſe alii aliis prodeſſe poſſint.In hoc naturã debemus ducẽ ſequi:cõmunes utilita-

tes afferre in medium: cõmutatione officioꝝ dando, accipiẽdo: tũ artibus, tum opera, tũ facultatibus
deuincire hoĩum inter hoĩes ſocietatẽ. fundãentũ aũt omnis iuſticiæ fides ideſt dictoꝝ conuento-
rumq; cõſtantia & ueritas. Iniuſticiæ duo ſunt genera, unũ eoꝝ qui ĩferunt, alteꝝ eoꝝ qui ab his qui I
bus infertur ſi poſſunt nõ propulſant iniuriã. Nã qui iniuſte impetũ in quempiã facit: aut ira: aut per
turbat omne aliqua incitatus: is quaſi manus uidet̃ ferre ſocio: q; autẽ nõ defendit nec obſiſtit ſi põt
iniuriæ: tã eſt in uitio q̃ ſi aut parẽtes aut amicos: aut patriã deſerat. Expetunt̃ aũt diuitiæ: tũ ad uſus
uitæ neceſſarios: tũ ad perfruendas uoluptates. Delectãt ẽt magnifici apparatus uitæq; cultus cũ ele- K
gãtia & copia quibus rebus effectũ eſt ut ĩfinita pecuniæ cupiditas eſſet. Nec uero rei familiaris am-
plificatio nemini nocẽs uitupanda ẽ ſed fugiẽda ſemp iniuria eſt. Maxĩe aũt adducunt̃ pleriq; ut eos A
iuſticiæ capiat obliuio cũ imperioꝝ honoꝝ, gloriæ cupiditatẽ iciderit. Quod. n. ẽ apud Enniũ nulla
ſancta ſocietas nec fides regni ẽ: id latius patet. Nã quicq; eiuſmodi ẽ in quo nõ poſſunt plures præ- B
cellere ĩ eo fit plerũq; tãta contentio: ut difficillimũ ſit ſeruare ſanctã ſocietatẽ. In omni iuſticia ꝓmul
tũ ĩtereſt: utrũ perturbatõe aliqua animi: quæ plerũq; breuis ẽ & ad tẽpus: an cõſulto & cogitata fiat C
iniuria: leuiora. n. ſunt ea q̃ repẽtine & motu aliquo accidũt: q̃ ea q̃ mediata & preparata ĩferunt̃. Hoc
ipſum iã iuſtũ eſt q; recte fit ſi eſt uoluntariũ. Eſt. n. difficilis cura reꝝ alienaꝝ. Equitas. n. ꝓ ſe lucet: D
Nec ꝓmiſſa ſeruanda ſunt ea q̃ ſunt his quibus ꝓmiſſa ſunt inutilia: Nec ſi plus tibi ea noceant q̃ illi
ꝓſint cui ꝓmiſeris. cõtra officiũ. n. eſt maius damnũ antepõi minori. In repub. maxĩe cõſeruanda ſunt
iura belli. Nã cũ ſint duo genera decertãdi: unũ perdiſceptationẽ: alteꝝ ꝓ uim: cũq; illud ſit ꝓpriũ ho
minis: hoc beluaꝝ: cõfugiẽdũ eſt ad poſterius ſi uti non licet ſuperiore. Quare ſuſcipiẽda quidẽ bella
ſunt ob eã cãm ut ſine iniuria ĩ pace uiuat̃: parta aũt uictoria cõſeruãdi ſunt hi qui nõ crudeles ĩ bello F
neq; ĩmanes fuerunt. Mea quidẽ ſnĩa paci q̃ nihil habitura ſit inſidiaꝝ ſemp cõſulendũ putaui. Et cũ
his quos ui deuiceris cõſulendũ eſt. tũ qui armis poſitis ad ĩperatoris fidẽ cõfugerĩt. q̃uis muꝝ aries
percuſſerit recipiẽdi. Etiã ſiquid ſinguli tꝑibus ſacramẽto adacti hoſti ꝓmiſerĩt in eoipſo fides ſeruã- G
da eſt. Meminerimus aũt ẽt aduerſus ĩfimos iuſticiã eẽ ſeruandã. Eſt aũt infima cõditio & fortuna ſer
uoꝝ. Cũ aũt duobus modis. i. aut ui aut fraude fiat iniuria: fraus quaſi uulpeculæ: uis leonis uidetur.
Vtrũq; ab homine alieniſſimũ. Totius aũt iniuſticiæ nulla capitalior: q̃ eoꝝ qui tũ cũ maxĩe fallunt: H
id agũt ut uiri boni eẽ uideant̃. Beneficẽtia ac liberalitate nihil eſt natura hõis accõmodatius. Sed ha-
bet multas cautões. uidendũ eſt. n. primũ: ne obſit benignitas & his & ipſis quibus benigne uidebitur
ſſeri & cæteris: deinde ne maior ſit benignitas q̃ facultates. tũ ut ꝓ dignitate cuiq; tribuat̃. id eſt. n. iu I
ſticiæ fundamentũ ad quã referenda ſunt oĩa. Nã & qui gratificant̃ cuipiã q; obſit illi cui ꝓdeſſe uelle
uideant nõ benefici neq; liberales: ſed ꝓnicioſi & aſſentatores iudicãdi ſunt. Et q̃ aliis nocẽt ut ĩ alios
ſint liberales in eadẽ ſunt iniuſticia ut ſi in ſuã rẽ alienã cõuertant. Sunt aũt multi quidẽ cupidi ſplẽ-
doris & gloriæ qui accipiunt aliis: q; & aliis largiant̃: hiq; ſe arbitrant̃ beneficos ĩ ſuos amicos uiſum
iri ſi locupletent eos quacũq; rõe id ãt tantũ abeſt ab officio ut nihil magis officio poſſit eẽ cõtrariũ.
Videndũ eſt igit̃ ut ea liberalitate utamur quæ ꝓſit amicis, nemini noceat. Qui benigniores eſſe uo- K
lunt q̃ res patiat̃: primũ peccant in eo q; iniurioſi ſunt in ꝓximos. quas. n. copias his ſuppeditari equi
us & relinqui fuerat: eas tranſierũt ad alienos. Ineſt aũt in tali liberalitate cupiditas plerũq; rapiẽdi &
auferẽdi ꝓ iniuriã ut ad largiendũ ſuppeditent copiæ. Videre. n. licet pleroſq; nõ tã natura liberales q̃
quadã gloria ductos multa facere ut benefici uideant̃ quæ proficiſci ab oſtẽtatione magis q̃ a uolun- L
tate uident̃. Talis autem ſimulatio uanitati eſt cõiunctior q̃ aut liberalitati aut honeſtati. Mores eius
erunt ſpectãdi in quem beneficiũ cõferet̃ ut aĩus erga nos & cõmunitas ac ſocietas uitæ & ad noſtras
utilitates beneficia ante collata. Nemo oĩo eſt negligẽdus in quo aliqua ſignificatio uirtutis apparet.
Primũ illud ẽ in officio ut ei plurimũ debeamus a quo plurimũ diligamur. Sed beniuolentiã nõ ado
leſcentuloꝝ more: ardore quodã amoris: ſed ſtabilitate potius & cõſtantia iudicemus. Eteni ſi in eos
quos ſperamus nobis profuturos non dubitamus officia cõferre: quales in eos eſſe debemus qui iam
profuerunt? Multi enim faciunt multa temeritate quadã ſine iudicio uel modo in omnes: uel repẽ- M
tino quodam quaſi uentu impetu animi incitati: quæ beneficia ita æque magna non ſunt habẽda: at-
que ea quæ iudicio cõſiderato cõſtantiq; delata ſunt ſed incollocãdo beneficio & in referenda gratia
ſi cætera paria ſunt hoc maxime officii eſt: ut quiſque maxime opis indigeat, ita ei potiſſimum opitu
lari quod contra fit a pleriſque: a quo enim plurimum ſperant etiam ſi ille is non eget tamen ei potiſ-
ſimum inſeruiũt. Optĩe autẽ ſocietas hominum cõiunctõq; ſeruabit̃ ſi ut quiſq; erit cõiunctiſſimus:
ita in eum benignitatis plurimum conferetur. In græcorum prouerbio eſt amicorum eſſe cõmunia
omnia. Sanguinis autem coniunctio & beniuolentia deuincit homines caritate. Magnum eſt enim ea N
dem habere maiorum monumẽta: eiſdem uti ſacris, ſepulchra habere communia. Sed omnium ſocie
tatum nulla præſtantior eſt, nulla firmior: q̃ cum uiri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniũ-
cti. Nihil. n. amabilius nec copulatius: q̃ moꝝ ſimilitudo bonoꝝ. In his. n. in q̃bus eadẽ ſtudia ſũt. eæ- O
dẽ uoluntates: ĩ his fit ut æque q̃ſq; altero delectet̃ ac ſe ipſo: efficiturq; id qđ pitagoras uult ĩ amici-
cia ut unus fiat ex pluribus. Eſt ea iucũdiſſima amicicia q̃ ſimilitudo moꝝ coniugauit. Sunt officia q̃
aliis magis q̃ aliis debent̃: ut uicinũ citius adiuueris ĩ fructibus ꝓcipiẽdis: q̃ aut fratrẽ aut familiarẽ: at P
ſi lis in iudicio ſit propinquum potius & amicũ q̃ uicinũ defenderis. Nemo qui fortitudinis gloriam
conſecutus eſt: inſidiis aut malicia laudem adeptus eſt. Itaq; uiros fortes magnanimos eoſdem bo- Q

R nos & ſimplices, ueritatis amicos: minimeq; fallaces eſſe uolumus. Scientia quæ eſt remota a iuſticia
caliditas potius q̃ ſapientia eſt appellanda. Difficile eſt cum præſtare omnibus concupieris ſeruare
S æquitatem quæ eſt iuſticiæ maxime propria. Nullum enim tempus eſt quod iuſticia uacare debeat,
T Fortes igitur & magnanimi ſunt habendi non qui faciũt: ſed qui propulſant iniuriam. Etenim qui ex
errore imperitæ multitudinis pendet hic in magnis uiris non eſt habendus. Vix inuenitur qui labori
V bus ſuſceptis periculiſq; aditis non quaſi mercedẽ rei geſtæq; deſideret gloriã. Pecuniæ eſt fugienda
cupiditas: Nihil.n.é tam anguſti animi tamq; parui q̃ amare diuitias. Nihil honeſtius magnificẽtiuſq;
X q̃ pecuniã contẽnere ſi non habeas. Si uero habeas ad munificentiã liberalitemq; conferre. Cauenda é
ẽt gloriæ cupiditas, eripit.n. libertate pro qua magnanimis uiris oĩs debet eſſe cõtentio. Nec uero im
peria expetenda: ac potius non accipienda interdũ: aut deponenda nonunq̃. In oĩbus negotiis priuſq̃
Y aggrediare adhibenda eſt præpatio diligens. Parua enim ſunt foris arma niſi ſit conſilium domi. Bel-
lum autem ita ſuſcipiatur: ut nihil aliud niſi pax quæſita uideatur fortis uero animi & cõſtantis é nõ
perturbari in rebus aſperis: nec tumultuante de gradu deiici ut dicit: ſed p̃ſenti aĩo uti ac conſilio nec
a rõne diſcedere. Temere aũt in acie uerſari & manu cũ hoſte confligere in mane quiddã & beluæ ſi-
mile é. Sed cũ tempus neceſſitaſq; poſtulat: decertandũ manu eſt: & mors ſeruituti turpitudiniq; ante
Z ponenda: Fugiendũ etiam illud ne offeramus nos periculis ſine cauſa quo nihil põt eſſe ſtultius. In trã
quillo tempeſtaté aduerſam optari dementis eſt: ſubuenire autem tempeſtati quouis aĩo quauis rõne
aa ſapientis eſt. Oĩo qui reipub. præſunt duo platonis præcepta teneãt. Vnũ ut utilitatẽ ciuiũ ſic tueant
ut quicquid agant ad eã referant: obliti commodorũ ſuorum. Alterum ut totũ corpus reipub. curét:
ne dum partem aliquam tueantur reliquas deſerant. Vt.n. tutela ſic procuratio reipub. ad eorum uti
litaté qui cõmiſſi ſunt: non ad eos quibus cõmiſſa eſt gerenda eſt. Qui autem partem ciuium conſu
bb lunt, partem negligunt: rem pnicioſiſſimam in ciuitatem inducunt: ſeditõnem atq; diſcordiã. Ex quo
cc euenit ut alii populares alii ſtudioſi optimi cuiuſq; uideantur pauci uniuerſorum. Miſerrima omni-
no eſt ambitio honorumq; contentio. Nihil.n. laudabilius: nihil magno & præclaro uiro dignius pla
dd cabilitate atq; clæmẽtia. Omnis autem aĩaduerſio & caſtigatio contumelia uacare debet: neq; ad eius
ee qui punit aliquem aut uerbis caſtigat: ſed ad reipub. utilitatem referri debet. Cauendũ eſt etiã ne ma-
ior pœna q̃ culpa ſit: & ne iiſdem de cauſis alii plectantur, alii ne plectãtur quidem, prohibenda autẽ
maxime eſt ira in puniendo. Nũquam enim iratus qui accedet ad pœnam mediocritatem illam tene
ff bit quæ eſt inter nimium & parum. Optandum eſt ut hi qui præſunt reipublicæ: legum ſimiles ſint
quæ ad puniendum non iracundia ſed æquitate ducũtur. Atq; etiam in rebus proſperis & ad uotum
noſtrum fluentibus ſuperbiam magnopere & faſtidium arrogantiamq; fugiamus. Nam: ut aduerſas
res ſic ſecundas ĩmoderate ferre leuitatis eſt: Præclaraq; eſt æquabilitas in omni uita: & idem ſemper
A uultus eademq; frons. Recte præcipere uidentur qui ut quanto ſuperiores ſumus, tanto ſummiſſius
B nos geramus. In ſecundiſſimis rebus maxime eſt utendum conſilio amicorum: iſq; maior etiam q̃ an-
te eſt tribuenda autoritas: his temporibus cauendum eſt ne aſſentatoribus patefaciamus aures: neque
adulari nos ſinamus in quo falli facile eſt. Tales enim nos eſſe putamus ut iure laudemur: ex quo
naſcuntur innumerabilia peccata cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur & in ma-
ximis uerſantur erroribus. Nam negligere quid de ſe quiſque ſentiat non ſolum arrogantis eſt: ſed ét
C omnino diſſoluti. Omnis autem actio uacare debet temeritate & negligentia: nec uero agere aliquid
cuius nõ poſſis cauſam ꝓbabilẽ reddere. Efficiẽdum eſt enim appetitus obediant rationi eamque ne
que percurrant: neq; per pigritiam: neq; per ignorantiam deſerant. Sintq; tranquilli atq; omni pertur
D batione animi careant: ex quo eluceat omnis cõſtantia omniſq; moderatio. Appetitus omnes cõtra-
hendi ſedandiq; ſunt: excitandaq; animi aduerſio & diligẽtia: ut nequid temere ac fortuitu in cõſide-
rate negligẽterq; agamus. Neq;.n. a natura ita generati ſumus ut ad ludum & iocũ fa cti eé uideamur
ſed ad ſeueritatem potius & ad quædã ſtudia grauiora atq; maiora, ludo autẽ & ioco uti illo quidé li
cet: ſed ſicut ſomno & quietibus eæteris: tũ cũ grauibus ſeriiſq; rebus ſatiſſecerimus: Ipſũq; genus io-
candi nõ profuſum nec immodeſtũ ſed ingenuũ & facetũ eſſe debet ut.n. pueris non omnẽ ludẽdi li-
centiã damus: ſed eã quæ honeſtatis actionibus nõ ſit aliena: ſic in ipſo ioco, aliquid probi ingenii lu-
mẽ eluceat. Ludendi ẽt eſt quidã modus retinendus: ut ne nimis oĩa profundamus: elatiq; uoluptate
E in aliquã turpitudinẽ dilabamur. Hominis mens diſcẽdo alitur: & cogitando ſemp aliquid aut inqui
F rit aut agit uidendiq; & audiendi oblectatione ducitur. Siquis eſt paulo ad uirtutẽ erectior q̃ uis uo-
luptate capiatur occultat & diſſimulat appetitũ uoluptatis propter uerecundiã. Ex quo intelligiẽ cor
poris uoluptatẽ nõ ſatis eſſe dignã hominis præſtantia: eãq; cõtemni & reiici oportere. Sin ſit quiſpiã
qui aliquid tribuat uoluptati diligẽter ei tenendũ eſſe eius fruendæ modũ. Itaq; uictus cultuſq; cor-
poris ad ualetudinẽ referantur: & ad uires nõ ad uoluptatẽ. Atq; etiã ſi conſiderare uolumus quæ ſit
in natura hominis excellẽtia & dignitas facile ĩtelligimus q̃ ſit turpe defluere luxuriam & delicate ac
G molliter uiuere: q̃q; honeſtum: parce cõtinenter, ſobrie. Vt.n. in corporibus magnæ diſſimilitudines
ſunt: alios.n. uidemus uelocitate ad curſum alios uiribus ad luctãdũ ualere, idẽq; informis: aliis digni
H tatem ineſſe: aliis uenuſtatẽ: ſic in animis exiſtũt etiam maiores uarietates. Neq; enim attinet naturæ
repugnare, neque quicq̃ ſequi quod aſſequi non queas. Ideoque (ut aiunt) nihil decet in uita minerua
I obteſtante: ideſt aduerſante & repugnante natura. Ad quas igitur res aptiſſimi erimus in his potiſſi-

mum elaboremus:Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit quæ noſtri ingenii non erunt:omnis
adhibenda erit cura meditatio,diligentia,ut ea ſi nō decore:attamē minime īdecore facere poſſumus.
Nec tamen enitendū ut bona quæ nobis data non ſunt ſequamur,q̄ ut uitia fugiamus.Nam regna i- K
perią,nobilitates honores diuitiæ,opes,& ea quæ ſunt his contraria ī caſu ſita tēporibus reguntur &
gubernantur.Ipſi autē gerere quam perſonam uelimus a noſtra uolūtate proficiſcitur. Itaq; ſe alii ad
philoſophiam,alii ad ius ciuile alii ad eloquentiā applicant:ipſarumq; uirtutū in alia alius mauult ex-
cellere.Quorum uero patres aut maiores aliqua gloria præſtiterūt,hi ſtudent plerumq; eodem in ge
nere laudis excellere.In primis autē conſtituendū eſt quos nos & quales eſſe uelimus, & in quo gene- L
re uitæ:quæ deliberatio eſt omniū difficillima.Ineunte enim adoleſcentia:cū ineſt maxima imbecilli
tas cōſilii,tum id ſibi quiſque genus ætatis degendæ conſtituit quod maxime adamauit. itaque ante
implicatur aliquo certo genere curſuque uiuēdi q̄ potuit quod optimū eſſet iudicare. Plerūq; paren-
tum præceptis imbuti:ad eorum conſuetudinē moremq; deducimur alii multitudinis iudicio ferun-
tur:quæq; maiori parti pulcherrima uidentur ea maxime exoptant.Multo enim firmior eſt & conſtā M
tior natura quam fortuna.Amiciciæ quæ minus delectant & minus probantur:magis decere cenſent
ſapientes ſenſim diluere quam repente præcidere.Cōmutato autē genere uitæ omni rōne curandum
eſt:ut id bono conſilio feciſſe uideamur.Eſt igit adoleſcentis maiores natu reuereri:ex hiſque dilige- N
re optimos & probatiſſimos quoq; conſilio atq; autoritate tutatur. Maxime aūt hæc ætas a libidini
bus eſt arcenda exercendaq; ī labore patientiaq; & animi & corporis,ut eoꝝ ī bellicis & ciuilibus offi
ciis uigeat induſtria.Atq; etiā cum relaxare animos & dare ſe iucunditati uolent,caueant intemperan
tiam,meminerint uerecundiæ:quod facilius erit ſi in eiuſmodi quidē rebus maiores natu uelint īter
eſſe. Senibus autē labores corporis minuendi:exercitationes animi etiā augendæ uidentur,danda ue O
ro eſt opera:ut & amicos & iuuentutem,& maxime rempublicam,conſilio & prudentia quam pluri-
mum adiuuent.Nihil autem cauendū magis eſt ſenectuti quam ne languiori ſe deſidiæq; dedant. Lu P
xuria uero cum omni ætati ſit turpiſſima:tamen ſenectuti eſt fædiſſima.Sinautem libidinum intem-
perantia acceſſerit,Duplex malum eſt:quod & ipſa ſenectus dedecus concipit: & adoleſcentium facit
impudentiorem intemperantiam.Eſt igitur proprium munus magiſtratus intelligere ſe gerere perſo Q
nam ciuitatis debereq; eius dignitatem & dedecus ſuſtinere,leges ſeruare,iura diſtribuere:eaque fidei
ſuæ commiſſa meminiſſe:Nihil aūt eſt quod tā deceat q̄ in omni re gerenda capiendoq; conſilio ſer-
uare conſtantiā.Duo maxime ſunt fugienda nequid effœminatum aut molle: & nequid durum aut
ruſticum fiat.Cū autem pulchritudinis duo genera ſint:quoꝝ in altero uenuſtas ſit ī altero dignitas: R
uenuſtatē muliebrē dicere ſolemus,dignitatē uirilem,ergo & a forma remoueatur omnis uiro nō di-
gnus ornatus:& huic ſimile uitiū in geſtu motuq; caueatur. Formæ autem dignitas coloris bonitate
tuenda eſt:& color excitationibus corporis adhibenda eſt præterea munditia nō odioſa neq; exquiſi-
ta nimis:tantūq; effugiat agreſtem & īhumanā negligētiā.Eadem rō eſt habenda ueſtitus in quo ſicut
in pleriſq; rebus mediocritas optima eſt.Cauendū eſt aūt ne aut tarditatibus utamur ingreſſu mollio S
ribus ut pomaꝝ ferculis ſimiles eſſe uideamur,aut in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates:
quæ cū fiunt anhelitus mouētur,uultus mutantur ora torquent: ex quibus magna ſignificatō fit nō
adeē conſtantiā.Sed multo ēt magis elaborandū eſt:ne animi motus a natura recedāt: q̄ aſſequemur
ſi cauebimus ne in perturbationes atq; examinationes incidamus & ſi attentos animos ad decoris cō
ſeruationē tenebimus.Curandum eſt ut cogitatione ad res q̄optimas utamur,appetitum ratōni obe T
dientem præbeamus. In omni uita rectiſſime præcipitur ut perturbationes fugiamus:id ē motus ani
mi nimios rationi nō obtemperantes.Maxime curandū eſt eos quibus cū ſermone cōferimus:& uere
ri & diligere uideamur.Ira procul abſit cū qua nihil recte fieri,nihil conſiderare pōt. Magna autē par V
te clæmenti caſtigatione licet uti grauitate tamen adiuncta,ut ſeueritas adhibeatur:& contumelia re
pellatur.Quæ cum aliqua perturbatione fiunt,ea nec cōſtanter fieri poſſunt: neq; ab his qui aſſunt
approbari:deforme etiam eſt de ſeipſo predicare falſa præſertim:& cum irriſione audientium imitari
militem glorioſum.Ornanda,n,eſt dignitas domo,at non ex domo tota quærenda:nec domo domi- X
nus ſed domino domus eſt honeſtanda. Mediocritas ad omnem uſum cultæq; uitæ tranſferenda ē. Y
In omni autē actione ſuſcipiēda tria ſunt tenenda,Primū ut appetitus rationi pareant: quo nihil ē ad
officia cōſeruanda accomodatius.Deinde ut animaduertatur quāta illa res ſit quā efficeꝝ uelimus ne
ue maior mīor ue cura & opera ſuſcipiat qua cā poſtulet. Tertiū ut caueamus ut ea quæ pertinēt ad
liberalē ſpeciem & dignitatem moderata ſint:hoꝝ trium tamen præſtantiſſimum eſt appetitus obtē
perare rationi. Turpe enim ualde uitioſumq; eſt in re ſeuera:conuiuio dignum aut delicatum aliquē Z
inferre ſermonem.Decet nō ſolum manus etiā oculos abſtinentes habere.Fit enim neſcio quomodo A
ut magis in aliis cernamus q̄ in nobiſipſis ſiquid delinquitur.Sine uerecūdia nihil rectum eſſe poteſt
nihil honeſtum.Omnium reꝝ ex quibus aliquid requiritur nihil eſt agricultura melius nihil huberi-
rius,nihil dulcius,nihil libero homine dignius.Studiis officiiſque ſcientiæ preponēda ſunt officia iu- B
ſticiæ:quæ pertinent ad hominum utilitatem:qua nihil homini debet eē antiquius.Magnitudo ani- C
mi remota iuſticia hūana comitate & cōiūctōe feritas quædā fit & īmānitas Oē officiū q̄ ad coniun
ctionē hoīum & ad ſocietatē tuendā ualet:anteponendū eſt illi officio q̄ cognitione & ſcientia conti
netur.Cogitationem prudentiamq; ſequitur conſiderata actio,Ita fit ut agere conſiderate pluris ſit,q̄ D

E cogitare prudenter. Prima officia diis immortalibus, ſecunda patriæ, tertia parentibus, deinde grada
tim reliquis debeantur. Et hæc ex primo libro officiorum. M. T. C. Sequitur, nunc ex ſecundo. Quid
enim eſt per deos optabilius ſapientia? quid præſtantius? quid melius? qd homine dignius? Hanc igit̃
qui expetunt philoſophi nominantur: nec quicq̃ aliud eſt philoſophia ſi interpretari uelis præter ſtu
dium ſapientiæ. Qui parum perſpiciunt hi ſæpe uerſutos hoſtes & callidos admirantes: maliciam ſapi
entiam iudicant: quoꝝ error eripiendus eſt: opinioq; oſis ad eam ſpeciem traducenda: ut honeſtis con
ſiliis iuſtiſq; factis nō fraude & malicia ſe intelligant ea quæ uelint conſequi poſſe. Deos placatos pie-
G tas efficiet & ſanctitas. Proprium hoc ſtatuo eſſe uirtutis: conciliare animos hoſtium & ad uſus ſuos ad
iungere. Secundæ res honores, imperia, uictoriæ, quanq̃ fortuna ſint, tamen ſine hominū operibus &
H ſtudiis neutrā in partē effici poſſunt. Male enim res habet cū quod uirtute effici debet: id tēptatur pe
I cunia. Atq; etiam ſubiiciunt ſe homines īperio alterius & poteſtati de cauſis pluribus ducūtur enim
aut beniuolentia aut beneficioꝝ magnitudine, aut dignitatis præſtantia, aut ſpe ſibi utile futuꝝ aut
metu ne ui parere cogantur, aut ſpe largitionis promiſſioniſq; capti, aut poſtremo mercede cōducti.
K Oīum autē rerum nec aptius eſt quicq̃ ad opes tuendas ac tenēdas q̃ diligi: nec alienius q̃ timeri. Ma-
lus enim cuſtos diuturnitatis metus contraq; beniuolētia fidelis uel ad perpetuitatē. Quod igit̃ latiſ
ſime patet. neq; ad incolumitatē ſolū ſed etiam ad opes & potentiā ualet plurimū id amplectamur: ut
metus abſit: caritas retineat̃. Ita facillime quæ uolemus & priuatis in rebus & rēp. cōſequimur. Eteni
L qui ſe metui uolunt a quibus metuunt̃ eoſdem metuant ipſi neceſſe eſt. Nec uero ulla uis imperii tā
ta eſt quæ premente metu poſſit eſſe diuturna. Certū igitur hoc ſit idq; & primum & maxime neceſ-
ſariū familiaritates habere fidas amantiū nos amicoꝝ & mirātium noſtra. Væhementer aūt multitu
dinis amor cōmouet̃ ipſa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iuſtitiæ, fideiq;, oīumq; earum
M uirtutum quæ pertinent ad manſuetudinē morum ac facilitatē. Fides aūt ut adhibeat̃ duabus rebus
effici poteſt: ſi exiſtimabimur adepti coniunctā cū iuſtitia prudentiā. Nā & his fidē hēmus quos plus
intelligere: q̃ nos arbitramur: quoſque & futura ꝓſpicere credimus: & cū res agat̃ in diſcrimeq; uen-
tum ſit expedire rem: & conſiliū ex tēpore capere poſſe. Hāc enim utilem homines exiſtimant ueraq;
prudētiā. Iuſtis aūt & fidis hominibus ideſt bonis uiris ita fides habet̃: ut nulla ſit in his fraudis iniu-
riæq; ſuſpicio. itaq; his ſalutē noſtrā his fortunā his liberos rectiſſime cōmitti arbitramur. Haꝝ igit̃
duarū iuſtitia plus pollet ad fidē faciēdā. Quippe cū ea ſine prudentia ſatis habeat autoritatis: prudē-
tia ſine iuſtitia nihil ualet ad fidē faciendā. Quo enim quis uerſutior & callidior: hoc inuiſior & ſuſpi
N cior probabit̃ detracta opinione probitatis. Popularibus enim uerbis eſt agendū & uſitatis. cū loquī-
mur de opinione populari. Nō enim omnes eos contemnunt de quibus male exiſtimant. Cōtemnun
tur autem hi qui nec ſibi nec alteri ut dicitur proſint in quibus nullus labor, nulla induſtria, nulla cu
ra eſt. Admiratōe aūt afficiuntur hi: qui anteire cæteros uirtute putantur. & cū omni carere dedeco-
re. tū uero his uitiis quibus alii nō poſſunt facile obſiſtere. Nemo iuſtus eſſe poteſt qui mortē. qui do
lorem. qui exilium. qui ægeſtatē timet: aut qui ea quæ ſunt his contraria æquitati anteponit. Maxīe
admiramur eū qui pecunia nō mouetur: quod in quo uiro perſpectum ſit hunc dignum ſpectatu ar-
bitramur. Omnis ratio atq; inſtitutio uitæ hominum adiumenta deſiderat. In primiſq; ut habeat qui
P bus cum familiares poſſit conferre ſermones. quod eſt difficile niſi ſpeciē præ te boni uiri feras. Iuſti
tiæ tāta uis eſt: ut ne illi quidē q̃ maleficio & ſcelere paſcunt̃ poſſunt ſine ulla ꝓticula iuſtitiæ uiuere.
Nā q̃ eoꝝ cuipiā q̃ una latrocinātur furat̃ aliqd aut eripit: is ſibi ne in latrocinio qdē reliqd locū. Cū
igit̃ tāta uis iuſtitiæ ſit: ut ea ēt latronū opes firmet atq; augeat: quātā eius uim īter leges & iudicia & ī
ſtituta fore putamus? Omni igit̃ rōne coleda & retinēda iuſtitia eſt. tū ipſa ꝓ ſeſe: nā aliter iuſtitia non
Q eſſet. tū ꝓp amplificationē honoris & gloriæ. Præclare ſocrates hāc uiā ad gloriā ꝓximā & q̃ſi cōpen-
diariā dicebat eſſe: ſiquis id ageret: ut qualis haberi uellet talis eſſet. Quod ſiq ſimulatiōe & inani oſté
tatiōe: & ficto nō mō ſermone ſed ēt uultu: ſtabilē ſe poſſe gloriā cōſeqrent̃ uæheméter errāt. Vera. n.
gloria radices agit atq; ēt ꝓpagat̃. ficta oīa celeriter tanq̃ floſculi decidunt. Nec ſimulatū q̃q̃ pōt eſſe
S diuturnū. Qui igit̃ adipiſci uerā gloriā uolet iuſtitiæ fungat̃ officiis. Siqs ab ineūte ætate hēt cām ce
lebritatis & noīnis: aut a patre acceptā, aut aliquo caſu aut fortuna: ī hūc oculi oīum coniiciunt̃: atq;
in eum quid agat, aut quemadmodum uiuat inquirit̃. tanq̃ in clariſſima luce uerſet̃ nullum eius di-
ctum aut factum poteſt obſcurum eſſe. Quoꝝ ætas prima propter humilitatē & obſcuritatē ī homi
nū ignorātia uerſat̃. hi ſimul ac iuuenes eſſe cæperint magna ſpectare: & ad ea rectis ſtudiis debēt con
tēdere: quod eo firmiore aīo faciēt: quia nō modo inuidet̃ illi ætati: uerum etiam fauetur. Vt reliquis
in rebus multo maiora ſunt operā animi q̃ corporis: ſic hæ res quas īgenio ac ratōne proſequimur gra
T tiores ſunt q̃ illæ quas uiribus. Facillime aūt & in optimā partē cognoſcunt̃ adoleſcētes qui ſe ad cla
ros & ſapientes uiros bene cōſulētes reipublicæ cōtulerunt. quibus cū ſi frequētes fuerint opinionem
V aſſerunt populo eorum fore ſi ſimiles quos ſibiipſi delegerint ad imitādum. Difficile dictu eſt quan-
X topere conciliet animos comitas affabilitaſq; ſermonis. Magna eſt admiratio copioſe ſapienterq; di-
centis quem qui audiunt intelligere etiam & ſapere plus q̃ cæteros arbitrantur. Si uero ineſt in orōe
Y mixta moleſtiæ grauitas nihil admirabilius fieri poteſt: eoq; magis ſi ea ſunt in adoleſcente. Hoc præ
ceptum officii diligenter tenendum eſt: ne unq̃ innocentem iudicio capitis accerſas. id enim ſine ſce-
lere nullo modo fieri poteſt. Nam quid eſt tam inhumanum q̃ eloquentiam a natura ad ſalutem ho-

minum & conſeruationem datam ad bonorum peſtem perniciemq; conuertere. Ne tamen ut hoc fu
giendum: ita eſt habendum religioni nocentem quādoq; & nepharium impiūq; defendere. Vult hoc
multitudo patit conſuetudo fert etiā humanitas. Iudicis eſt ſemper in cauſis ueꝝ ſequi. patroni uero Z
nō nunq̄ ueriſimile etiā ſi minus ſit ueꝝ defendere. Maxime autē & gloria parat & gratia defenſioni-
bus: eo q; maior ſiquādo accidit ut ei ſubueniatur qui potentis alicuius opibus circunueniri urgeriq;
uideatur. Præclare in epiſtola quadā Alexandrum filiū Philippus accuſat: q; largitione beniuolētiam a a
quādo cœpit eſſe:cōſequēs ē ut quoniā nihil ante illū fuit ipſe ante oīa ex ſeipſo ſit procreatus.Ideoq;
ab apolline īcreatus īfectus & ex ſenatus Sibilla ex ſeipſo ante oīa ꝓcreatus deus nominat'. Quod Se
neca homo acutus in exhortationibus uidit:Nos īquit aliunde pēdemus:itaq; ad aliū reſpicimus: cui
quod eſt optimū ī nobis debeamus:alius nos edidit:alius nos īſtruxit:deus ipſe ſe fecit. His igitur tot
& tantis teſtibus cōprobat' unius dei poteſtate ac prouidentia mundū gubernari:cuius uim maieſtatē
que tantam eſſe dicit in timæo plato:ut eā neq; mente cōcipere neq; uerbis enarrare q̄ſquā poſſit ob
nimiā & ineſtimabilē poteſtatē.Dubitet uero aliquis an quicq̄ difficile aut ipoſſibile ſit deo qui tanta E
tāq; mirifica opera prouidentia excogitauit uirtute cōſtituit.ratione ꝑfecit.Nunc aūtē ſpiritu ſubſtē- F
tet.poteſtate moderetur.incogitabilis.ieffabilis:& nulli alii ſatis notus q̄ ſibi.Vnde mihi ſæpius de tā G
ta poteſtate cogitanti qui deos colunt interdum uideri ſolent tam cæci.tam inexcogitabiles tam ex- H
cordes:tam non multis a mutis animalibus differentes:qui credunt eos qui geniti ſunt maris ac fœ-
minæ coitu aliquid maieſtatis.diuinæque uirtutis habere potuiſſe. Cum Sibilla erythræa dicat. Nō
poteſt ex uiri ſemine & matrice deus formatus eſſe: quod ſi eſt uerum ſicuti eſt:apparet herculem.
apollinem.liberū.Mercuriū.Iouēq; ipſum cū cæteris homines fuiſſe: quoniā ſunt ex duobus ſexibus
nati.Quid eſt a deo tam remotū q̄ id opus quod ipſe ad propagandā ſobolē mortalibus tribuit:& qđ
ſine ſubſtantia corporali nullū poteſt eſſe? Dii autem qui ſunt īmortales & æterni:quid opus eſt alte-
ro ſexu? Deo igitur qui eſt ſempiternus neq; alter ſexus neq; ſucceſſio neceſſaria eſt. Errauerunt aūtē
qui in deum nomen tranſtulerunt:quia qui ſolus eſt non indiget nomine. Non enim iupiter potuit I
eſſe deus eo ꝙ huius nominis ꝓprietas nec diuinam uim exprimit ſed humanam. Nā ioue iunonēq;

a iuuando esse dictos Cicero interprætatur:& iupiter quasi iuuans pater dicitur,quod nomẽ ĩ deũ mi
nime congruit:quia iuuare hominis est operis aliquid conferentis in eum qui sit alienus & minimi be
neficii.Nemo sic deum præcatur ut se adiuuet:sed ut seruet ut uitam salutemq; tribuat:quod multo
plus ac maius est q̃ iuuare.Deus autem uerus pater est per quem sumus & cuius toti sumus:a quo fin
gimur,a quo animamur,a quo illuminamur qui nobis uitam imptit,salutem tribuit, uictum multi-
plicem subministrat.Non intelligit beneficia diuina qui se tantummodo iuuari a deo putat: ergo nõ
K ĩperitus modo:sed ẽt ĩpius est qui nomine iouis uirtutẽ summæ potestatis ĩminuit.Ob eã aũt cãm iu
piter Saturnus & cæteri errore hominum dii cœperunt nominari.Nam nulli reges ante Saturnũ uel
uranum fuerunt propter hominũ raritatẽ:qui aggrestẽ uitam sine ullo rectore uiuebant: non ergo ẽ
dubiũ quin illis tẽporibus homines regem ipsum totamq; gentem iactare summis laudibus ac nouis
honoribus cœperint ut etiam deos appellarent,siue ob miraculum uirtutis,hoc uere putabant rudes
adhuc ac simplices:siue ut fieri solet in adulationẽ præsentis potentiæ:siue ob beneficia quibus erant
ad humanitatem compositi,deinde ipsi reges cum cari fuissent his quorum uitam composuerunt,ma
gnũ sui desiderium mortui reliquerũt.Itaq; hoies eoꝝ simulacra finxerũt:ut haberẽt aliquod ex ima
ginũ cõtẽplatione solatiũ:,pgressiq; longius p amorem memoriam defunctoꝝ colere cœperunt:ut &
L gratiã referre benemeritis uiderẽt.& successores eoꝝ allicerent ad bene regẽdi cupiditatem. Quod
Cicero de natura deorum docet dicens.Suscepit autem uita hominum consuetudoq; cõmunis:ut be
neficiis excellentes uiros in cælũ fama ac uoluntate tollerent:hinc hercules,hinc castor, hinc pollux,
hinc esculapius,hinc liber alio loco atq; alio & in pleriscq; ciuitatibus intelligi põt acuẽdæ uirtutis gra
M tia:quo libentius reipublicæ causa periculum adire optimus quisq; uiroꝝ fortium. Hac ratione ro-
mani cæsares suos consecrauerũt,& mauri suos reges.Sic paulatim religiones esse cœperũt:dũ illi pri
mi q eos nouerãt eo ritu suos liberos ac nepotes:deinde oẽs posteros ĩbuerunt.Sic p populos atq; re-
giones uaria sacra suscepta sunt,dũ homines grati esse ĩ suos prĩcipes cupiũt:& q; alios honores quot
uita carẽtibus deferãt inuenire nõ possunt,præterea pietas eorum qui successerunt plurimũ contulit
ad errorẽ,qui ut diuina stirpe nati uiderẽt diuinos honores parentibus detulerũt deferriq; iusserũt.
Accesserunt ẽt poetæ & compositis ad uoluntatem carminibus in cælũ eos sustulerunt. Quod malũ
a græcis ortũ est quorum leuitas instructa dicendi facultate & copia incredibile est quãtas mendacio
rũ nebulas excitauerũt.Itaq; admirati eos,& susceperunt primi sacra illoꝝ:& uniuersis gẽtibus tradi-
N derũt.Ob hãc uanitatẽ Sibilla eos sic ĩcrepat.Græcia quid cõfidis ĩ uiros prĩcipes. q bona aut dona ĩ-
ania mortuis acquiris:ĩmolas simulacris:quis tibi errorẽ ĩ mẽtẽ posuit?At isti q deos asserũt uideant
quomodo respondeant huic argumento quod inferemus.Si duo sunt sexus deoꝝ sequit̃ cõcubitus:si
coeunt & domos habeãt necesse est:nec enĩ carent uirtute ac pudore ut hoc ,pmiscue & ĩ ,ppatulo fa-
ciãt sicut multa facere uidemus animalia.Si domos habẽt cõsequens est ut & urbes habeãt. Equidem
autore Nasone qui ait,Plebs habitat diuersa locis ac fonte potẽtes.Cælicolæ clariq; suos posuere pe-
nates:Si habent urbes & agros igit̃ habebũt.Iam qs nõ uideat quæ sequent̃:arare illos & colere quod
uictus cã fit,ergo & mortales sunt.Quod argumẽtũ retrouersum idẽ ualet.Si,n,agros non habẽt ne
urbes quidẽ:Si urbes nõ ne domus quidẽ:Si domibus carent ergo & cõcubitu.Si cõcubitus ab his ab
est & sexus igit̃ fœmineus:in diis autẽ uidemus & fœminas fuisse,ergo dii nõ sunt. Dissoluat hoc ar-
gumẽtũ siquis põt:ita enĩ res rẽ sequit̃ ut hæc ultima necesse sit cõfiteri.Sed ne illud quidẽ dissoluet
aliquis:Ex duobus sexibus alter fortior est:alter ifirmior.Robustiores enĩ mares ĩbecilliores fœmi-
næ sunt ĩbecillitas non cadit ĩ deũ ergo nec fœmineus sexus.huic addit̃ superioris argumẽti extrema
A illa conclusio:ut dii nõ sint quoniã ĩ diis & fœminæ sunt. Non res ipsas gestas finxerũt poetæ qđ si fa
cerent essent uanissimi:sed rebus gestis addiderunt quendã colorẽ:non enim obtractantes dicebant
illa:sed ornare cupientes.Hinc hoies decipiuntur maxime q; dum hæc oia non esse ficta a poetis arbi
trant̃ colũt quod ignorãt.Nescĩunt enĩ quis sit poeticæ licentiæ modus:quosq; ,pgredi fingẽdo lice-
B at.Cũ officiũ poetæ ĩ eo sit. Vt ea quæ uere gesta sunt ĩ alias species obliquis figurationibus cũ deco-
re aliquo cõuersa traducãt:totũ aũt quod referas fingere,i,ineptũ esse & mendacẽ potius q̃ poetã:sed
finxerunt ista quæ fabulosæ credunt̃.Non igit̃ a poetis totũ fictum est:sed aliquid forte traductũ:&
obliqua figuratione obscuratũ:quo ueritas inuoluta tegeret̃.uera sunt ergo quæ loquunt̃ poetæ:sed
obtẽptu aliquo speciecq; uelata,põt mons olympus in quo Iupiter maximã partẽ uitæ colebat: figurã
poetis dedisse ut Iouem dicerent cæli regnũ esse sortitũ.q; olympus ambiguũ nomẽ est & montis &
cæli.Multa in hũc modũ poetæ trãsferunt non ut ĩ deos mẽtiant̃ quos colunt:sed ut figuris uersico-
loribus uenustatẽ atq; leporem carminibus suis addãt.Qui aũt non intelligunt quomõ aũt quare qđ
que figuret̃ poetas uelut mendaces & sacrilegos insequunt̃ hoc errore decepti ẽt philosophi q; ea q̃
de Ioue ferunt̃ minime conuenire in deũ uidebant̃.Mendaciũ,n,poetaꝝ non in facto sed in nomine,
metuebãt,n,malum si contra publicã psuasionẽ faterent̃ qđ erat ueꝝ.Non igit̃ exigo ut aliquis poe-
taꝝ fictionibus credat:qui hos mentiri putat pontificum ipsoꝝ scripta consideret:& quicquid est lit
teraꝝ ad sacra ptinentium reuoluat,plura fortasse q̃ nos asserimus inueniat:ex quibus intelligat ina
C nia inepta,& commentitia esse omnia quæ pro sanctis habentur.Siquis autem percepta sapientia de-
posuerit errorem profecto ridebit ineptias hominum pene dementium:illos dico qui uel inhoneſto
saltatu tripudiant:uel qui nudi,coronati,uncti,aut personati,aut luto obliti currunt. Quid de scutis

uetuſtate iam putridis dicam? quæ cum portant deos ipſos ſe geſtare humeris ſuis arbitrant. Merito igitur cum hæc a uiris non imperitis ac rudibus fiant Lucretius exclamat. O ſtultas hominum mentes. O pectora cæca. Quis enim hæc ludibria non rideat qui habet aliquid ſanitatis? cū uideat homines uelut mēte captos ea ſerio facere quæ ſiquis faciat ī luſu ieptus eſſe uideat & nimis laſciuius. Harū uanitatū apud romanos autor & cōſtitutor Sabinus ille rex fuit: qui maxime aīos hominum rudes atq; īperitos nouis ſupſtitionibus īplicauit quod ut faceret aliqua cū autoritate ſimulauit cū dea egregia nocturnos ſe habere congreſſus. Mileſium aūt Cretenſiū primū diis ſacrificaſſe: ac ritus nouos ſacrorūq; pompas introduxiſſe didimus ait: Cuius filia Meliſſa a pre prima ſacerdos mri magnæ cōſtituta. unde adhuc eiuſdē matris antiſtites miliſſæ nuncupant. Qui enim uirtutis eſt expers: qui cupiditate ac libidinibus malis uincitur: non cupidini ſed morti ſubiectus eſt ſempiternæ. Cui dubiū eſt quin is cui alicui rei obſequitur maximus non ſit? nā ſi ſit non accipiat fata ſed faciat. Ille ſolus uir fortis de b et iudicari qui tēperans moderatus eſt iuſtus. Sciant romani capitoliū ſuū. id ſummū caput religionū publicarū nihil aliud eſſe q̄ inane monumentū. Quid enim tā conueniens deo q̄ iſtū regimē ac pium ſeculū. Mortui nomina montibus aut fluminibus īdiderūt: ſic maria traxiſſe nomina accepimus eorum qui deciderant in ea. Vt ægæū. icareum helleſpontum: & in latio. Auentinus monti uocabulū dedit in quo ſepultus eſt. Tiberinus uel tibris amni quo merſus eſt. Marcus tullius romanæ philoſophiæ princeps & ampliſſimo ſacerdotio p̄ditus nō tantū pfectus orator ſed ēt philoſophus fuit & ſolus Platonis extitit imitator: huic non eloquentia ſed fiducia defuit ignoranti ueritatē: quod ipſe ſim pliciter in opere de natura deorū teſtat. Ait enim facilius ſe poſſe dicere quid non ſit q̄ quid ſit: hoc eſt falſa intelligere uera neſcire. Venus quæ oīm libidinibus p̄ſtituta non deorū tantum ſed & hominū: pria ut hiſtoria ſacra continetur artem meretricā inſtituit autorq; in mulieribus ī ſtupro fuit: uti uulgo corpore quæſtū facerēt: quod idcirco imperauit ne ſola præter alias mulieres īpudica & uirorū appetēs uideret. Quis tam ſtultus tāq; ineptus ē ut corporis uires diuinū uel ēt humanū bonū iudicet: cū ſint & maiores pecudibus attributæ: & uno morbo ſæpe frangant: uel ipſa ſenectute minuātur & corruant. Græci res uiliſſimas ſemp pro maximis habuerunt. Virtus enim colenda eſt non imago uirtutis: & colenda eſt ſacrificio aliquo thure aut præcatione ſolemni: ſed uoluntate ſola atq; propoſito. Nā quid eſt aliud colere uirtutē niſi eā cōpræhēdere animo aut tenere. Qui enim ſic uirtutes colūt ut umbras & imagines uirtutū conſectant. eaipſa quæ uera ſunt tenere non poſſunt. Hi potius ſcelerati ſunt habēdi qui cū ſint liberaliū diſciplinarū ſtudiis expoliti ab humanitate deſiſtūt q̄ qui rudes & imperiti ad mala facinora bonorum ignorātia labuntur. Primus ſapientiæ gradus eſt falſa ītelligere: ſecūdus uero uera cognoſcere: qua cognitione ueri nulla eſt hoīum iucundior uoluptas ad quā cognoſcēdam nunc propius accedamus. Et hæc de primo libro lactātii firmiani: ſequūt nūc ex ſecūdo eiuſdē.

Ex ſecundo libro Lactantii firmiani Autoritates incipiunt.

Quidē ſicut oportet de ſumma rerū ſæpenumero cogitās admirari ſoleo maieſtatē dei ſingularis quæ cōtinet regitq; oīa in tātam ueniſſe obliuionē: ut quæ ſola debeat coli ſola potiſſimū negligant: homines autē ipſos ad tantā cæcitatē eſſe deductos ut uero ac uiuo deo mortuos præferant. terrenos autē ſepultoſq; in terra ei qui fundator ipſius terræ fuit. Nā tum maxime deus ex memoria hominū elabitur cū de beneficiis eius fruentes honorē dare diuinæ ītelligentiæ debēt. At uero ſiqua neceſſitas grauis præceſſerit tūc deū recordant. Si belli terror infremit. Si mortifera morboꝝ uis incumbit. Si alimēta frugibus longa ſiccitas denegauit. Si ſeua tēpeſtas. Si grādo īgrauat: ad deū confugiūt: a deo petiūt auxiliū: Deus ut ſubueniat orant. Siquis ī mari uēto ſeuiente iactat hunc īuocat: ſiquis aliqua ui afflictat hunc potius īplorat. Siquis ad extremam mendicādi neceſſitatē deductus uictum præcibus expoſcit: deum ſolum obteſtatur per eius unicum atq; diuinū nomen hominum ſibi miſericordiam quærit. Nunq̄ igitur dei meminerunt niſi cū in periculis ſunt. poſtq̄ metus deſeruit & pericula receſſerunt. tum uero alacres ad deorū templa concurrunt. his libāt. his ſacrificant. hos coronant: deo autem quem in ipſa neceſſitate implorauerant ne uerbo quidē grās agāt a deo ex rerū p̄ſpitate luxuria: ex luxuria uero ut uitia oīa ſic īpietas aduerſus deū naſcit. Cæteri animantes p̄nis corporibus in humū ſpectant quia rōnem ac ſapiētiā nō acceperunt: nobis aūt ſtatus rectus ſublimis uultus ab artifice deo datus eſt. Spectare nos cælum deus uoluit utiq; non fruſtra. Nā & aues & ex mutis pene oīa cælum uident: ſed nobis p̄prie datū eſt cælū rigidis ac aſtantibus intueri religionē ibi quæramus. Vt deum cuius illa ſedes eſt: quoniā oculis non poſſumus & animo cōtēplemur. hoīem igitur ex humo ſubleuatum ad cōtēplationē ſui artificis deus erexit. Quod optime ingenioſus poeta Ouidius ſignificauit. Pronaq; ſpectent animalia cætera terrā. Os homini ſublime dedit cælūq; uidere iuſſit. & erectos ad ſidera tollere uultus. Hūc utiq; antropon græci appellauerūt q̄ ſurſum ſpectet. Ipſi ergo ſibi renūtiāt: ſeq; hominū nomine abdicāt qui nō ſurſum aſpiciūt ſed deorſum. Eſt aūt prauiſſimū cū ratio corporis recta ſit quod ē tēporale: ipſum uero animū qui ſit æternus humilē fieri: cū figura & ſtatus nihil aliud ſignificāt: niſi mentem hominis eo ſpectare oportere quo uultū: & animū tam rectū eē debere q̄ corpus: ut id & cui dominari debet imitet. Verū hoīes & noīs ſui & rōnis obliti: oculos ſuos ab alto deiciunt ſoloq; defigunt ac timēt opera digitorū ſuorū quaſi uero quicq̄ eſſe poſſit artifice ſuo maius. Nā omnino ſingendorū ſimilitudinū ratio idcirco ab omnibus ī uenta eſt ut poſſit eorum memoria retineri qui uel morte ſubtracti uel abſentia fuerant ſepati. Timi-

ditas in ſapiẽte eſſe nõ debet. Quid igit̃ ꝓfuit te uidiſſe ueritatẽ quã nec defenſurus eſſes nec ſecuturus. Sed libẽter ẽt errãt hi qui errare ſe ſentiũt. quãto magis uulgus indoctum quot pompis inanibus gaudet: animiſq; puerilibus ſpectat oĩa: oblectat̃ friuolis: & ſpecie ſimulacroꝝ capit̃: nec põderare ſecũ unãquãq; rẽ põt: ut intelligat nihil colendũ eſſe qđ oculis mortalibus cernit̃: qa mortale ſit neceſſe eſt. Impugnatæ ſunt a prudẽtioribus falſæ religiones qa ſentiebãt eſſe falſas: ſed nõ ẽ iducta uera: qa qualis aut ubi eſſet ignorabãt. Itaq; ſic habuerũt quaſi nulla eſſet oĩno: qa uerã non poterãt inuenire: & eo mõ inciderũt ĩ erroꝛẽ multo maioꝛẽ q̃ illi q̃ falſam tenebãt & quoniã facilius eſt iudicare de alienis q̃ de ſuis: dũ alioꝝ ꝓcipitiũ uiderẽt nõ ꝓſpexerũt qđ ante pedes ſuos eſſet. Stultiores aũt illos qui nullã q̃ qui falſam religionẽ ſuſcipiũt dico: quoniã uenia cõcedi põt impitis & q̃ ſe ſapiẽtes eſſe nõ fateant̃: his uero nõ põt q̃ ſapiẽtiã ꝓfeſſi ſtultitiã potius exhibẽt. Falſum ĩtelligere ẽ qđẽ ſapiẽtiæ ſed humanæ ultra gradũ hũc ab hoĩe ꝓcedi nõ põt. Veꝝ aũt ſcire diuinæ ſapiẽtiæ eſt. hõ aũt ꝓ ſeipſum puenire ad hãc ſciẽtiã nõ põt niſi doceat̃ a deo. philoſophi qđ ſummũ fuit humanæ ſapiẽtiæ aſſecuti ſunt ut ĩtelligerẽt qđ nõ ſit: illud aſſeq; nequiuerũt ut dicerẽt qđ ſit. Nota Ciceronis uox eſt. Vtinã tã facile uera inuenire poſſem q̃ falſa cõuincare. Quæ igit̃ inſania eſt ab his aliquã ſperare tutelam quæ tueri ſemetipſa non poſſunt quæ peruerſitas ad eorum præſidia decurrere quæ ipſa cũ uiolant̃ muta ſunt.

Non placebat pſio: q; aurea uaſa tẽplis inferant̃: ſuperuacuum putanti eſſe ĩter religiones quod nõ ſanctitati ſed auaritiæ ſit inſtrumentum. Illa enim ſatius ẽ deo quẽ recte colas ĩferre pro munere cõpoſitũ ius faſq; animi ſanctoſq; receſſus. Mentis & incoctũ generoſe pectus honeſto. Senum ſtultitiam Seneca deridet: Non inquit bis pueri ſumus ut uulgo diciẽt ſed ſemper. Quanto igitur rectius eſt õmiſſis inſenſibilibus & uanis: oculos deo tendere ubi ſedes ubi habitatio eſt dei ueri: q; terrã ſtabili firmitate ſuſpendit: qui cælũ diſtinxit aſtris fulgentibus: qui ſolẽ rebus humanis clariſſimũ ac ſingulare lumen in argumentũ ſuæ unicæ maieſtatis accendit: terris aũt maria circũfudit: flumina ſempiterno lapſu fluere præcepit. Luſſit & extendi cãpos ſubſidere ualles: fronde tegi ſiluas lapidoſos ſurgere montes. Quæ utiq; omnia non lupiter fecit qui ante annos mille ſeptingentos natus: ſed ille opifex rerũ mundi melioris origo qui uocatur deus: cuius principiũ quãdo non poteſt cõpræhendi ne quæri quidẽ debet. Satis eſt homini ad plenã pfectamq; prudentiã ſi deũ intelligat: cuius intelligentiæ uis & ſumma hæc eſt ut ſuſcipiat & honorificet communem p̃ntem generis humani & rerum mirabilium fabricatorẽ. Vnde quidam hebetis obtuſiq; cordis elemẽta quæ & facta ſunt & carent ſenſu tãquã deos adorant: nec unq̃ intelligere quærunt quanto maior quantoq; mirabilior ſit q̃ illa fecit ex nihilo: quæ cum uideãt diuinis legibus obſequẽtia: cõmodis atq; uſibus hominis perpetua neceſſitate famulari. tamẽ illa deos exiſtimant eſſe ingrati aduerſus beneficia diuina qui deo & patri indulgentiſſimo ſua ſibi opera prætulerũt. Ineſt ſideribus ratio ad peragẽdos meatus ſuos apta: ſed dei eſt eſſe illa ratio qui & fecit & regit omnia non iſporum ſuperorum quæ mouentur. Nã ſi ſtare ſolẽ uoluiſſet & perpetuus utiq; dies eſſet. Itẽ ſi motus aſtra non haberẽt qui dubitat ſempiternã noctẽ futurã fuiſſe? ſed ut diei ac noctis uices eſſẽt moueri illa uoluit: & tã uarie moueri ut nõ modo lucis atq; tenebraꝝ mutuæ uiciſſitudines fierent: quibus laboris & quietis alterna ſpacia cõſtarent: ſed ẽt frigoris & caloris. ut diuerſorũ tẽpoꝝ uis ac poteſtas uel generandis uel maturandis frugibus conueniret. Quã ſolertiã diuinæ poteſtatis in machinãdis itineribus aſtroꝝ quia philoſophi nõ uidebant animalia eſſe ſidera putauerũt tanq̃ pedibus & ſponte nõ diuina ratione ꝓcederent. Cur aũt illa excogitauerit deus q̃s non ĩtelligit? ſcilicet ne ſolis lumine deſcẽdẽte nimiũ cæca nox terris atq; horrẽdis tenebris ingraueſceret noceretq; uiuentibus. Itaq; & cælũ ſimul mira uarietate diſtinxit: & tenebras ipſas multis minutiſq; luminibus temperauit. Quanto igit̃ naſo prudentius q̃ illi qui ſapiẽtiæ ſtudere ſe putant qui ſentit a deo lumina illa ut horrorem tenebraꝝ depellerẽt ĩſtituta ĩ his uerſibus. Tot numero taliq; deus ſimulacra figura impoſuit cælo perq; atras ſparſa tenebras. Clara pruinoſæ iuſſit dare lumina nocti. Quod ſi fieri nõ põt ut ſtellæ dii ſint ergo ne ſol qdẽ ac luna dii eſſe poſſunt: quoniã a luminibus aſtroꝝ nõ rõne differũt ſed magnitudine: q; ſi hi dii nõ ſunt ergo ne cælũ qdẽ ĩ quo illa oĩa cõtinent̃. Semꝑ argumẽta ex falſo petita ineptos & abſurdos exitus habẽt. Stoici nõ tantũ ueritate ſed ẽt uerbis reuincunt̃. Sicut domus ĩ uſum habitãdi facta ꝓ ſe nihil ſentit: dominoq; ſubiecta eſt q̃ eã fecit aut incolit ita mundus ꝓ ſe nihil ſentiẽs factori deo ſubiacet qui eũ ĩ uſum ſuũ fecit. Tanta homines imaginũ cupiditas tenet ut iam uiliora ducant̃ illa quæ uera ſunt: auro. ſ. & gẽmis & ebore delectant̃. Hoꝝ pulchritudo ac nitor ꝑſtringit oculos: nec ullã religionẽ putãt ubicunq; illa non fulſerint. Itaq; ſub obtentu deoꝝ auaricia cupiditas colitur. Tanta eſt autoritas uetuſtatis ut inquirere in eã ſcelus eſſe dicat̃. Itaq; credit̃ ei paſſim tã q̃ cognitæ ueritati. Maiores noſtri etiam nulla rõne religionis reddita crediderũt: & eis quidem nulla ratione reddita rationis eſt credere. Nã ſi credis cur ergo rationem requiris quæ poteſt efficere ne credas. Sin rationem requiris & quærendã putas ergo non credis. Ideo enim quæris ut eã ſequaris cũ ĩueneris. Romulus urbẽ conditurus paſtores ĩter quos adoleuerat conuocauit. Cũq; his numerus condẽdæ urbi parũ idoneus uideret̃ conſtituit aſillũ: eo paſſim confugerũt ex finitimis locis peſſimi quiq; ſine ullo conditionis diſcrimine: ita cõflauit ex his oĩbus populũ: legitq; ĩ ſenatũ eos qui ætate oĩum anteibant: & patres appellauit: quorum conſilio oĩa gereret. De quo ſenatu Propercius hæc loquitur.

Buccina cogebat priſcos ad uerba quirites.
Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat.
Curia prætexto nunc quæ nitet alta ſenatu.
Pellitos habuit ruſtica corda patres
hi ſunt patres quorum decretis erudi

ti ac prudentes uiri deuotiſſime ſeruiant. Idq; uerũ atq; imutabile omnis poſteritas iudicet: quod centum pelliti ſenes eſſe ſtatutum uoluerũt: quoꝝ autoritas táti habebaſ a poſteris ut nemo dũ uiueret neq; ſummus neq; infimus illos affinitate dignos iudicauit. Quare oportet in ea re maxime ī qua uitæ ratio uerſaſ ſibi quéq; cõfidere ſuoq; iudicio ac ꝓpriis ſenſibus niti ad inueſtigãdã & ꝓpẽdendã ueritaté q̃ credẽté alienis erroribus decipi tanq̃ ipſum rõnis exptem. Dedit oĩbus deus pro uirili portione ſapientiam: ut & inaudita inueſtigare poſſent: & audita ꝓpendere. Nec quia nos illi temporibus anteceſſerunt: ſapientia quoq; anteceſſerunt: quæ ſi oĩbus æqualiter datur occupari ab antecedentibus nõ põt. Illabilis eſt tanq̃ lux & claritas ſolis: quia ut ſol oculorũ ſic ſapientia lumen eſt cordis humani. Quare cũ ſapere ideſt ueritaté quærere oĩbus ſit in natũ: ſapientiã ſibi adimunt qui ſine ullo iudicio iuenta maioꝝ probant: & ab aliis more pecudum ducunt. Sed hoc fallit q; maioꝝ nomine poſito nõ putãt fieri poſſe. ut aut ipſi plus ſapiant quia minores uocant: aut ipſi diſſipuerint quia maiore nomi nantur. Quid ergo impedit quin ab ipſis ſumamus exemplũ: ut quomodo illi qui falſa inuenerant poſteris tradiderunt: ſic nos qui uerũ iuenimus poſteris meliora tradamus. Multa præterea poſſent ſimilia exẽpla ꝓferri: ſed uereor ne ſi fuero ī ꝓpoſitione reꝝ cõtrariaꝝ diutius ĩmoratus: aut oblitus propoſiti eſſe uidear: aut crimen loquacitatis incurrã. Sicut mater ſine exemplo genuit autorem ſuum: ſic ineffabiliter pater genuiſſe credendus eſt. Coeternus de matre natus eſt qui ante iam fuit de patre qui aliquando non defuit. hoc fides credat intelligentiã nõ requirat: ne aut non inuentũ putet incredibile: aut repertum non credat ſingulare. Nemo quærat ex quibus iſta materiis tam magna tam mirifica opera deus fecerit. oĩa enim fecit ex nihilo. Nec audiendi ſunt poetæ qui aiunt chaos in principio fuiſſe. Id eſt confuſioné reꝝ atq; elementoꝝ: poſtea uero deum dirimiſſe oẽm illã cõgeriem: ſinguliſq; rebus ex confuſo aceruo ſeparatis ī ordinéq; deſcriptis inſtruxiſſe mundũ pariter & ornaſſe quibus facile eſt reſpondere poteſtaté dei nõ ĩtelligentibus quẽ credãt nihil efficere poſſe niſi ex materia ſubiacẽte ac parata. in quo errore ẽt philoſophi fuerunt. Et Cicero de natura deoꝝ diſputans ait ut enim faber cũ quid ædificaturus eſt nõ ipſe facit materiã ſed utitur ea quæ ſit parata: ſic iſti prouidentiæ diuinæ materiam præſto eſſe oportuit: non quã ipſe faceret ſed quã haberet paratã. quod ſi materia nõ eſt facta a deo nec terra quidé & aqua & aer & ignis a deo factus eſt. Non eſt inquit ipſe probabile materiã reꝝ a deo factã. Sed mihi ecõtrario clarius uel maxime ꝓbabile uideſ. nec tamẽ temere uideſ cogitãti plus eſſe aliquid ī deo quẽ ꝓfecto ad ĩbecillitaté hominis redigit Cicero: cui nihil aliud q̃ opificiũ cõcedit. Quo igiſ ab hoie illa diuina uis differret? ſi ut homo ſic ẽt deus ope ĩdiget aliena? Indiget aũt ſi nihil moliri põt niſi ab altero illa materia miniſtreſ. quod ſi ſit impfectæ utiq; uirtutis eſt: & erit iam potentior iudicandus materiæ iſtitutor: quo ergo nomine appellabiſ qui potentia deũ uincit? ſiquidẽ maius eſt propria facere q̃ aliena diſponere. Si aũt fieri non põt ut ſit potentius deo quicq̃: quẽ neceſſe eſt ꝓfecte eſſe uirtutis poteſtatis. rationiſq;. Idem igitur materiæ fictor eſt: qui & reꝝ ex materia cõſtantiũ: neq; enim deo nõ faciẽte & inuito eſſe aliquid aut potuit aut debuit: ſed ꝓbabile ẽ inquit materiã rerũ & habere & habuiſſe uim & naturã ſuã: quã uim potuit habere nullo dante? q̃ naturã nullo generante? Si habuit uim ab aliquo eam ſumpſit: a quo autem ſumere niſi a deo potuit? Si habuit naturam quæ utiq; a naſcendo dicitur nata eſt: a quo autem niſi a deo potuit procreari? Natura enim qua dicitis orta eſſe oĩa: ſi conſiliũ non habet efficere nihil poteſt. Si aũt generandi & faciendi potens. habet ergo cõſiliũ & propterea deus ſit neceſſe eſt: nec alio nomine appellari põt ea uis in qua ineſt & ꝓuidentia excogitãdi & ſolertia poteſtaſque faciẽdi. Melius igiſ Seneca omniũ ſtoicorũ acutiſſimus: qui uidit nihil aliud eſſe naturã q̃ deũ ergo ĩquit deũ nõ laudabimus? cui naturalis eſt uirtus: nec illã eſſe didicit ex ullo: ĩmo laudabimus: q̃uis enim naturalis illi ſit ſibi illã dedit: quoniã deus ipſe natura eſt. Ineptiſſima eſt aũt de fabro cõparatio. Nã deus facit ſibi ipſe materiam quia poteſt: poſſe enim dei eſt. Nam ſi nõ poteſt deus nõ eſt: homo facit ex eo quod eſt: quia ꝑ mortalitaté ĩbecillis eſt: ꝑ imbecillitaté definitæ ac modicæ poteſtatis. deus aũt facit ex eo quod nõ eſt: quia ꝑ æternitaté fortis eſt: per fortitudiné poteſtatis ĩmenſæ: quæ fine ac modo caret ſicut uita factoris. Quid ergo mirũ ſi facturus mundum deus: prius materiã de qua faceret ꝓparauit: & præparauit ex eo quod nõ erat: quia nephas eſt deũ aliunde aliq̃d mutuari cũ ex ipſo uel ī ipſo ſint oĩa. Materia eſt enĩ ex qua fit aliquid: omne autem ex quo fit quia recipit opificis manũ deſtruiſ & aliud eſſe incipit. Ergo quoniã finẽ habuit materia tamen cũ factus eſt ex ea mundus & initium quoq; habuit. Nam quod deſtruitur edificatum eſt: quod ſoluitur alligatum; quod finitur inceptum: Si ergo ex commutatione ac fine: materia colligitur habuiſſe principium: a quo alio fieri niſi a deo potuit? Solus igitur deus eſt qui factus nõ eſt: & idcirco deſtruere alia poteſt ipſe deſtrui non poteſt. permanebit ſemper in eo quod fuit: quia non eſt aliunde generatus nec ortus: nec natiuitas eius ex aliqua re altera pẽdet quæ illum mutata diſſoluat: ex ſe ipſo eſt ideo talis eſt qualẽ ſe eſſe uoluit. impaſſibilis. in cõmutabilis. incorruptus. beatus æternus: Itaq; diuina prouidentia effectum eſſe mũdum ut taceam de triſmegiſto qui hoc ꝓdicat: taceã de carminibus ſibillarum quæ idem nuntiant: taceam de prophetis qui opus mundi & opificiũ de uno ſpiritu & pari uoce teſtantur. etiam inter uniuerſos pene phĩos conuenit. Id enim pythagorici. ſtoici. peripatetici qui ſunt principales omnium diſciplinæ. denicq; a primis illis ſeptem ſapientibus a Socrate uſque ad Platonem pro confeſſo & indubitato habitum eſt: donec unus multa poſt ſecula extitit delirus epicurus: qui auderet negare id qđ eſt euidentiſſimum ſtudio ſcilicet inueniẽdi noua: ut nomine

ſuo conſtitueret diſciplinam. Et quia nihil noui potuit reperire ut tamē diſſentire a cæteris uideretur uetera uoluit euertere. in quo illū circūlatrantes philoſophi oēs coarguerūt. Certius eſt igit̄ mūdum prouidētia inſtructū q̄ materiā prouidentia cōglobatā. Quare non oportuit putare idcirco mundum non eſſe diuina prouidentia factū quia materia eius diuina prudentia facta non ſit: ſed quia mundus diuina prouidētia ſit effectus ēt materiā eſſe factā diuinitus. Credibilius eſt. n. materiam potius a deo
E facta quia deus pōt oīa: q̄ mundum a deo eſſe non factū: quia ſine mente. rōne. conſilio nihil fieri pōt. Ita deus fecit oīa. nec quicq̄ eſſe pōt oīo quod non originē a deo traxerit. Et noluit deus hominē īducere ī hunc mundū niſi pfectis oībus: ut ſanctæ litteræ docent hominē fuiſſe ultimū dei opus: & ſic īductū eſſe ī hunc mundū quaſi ī domū iā pparatā & īſtructā. Illius. n. cā facta ſunt oīa. Idem ēt poetæ fatent̄. Ouidius profecto iam mundo & uniuerſis aīalibus figuratis. hæc addidit. Sanctius his animal mētiſq; capacius alte deerat adhuc & quod dominari in cætera poſſet natus homo ē a deo: nephas exi
F ſtimandum eſt ea ſcrutari quæ deus uoluit eſſe celata. Quomō aūt illa fecerit ne mēte quidē uident̄ Quia ut hermes ait mortale īmortali. temporale ppetuo. corruptibile īcorrupto ppinquare non pōt. Id eſt ppius accedere & ītelligentia id ſubſequi: & ideo terrenū adhuc animal rex cæleſtiū pſpectionē nō capit: qa corpore quaſi cuſtodia ſeptū tenet̄: quo minus ſoluto ac libero ſenſu cernat oīa. Sciat igit̄ q̄ inepte faciat qui res īenarrabiles quærit. hoc eſt. n. modum conditionis ſuæ tranſgredi: nec intelligere quouſq; homini liceat accedere. Deniq; cū aperiret homini ueritatem deus: ea ſola ſcire nos uoluit quæ interfuit homini ſcire ad uitā conſequendā. Quæ uero ad curioſam & prophanā cupiditatem p tinebant reticuit ut archana eſſent. Quid ergo quæris quæ nec potes ſcīr: nec ſi ſcias beatior fias: per-
G fecta eſt ī homine ſapientia ſi & deū eſſe unum & ab ipſo facta eſſe uniuerſa cognoſcat. Ad diuinā mūdi fabricā: de qua ī archanis religionis ſanctæ litteris traditur nunc reuertamur. Fecit igitur deus primum cælum & in ſublime ſuſpendit: q; eſſet ſedes ipſius dei cōditoris. deinde terram fundauit ac ſubdidit cælo: quā homo cum cæteris animalium generibus incoleret: eā uoluit humore circūfluī & con
H tineri. Suum uero habitaculum diſtinxit claris luminibus & impleuit ſole. ſ. lunæq; orbe fulgenti: & aſtrorum micantium ſplendentibus ſignis adornauit. Tenebras aūt quod eſt his contrariū conſtituit in terra. Nihil. n. per ſe continet luminis niſi accipiat a cælo. In quo poſuit lucem perennem & ſuperos & uitā perpetuam & contra in terra tenebras & inferos & mortē: Tātum animi hæc ab illis ſupioribus diſtant q̄tum mala bonis & uitia uirtutibus. Ipſius quoq; terræ binas partes contrarias iter ſeq;
A diuerſas conſtituit. Orientē. ſ. occidentemq;: ex quibus oriens deo: qa ipſe luminis fons & illuſtrator ē rerū. & q; oriri nos faciat ad uitā ſempiternā. Occidens aūt conturbatæ illi prauæq; menti aſcribit̄: q; lumē abſcondat: q; tenebras ſemp inducat: & q; hoīes faciat occidere atq; īterire peccatis. Nā ſicut lux orientis eſt: in luce aūt uitæ ratio uerſatur: ſic occidētis tenebræ ſunt: in tenebris aūt mors & īteritus
B cōtinet̄. Deinde alteras ptes eadē rōne dimenſus eſt meridiē ac ſeptētrionē: quæ ptes illis duabus ſocietate iungunt̄. Ea. n. quæ eſt ſolis calore flagrantior, pxima eſt & cohæret orienti. At illa quæ frigoribus & ppetuo gelu torpet: eiuſdem ē cuius extremus occaſus. Nā ſicut cōtrariæ ſunt lumini tenebræ ita frīgus calori: ut igit̄ calor lumini eſt pximus ſic meridies oriēti. ut frigus tenebris ita plaga ē ſeptētrionis occaſui. Quibus ſingulis partibus tempus ſuū attribuit. Ver. ſ. orienti. æſtatem meridianæ plagæ. occidētis autumnus eſt. ſeptētrionis hibernus. In his quoq; duabus ptibus meridiana & ſeptētrionali figura uitæ ac mortis cōtinet̄: qa uita ī calore eſt: mors ī frigore. Sicut aūt calor ex igne eſt ita frī-
C gus ex aqua. ſecundū hax partium dimenſionem. Diem quoq; fecit ac noctem quæ ſpacia & orbes tē porū ppetuos ac uolubiles quos uocamus annos alterna p uices ſucceſſione cōficiāt. dies quē primus oriens ſubminiſtrat dei ſit neceſſe eſt ut oīa quæcunq; meliora ſunt. Nox aūt quā occidens extremus īducit eius. ſ. quem dei eſſe æmulum diximus. Et q̄uis ſtellæ īnumerabiles micar̄ ac radiare uideātur. tamē qa nō plena & ſolida lumina nec caloris pferūt qcq̄: nec tenebras multitudine ſua uincunt. Duo igitur illa principalia īueniunt̄: q diuerſam & cōtrāriā ſibi habēt poteſtatem: calor & humor quæ mirabiliter deus ad ſuſtentanda & gignēda oīa excogitauit. Nā cū uirtus dei ſit ī calore & igne: niſi ardo
D rem uimq; eius admixta humoris & frigoris materia temperaſſet nec naſci quicq̄ nec cohærer̄ potuiſſet qn ſtatim conflagratione īteriret qcquid eſſe cæpiſſet. Verx aūt eſt ſimul ex utroq; pmixto calore ſcilicet & humore cuncta generali. Ignis quidē pmiſceri cū aqua nō pōt qa ſunt utraq; inimica: & ſi cominus uenerint alterutrū quod ſupauerit cōficiat alterx neceſſe eſt. Sed eox ſubſtantiæ pmiſceri poſſunt ſubſtantia ignis calor eſt. aquæ humor. Recte igitur Ouidius. Quippe ubi temperiem ſumpſere humorq; calorq;. Concipiunt & ab his oriūtur cuncta duobus. Cūq; ſit ignis aquæ pugnax uapor humidus oīs. Res careat & diſcors concordia fœtibus apta. Alterū. n. quaſi maſculinū elementū eſt: alterū quaſi fœmininū. Alterx actiuū alterx patibile. Ideoq; a ueteribus iſtitutum ē. ut ſacraméto ignis & aquæ nuptiax fœdera ſantiant̄: q; fœtus aīantiū calore & humore corporent̄ atq; aīent̄ ad uitā. Cum n. cōſtet oē animal ex aīa & corpore: materia corporis ī humore ē: aīæ ī calore. Quod ex auiū fœtibus datur ſcire quos craſſi humoris plenus niſi opifex calor fouerit nec humor pōt corporari nec corpus
E aīari. Exulibus quoq; ignis & aqua īterdici ſolebat. adhuc. n. uidebatur, nephas q̄uis malos tamē hōies ſupplicio capitis afficere. īterdicto igit̄ uſu eax rex qbus uita hoīs cōſtat pinde habebat̄ ac ſi eſſet q eā ſniam excepat morte mulctatus. A deo iſta duo eleméta prima ſunt habita: ut nec ortū hoīs nec uitā ſine his crediderint poſſe cōſtare. hox alterū nobis cōe cū cæteris aīalibus ē: alterū ſoli hōi datum

Nos.n.quoniam cæleſte atq; immortale aĩal ſumus igne utimur:qui nobis in argumentum immor talitatis eſt datus:quoniã ignis e cælo eſt cuius natura quia mobilis eſt & furſum nititur:uitæ conti- net rõem.Cætera uero aĩalia quoniã tota ſunt mortalia tantũmodo aqua utunt̃ quod eſt elementũ corporale atq; terrenũ:cuius natura quia mobilis eſt ac deorſum uergens figurã mortis oſtẽdit.Ideo pecudes neq; in cælũ ſuſcipiunt neq; religiões ſentiũt:quoniã ab his ignis uſus alienus eſt. Vnde autẽ uel cõmodo deus hæc duo prĩcipalia ignem & aquã, uel accẽderit uel eliquauerit ſolus ſcire poteſt q̃ fecit.Conſumato igitur mundo aĩalia uarii generis diſſimilibus formis & magna & minora uti fierẽt imparauit:& facta ſunt bina,id ẽ diuerſi ſexus ſingula:ex quoꝝ fætibus & aer & terra & maria cõple ta ſunt.Deditq; his omnibus generatim deus alimenta de terra ut uſui eẽ hõi poſſent. Alia nimirum ad cibos:alia uero ad ueſtimentũ:quæ aũt magnaꝝ ſunt uiriũ ut in excolenda terra iuuarẽt: unde di cta ſunt iumenta. Ita rebus oĩbus mirabili deſcriptõe compoſitis regnũ ſibi æternũ parare cõſtituit: & ĩnumerabiles aĩas ꝓcreare quibus ĩmortalitatẽ daret.Tunc fecit ipſe ſibi ſimulacrũ ſenſibile atq; ĩ telligens id eſt ad imaginis ſuæ fortũam:quo nihil poteſt eſſe perfectius:hominem figurauit ex limo terræ.Vnde hõ nũcupatus eſt q̃ ſit factus ex humo,deniq; plato humanã formam theoidem eſſe ait: & Sibilla quæ dicit,hõ eſt imago mea rationem rectam habẽs.De hac hõis fictione poetæ quoq; quã uis corrupte:tamẽ non aliter tradiderunt.Namq; hominem ex luto a prometheo factũ eſſe dixerunt res eos non fefellit ſed nomen artificis.Cæterum fictio ueri ac uiui hominis e limo dei eſt quod her mes quoq; tradidit qui non tantum hominem ad imaginem dei:fictum eſſe dixit a deo. ſed etiam il lud explanare tentauit:q̃ ſubtili ratione ſingula quæq; in corpore hominis membra formauerit cum eorum nihil ſit q̃ non tantũdem ad uſus neceſſitatem q̃tum ad pulchritudiem ualeat:deus igitur re rum omnium machinator fecit hominẽ.Quod Cicero q̃is expers cæleſtium litterarum:uidit tamẽ qui libro de legibus primo hoc idem tradidit:quod prophetæ:cuius uerba ſunt.Aĩal hoc prouidum, ſagax,multiplex,acutũ,memor,plenum rationis & cõſilii quem uocamus hominem:præclara quadã conditione generatum eſſe a ſupræmo deo ſolum.Eſt enim ex tot animantiũ generibus atq; naturis particeps rationis & cogitationis: cum cætera ſint omnia expertia. Vides ne hominem q̃is lõge a ue ritatis notitia remotũ:tamen quoniam imaginem ſapientiæ tuebatur intellexiſſe nõ niſi a deo homi nem potuiſſe generari.Sed tamẽ diuinis opus eſt teſtimoniis ne minus humana ſufficiant. Sibilla ho minem dei opus eſſe teſtat̃.Solus eſt inquit deus cõditor nullius imperio ſubiacens. ipſe autem & fi nẽ formæ ſolidauit & ipſe omni homini naturã miſcuit generationis & uitæ:deus ergo ueri patris of ficio functus eſt.Ipſe corpus effinxit.Ipſe aĩam qua ſpiramus infudit.Illius eſt totũ quod ſumus: quo mõ id effecerit ſi nos oporteret ſcire docuiſſet:ſicut docuit cætera quæ cognitiõem nobis & priſtini erroris & ueri lumĩs attulerũt:Veritas a uulgo ſolet uariis ſermõibus eẽ diſſipata.Factũ eẽ diluuium ad ꝑdẽdã tollẽdãq; ex orbe terraq; maliciã cõſtat ĩter oẽs.Oĩa.n.tribus tempibus contineri neceſſe ẽ: præterito,præſenti. & futuro præteriti eſt origo præſentis ſubſtantia,futuri diſſolutio. quæ omnia ĩ ſingulis hominibus apparent.Incipimus.n.cum naſcimur.& ſumus cum uiuimus : & deſinimus cum interimus. Vnde etiam tres parcas eſſe uoluerunt poetæ.Vnam quæ uitam hominibus ordinat. Al teram q̃ cõtexat.Tertiam quæ rumpat ac finiat:quæ in hoc uerſiculo continentur. Cloto colum ba iolat lacheſis trahit atropos occat.In toto autem genere hominum qua ſolum tempus præſens appa ret ex eo tamen & præteritũ id eſt origo coligitur & futurum id eſt diſſolutio.Nam quoniam eſt ap paret aliquando cæpiſſe.Eſſe enim nulla res ſine exordio poteſt: & quia cepit apparet quandoque deſiturum . O quam facile eſt redarguere mendacia. Cum ergo marem primum ad ſimilitudinem ſuam finxiſſet deus:tum ẽt fæminã configurauit ad ipſius hominis effigiẽ.ut duo inter ſe permixti ſe xus propagare ſobolem poſſent.& oẽm terrã multitudine opplere.In ipſius aũt hominis fictione illa rũ duarũ materiarũ:quas inter ſe diximus eſſe cõtrarias ignis & aq̃ concluſit ꝑficitq; rõnem. ficto. n. corpore ſpirauit ei animam de uitali fonte ſpũs ſui qui eſt pennis ut ipſius mũdi ex cõtrariis cõſtantis elemẽtis ſimilitudinẽ gereret.Cõſtat.n.ex aĩa & corpore id eſt quaſi e cælo & terra:quoniã quidẽ aĩa qua uiuimus uelut a cælo oritur a deo;corpus e terra cuius e limo diximus eſſe formatum. Empedo- cles quattuor elementa cõſtituit igné aeré,aquã,& terrã.fortaſſe Trimegiſtũ ſecutus q̃ nr̃a corpora ex his quattuor elemẽtis conſtituta eſſe dixit a deo.habere nãq; ĩ ſe aliq̃d ignis,aliq̃d aeris aliq̃d aquæ.ali q̃d terræ.& neq; igné.neq; aeré eſſe neq; aquã.neq; terrã.Quæ quidẽ falſa non ſunt.Nã terræ rõ ĩ car ne eſt.humoris in ſanguine.aeris in ſpiritu.ignis in calore uitali:Sed neq; ſanguis a corpore ſecerni poſ ſit ſicut humor a terra:neq; calor uitalis a ſpiritu ſicut ignis ab aere.A deo reꝝ oĩum duo ſola reperi- unt̃ elementa quorum oĩs ratio ĩ noſtri corporis fictiõe cõcluſa ẽ.Ex rebus ergo diuerſis ac repugnã- tibus homo factus eſt:ſicut ipſe mũdus ex luce & tenebris ex uita & morte:quæ duo ĩter ſe pugnare ĩ homine ꝓcepit ut ſi aĩa ſupauerit quæ oriť ex deo ſit ĩmortalis & ĩ ꝑpetua luce uerſeť. Si autẽ corpus uicerit animã dictioniq; ſuæ ſubiecerit ſit ĩ tenebris ſempiternis & ĩ morte cuius non ea uis ẽ ut iniu- ſtas aĩas extinguat oĩo ſed ut pũiat ĩ æternũ.Eã pœnã ſecũdã morte nominamus q̃ ẽ ipa ꝑpetua ſicut & ipſa ĩmortalitas:Primã ſic diffinimus.Mors ẽ naturæ animãtiũ diſſolutio uel ita.Mors eſt corporis aĩæq; ſeductio.Secũdã uero ſit.Mors eſt æterni doloris ꝑpeſſio.uel ita.Mors ẽ aĩarum pro meritis ad æterna ſupplicia damnatio hæc mutas pecudes non attingit:quaꝝ aĩæ non ex deo conſtantes ſed ex cõi aere morte ſoluuntur.In hac igitur ſocietate cæli atq; terræ quorũ effigies expreſſa eſt in homine

C
D
E
F
G
H
I
K

superioré ptem tenét ea quæ sunt dei aía: ſ. quæ dominiũ corporis habet iferioré ea quæ sunt diaboli corpus utiq; quod qa terrenũ é aíæ debet eé subiectũ sicut terra cælo. Est. n. terra quasi uasculũ quo tanq̃ domicilio téporali spiritus hic cæleſtis utatur. V triusq; officia sunt ut hoc qđ é ex cælo & deo iperet. Illud uero quod ex terra & diabolo seruiat: quod quidem nõ fugit: hoíem neq; Saluſtiũ qui ait: Sed noſtra omnis uis in aío & corpore sita est, animi imperio, corpis seruicon magis utimur. Recte si ita uixisset ut locutus é. Quod si aía ignis é in cælũ debet eniti sicut ignis: nec extinguatur hoc est ad imortalitatem, quæ in cælo est. Nã & sicut ardere & uiuere nõ põt ignis nisi aliqua pingui materia teneatur in qua habeat alimétum: sic animæ materia & cibus sola é iusticia qua teneť ad uitã. Post hæc deus hominem qua exposui rõe generatũ posuit in paradiso id est ĩ orto fœcundiſſimo & amœniſſimo: quẽ in partibus oriẽtis ex omni genere ligni arborũq; cõseruit: ut ex eaꝝ uariis fructibus aleret exparsq; oíum laborũ deo patri summa deuotione seruiret: Tum dedit ei mãdata quæ si obseruasset immortalis maneret: sin transcendisset morte afficeretur. Id autem præceptum fuit ut ex arbore una quæ fuit in medio paradisi non gustaret: in qua posuerat intelligentiam boni & mali. Tum criminator ille inuidens operibus dei omnes fallacias & calliditates suas ad decipiendum hominem intẽdit ut ei admiret imortalitatẽ: & primo mulierẽ illexit dolo ut uetitũ cibum sumeret: & p eã ipsi quoq; homini persuasit ut transcederet dei legẽ. præcepta igitur scia boni & mali pudere eũ nuditatis suæ cepit: absconditq; se a facie dei quod antea nõ solebat. Tũ deus scía in peccatores data eiecit hominẽ de paradiso: ut uictũ sibi labore cõquireret: ipsũq; paradisum igni circũfallauit ne hõ posset accedere donec summũ iudiciũ faciat in terra. & iustos uiros cultores suos in eundẽ locũ reuocet morte sublata: sicut sacræ uoces docent & Sibilla erythræa cum dixit. Qui autẽ deũ honorãt uerũ æternam uitam hæreditabunt perpetuo seculo ipsi habitantes paradisum simul amœniſſimum ortum. Verum hæc quoniã extrema sunt in extrema operis eius parte tractabimus: nunc ea quæ prima sunt explicemus. Mors itaq; secuta est hominem secũdum dei sententiam: quod etiam Sibilla in carmine suo docet dicens hoíem plasmatũ dei manibus: quẽ & iã seduxit serpes dolose in fatũ mortis ascẽdere notionẽq; accipere boni & mali. Deus autẽ postea cũ uideret orbẽ terræ malicia & sceleribus oppletum statuit humanũ genus diluuio perdere: sed tamen ad multitudinẽ reparandã delegit unũ quod corruptis oíbus singulare iustitiæ supererat exẽplũ hic cũ. dc. eét ãnoꝝ fabricauit archam sicut pceperat ei deus. In qua ipse cũ coniuge ac tribus filiis totidẽq; nuribus reseruatus é: cũ aqua uniuersos mõtes altiſſimos operuiſſet. deinde orbe siccato execratus iniusticiã prioris seculi deus. ne rursus longitudo uitæ cã eẽt excogitandoꝝ maloꝝ paulatim per singulas pgenies diminuit hoís ætatem atq; in centũ & uiginti annis metã collocauit quã transgredi nõ liceret. Ille uero cũ egressus eét ex archa sicut sanctæ litteræ docent terrã studiose coluit: ac uineam sua manu seruit. Vnde arguunt qui autoré uini liberũ putant. Ille. n. nõ modo liberũ sed étsaturnũ atq; uranũ multis anteceſſit ætatibus. Qua ex uinea cũ primũ fructũ cepisset lætus factus bibit usq; ad æbrietatẽ: iacuitq; nudus. qđ cũ uidisset unus ex liberis cui nomẽ fuit Cham nõ texit patris nuditatẽ. sed egressus etiã fratribus ídicauit. At illi sumpto pallio ítrauerunt auersis uultis patrẽq; texerunt. Quæ facta cũ recognouiſſet pater abdicauit atq; expulit filium. At ille pfugus ĩ eius terræ parte cõsedit quæ nunc arabia nomiať. Eaq; terra de eius nomine Chanaã dicta é & posteri eius chananei. Hæc fuit prima gens quæ deũ ignorauit. quoniã princeps eius & cõditor cultũ dei a pre nõ accepit maledictus ab eo. Itaq; ignorãtiã diuinitatis minoribus suis reliquit. Ab hac gente pximi quiq; populi multitudiẽ ícrescente fluxerunt. Ipsius autẽ patris posteri hebrei dicti penes quos religio dei resedit: sed ab his postea multiplicato in ímensum numero: cũ eos anguſtiæ locoꝝ suorũ capere nõ possent: tum adolescẽtes uel missi a parentibus uel sua sponte cum rerum penuria cogeret: pfugi ad quærẽdas sibi nouas sedes huc atq; illuc disperſi oẽs insulas & orbẽ totũ repleuerunt: & a stirpe sanctæ radicis auulsi nouos sibi mores atq; ístituta, p arbitrio cõdiderunt sed oíum primi qui ægyptũ occupauerãt cælestia suspicere atq; adorare cæperũt. Et qa domiciliis nõ tegebanť pp aeris qualitatẽ: nec ullis í ea regiõe nubibus subtexiť cælũ. cursus siderũ & defectus notauerũt: dũ ea sæpe uenerãtes curioſius ac liberius intuerenť, postea deíde portẽtificas aíalũ figuras quas colerẽt cõmẽtati sunt qbusdã pdigiis íducti. Cæteri aũt q p terrã dispersi fuerũt admirantes elemẽta mũdi: his sacrificia ĩ apto celebrabãt sic ab errãtes a notitia dei gẽtes eẽ cæperũt. Cum ergo numerus hoíum cæpisset ícrescere puidẽs deus ne fraudibus suis diabolus cui ab inicio dederat terræ ptãtem uel corrũperet uel disperderet hoíes. quod in exordio rerũ fecerat: misit angelos ad tutelã cultũq; generis humani: quoꝝ unũ solũq; est ofticiũ seruire nutibus dei nec oío quicq̃ nisi iussa facere. Sic. n. regi mũdũ a deo dicimus ut a rectore puinciã. Cuius apparitores nemo socios eẽ ĩ regẽda puincia dixerit. q̃uis illoꝝ míſterio res geranť. & hi tamẽ possunt aliqd pter iussa rectoris p ipsius ignorãtiã q é cõditõis hũanæ. Ille aũt pses mũdi & rector uniuersi q scit oía cuius diuis oculis nihil septũ é. solus hẽt rerũ oíum cũ filio ptãtem. nec é ĩ angelis quicq̃ nisi parẽdi necessitas. Itaq; nullũ sibi honorẽ tribuni uolũt: quorũ honor oís í deo é. Demones aũt q desierũt a dei míſterio. q sunt ueritatis inimici & puaricatores dei nomẽ sibi & cultũ deorũ uẽdicare conanť: nõ quo ullũ honorẽ desiderent (qs. n. pditis honor é) nec ut ideo noceãt cui noceri nõ põt) sed hõinibus: quos nituntť a cultu & notícia ueræ maiestatis auertere. ne ímortalitatẽ possent adipiſci: q̃ ipsi sua neqcia pdiderũt. Offundũt itaque tenebras: & ueritatẽ caligine obducũt: ne dominũ: ne pʒem suũ norint. In oraculis aũt uel maxie

fallunt quorum præſtigias prophani a ueritate intelligere nō poſſunt. Ideoq; ab illis attribui putant & impia. & uictorias & opes euentus proſperos rex. deniq; ipſorum nutu ſæpe rempub. periculis imminentibus liberant. Quæ pericula & reſponſis denūtiant & ſacrificiis placati auertūt. Sed oia iſta fallaciæ ſunt. Nā cum diſpoſitiones dei præſentiant quippe cū miniſtri eius fuerunt. interponunt ſe in his rebus ut quæcūq; a deo facta ſunt uel fiunt ipſi potiſſimū facere aut feciſſe uideātur. Ita ſibi apud homines qui eos neſciunt autoritatē ac timorē pariūt. Per eos aūt iuēta ſunt Aruſpicina & auguratio & A
ipſa quæ dicunt oracula & necromātia & ars magica. & quicquid præter ea malorum exercent hoīes uel palā uel occulte quæ oīa per ſe falſa ſunt ut Sibilla erythræa teſtat. Errabilia ſunt omni quæcunque ſipientes hoīes ſcrutant quottidie. hi porro uagi ſpūs ut turbēt oīa & errores hūanis pectoribus effundāt: ſerunt ac miſcent falſa cū ueris: & hominū crudelitate mētita diuinitate deludunt hi deniq; cōtaminati ac perditi ſpūs p oēm terrā uagant: & ī ſolaciū perditiōis ſuæ pdendis hoībus opant: Itaq; oīa inſidiis. fraudibus. dolis. erroribuſq; complent. Adhærent enī ſingulis hoībus: & oēs hoſtiatim domos occupāt: ac ſibi gemoꝝ nomen aſſumūt. Qui quoniā ſpūs ſunt tenues & cōpræhēſibiles īſinuāt B
ſe corporibus hoīum & occulte ī uiſceribus opati ualetudinē uitiāt: morbos citāt ſomniis aīos terrēt. mētes furoribus quatiunt: ut hoīes his malis cogāt ad deoꝝ auxilia decurrere. Et nocēt illi quidē: ſed his a quibus timent quos manus dei potēs & excelſa nō proteſſit: qui pphani ſunt a ſacramento ueritatis. Iuſtos aūt id eſt cultores dei metuunt. cuius noīe adiurati de corpibus excedūt: quoꝝ uerbis tā q̄ flagris uerberati nō mō demones eē ſe cōſitent. ſed ēt noīa ſua edunt. qa nec deo p quē adiurantur nec iuſtis quoꝝ uoce torquētur. mētiri poſſunt: Itaq; maximis ſæpe ullulatibus editis uerberari ſe & ardere pclamāt: tantū hēt dei cognitio ac iuſticia ptātis. Cui ergo nocere poſſunt niſi his quos habēt in ſua ptāte. deniq; affirmat hermes eos qui cognouerūt deū nō tantū ab īcurſionibus demonū tutos eē uex etiā ne fato quidē teneri. Vna inquit cuſtodia pietas. pium. n. hominē nec demō malus nec fatum tenet. Nā deus liberat pium ab omni malo. quod ē. n. unū & ſolū ī homībus bonū pietas. Illos ergo neq̄ſſimos ſpūs quiſquis ueneratus fuit ac ſecutus neq; cælo neq; luce potiet quæ ſunt dei: ſed decidet ī tenebras & inferos & ſuppliciū ſempiternū. Quicūq; igit ſacramentū hominis tueri rōnemq; naturæ ſuæ nitit obtinere. Ipſe ab humo ſe ſuſcitet. & erectamēte oculos ſuos tēdat ī cælū nō ſub pedibus quærat deū nec a ueſtigiis ſuis eruat qd adoret: ſed quærat ī ſublimi quærat in ſummo. Ita. n. res hēt: ut q̄ſquis aīam ſuā cuius origo de cælo ē ad īferna & ima pſtrauerit eo cadet quo ſeipſe deiecerit. Ideoq; oportet rōis ac ſtatus ſui memorē nō niſi ad ſuperna niti ſemper ac tendere. Quod qui fecerit hic plane ſapiens hic iuſtus hō hic deniq; cælo dignus iudicabit; quē ſuus parens nō humilē nec ad terrā more quadrupedis adiectū ſed ſtantē potius ad rectū ſicut eū fecit agnouerit: Hæc de ſecundo ſequunt de tertio Lactantii quæ pars de philoſophia erit & uera ſapientia.

Ex Tertio libro Lactantii Firmiani Autoritates incipiunt.

Voniam deus hanc rei uoluit eſſe naturam ut ſimplex & nuda ueritas eſſet luculētior qa C
per ſe ornata ſatis eſt: ideoq; ornamētis extrinſecus additis fucata corrumpitur: mendaciū uero ſpecie placet aliena. quia per ſe corruptū uaneſcit ac diffluit: niſi ornatu aliūde quæſito circūlinitum fuerit ac politū. Et. n. uidi maximos quoſq; oratores a cauſidicis mediocribus ſæpe uictos q̄ tanta eſt potētia ueritatis ut ſeipam q̄is ī rebus exiguis ſua claritate defendat: quā nemo diſputando aut cogitando aſſequi poteſt. Nam cauſas naturalium rerū diſquirere aut ſcire uelle. Sol utrum ne tantus quantus uideatur an multis partibus maior ſit q̄ omnis hæc terra. item luna globoſa ſit an cōcaua. Et ſtellæ utrum ne adhæreant cælo an per aerem libero curſu ferāt. Cælū ipſū D
Hominẽ itaq; quoniam æternum animal atq; immortale fingebat:non forinsecus ut cætera:sed interius armauit:nec munimentum eius in corpore sed in animo posuit:quoniam superuacuum fuit cum illi quod erat maximũ tribuisset corporalibus eũ regere munimentis:cũ præsertim pulchritudiné humani corporis ipedirẽt.Nã si homini ferinos dentes:aut cornua:aut ungues.aut uarii coloris pilos addidisset:quis non sentiat q̃ turpe animal esset futurum.Et q̃q̃ fragilis imbecillusq; nasciẽ homo:tamẽ a mutis oĩbus tutus est:& ea oĩa quæ firmiora nascuntur & si uim cæli fortiter patiunt̃:ab hoĩe tamẽ tuta esse nõ possunt.Ita fit ut plus homini cõferat ratio q̃ natura mutis:quoniã in illis neq; magnitudoirium.nec firmitas corporis efficere põt quo minus aut opprimãtur a nobis: aut nost ræ subiecta sint potestati.Potest ne igitur aliquis cũ uideat ẽt boues:equos:lupos:uaccas:cum immanissimis corporibus ac uiribus seruire homini:quæri de opifice rerum deo:q; modicas uires:q; paruum corporis acceperit:nec beneficia in se diuina ꝑ merito existimat:quod est ingrati:ĩmo ut uerius loquar insani. Plus.n.manus præstant homini q̃ uolucri leuitas ususq; pẽnaq;:plus lingua q̃ totius corporis alterius animãtis fortitudo.Quæ igit̃ amentia est ea p̃ferre:quæ si data sint accipere detractes.Stultissimi etiã sunt qui de morte ĩmatura quæruntur.quoniam naturæ conditio locum illi facit:ita consequens erit ut morbus q;sq; subiectus erit.Magna & enim rõne ꝑuisum est:ut & morbis uexari posset homo:& uita sua sæpe in medio cursus sui spacio reperetur.Cũ.n.deus animal quod fecerat sua sponte ad mortẽ transire cognouisset:ut mortem ipsam quæ est dissolutio naturæ capere posset: dedit ei fragilitatem quæ morti aditu a qua dissoluendum esset animal inueniret.Nã si eius roboris fieret ut ad eum morbus & ægritudo adire non posset:nec mors quidem posset:quoniam.n.mors sequela morborum est. Neq; patitur hoc natura ut abesse possit infirmitas ab eo corpore quod idcirco non solidum firmũq; natum est ut aliquãdo soluẽdum sit.In principio cum deus fingeret aĩalia noluit eã rotundã formare specié conglobare atq; colligere:ut ea moueri ad ambulandum & flectere se in quãlibet partem facile possent.sed ex ipsa corporis summa produxit caput in quo esset regimen totius animãtis:& datũ est illi hoc nomẽ ut quidẽ Varro ad Cicero.scribit q; hinc capiãt iniciũ sensus ac nerui.Item produxit mẽbra quædam longius quæ uocant pedes:ut alterius motibus solo fixa producerent animal quo mens tulliss̃et:aut quo petendi cibi necessitas prouocasset.Ex ipso aũt uasculo corporis quattuor fecit exercitantia.bina posterius quæ sunt in omnibus pedes.bina quæ uarios animantibus usus præbent.In pecudibus enim & feris sunt posterioribus similes pedes:in homine autẽ manus quæ non ad ambulandum sed tenendum sunt natæ.Est & tertium genus in quo priora illa neq; pedes neq; manus sunt:sed alæ :in quibus pennæ ꝑ ordinem fixe uolandi exhibent usum:ita una fictio diuersas species & usus habet. Atq; ut ipsam corporis crassitudinem firmiter cõprehenderet:maioribus & breuibus ossibus inuicem congregatis quasi carinam compegit,quam nos spinã dicimus:eamq; noluit ex uno perpetuoque osse formare:ne gradiendi flectendiq; se animal facultatem non haberet:ex neruis parte quasi media costas transuersas:& quasi media ossa porrexit ĩ diuersum:quibus clæmẽter curuatis.& in se uelut ĩ circulum pene cõductis.in terna uiscera congregant̃:ut ea quæ molliora & minus ualida fieri opus erat,illius solide creatis amplexu possent esse minuta.Ea uero quæ diximus de corpore uel ambulandi uel faciẽdi cã esse ꝑducta.nec nimiũ longis ꝓp celerẽ mobilitatẽ.nec nimiũ breuibus ꝓp firmitatẽ: sed & paucis & magnis ossibus cõstare uoluit. q tamẽ nõ fecit solida.ne ĩ gradiendo pigricia & grauitas retardaret.sed cauata & ad uigorẽ corporis cõseruandũ.medullis intrinsecus plena.summasq; eoꝝ partes crassioribus nodis cõglobauit.ut & substringi neruis facilius & uerti citius possent. unde sunt uertibula nominata:eos nodos firmiter solidatos leui quodã operculo texit q; dicitur cartilago. s. ut sine attritu & sine sensu doloris aliquo flecteret̃. Deus igit̃ solidamẽta corporis quæ ossa dicuntur nodata & adiuncta inuicem neruis alligauit atq; constr̃uxit:quibus mens si excurrere aut resistere uelit tanq̃ retinaculis uteretur & quidem nullo labore nulloq; conatu uel minimo motu totius molẽ corporis temperaret aut flecteret.Hæc autem uisceribus operuit:ut quẽcunq; locum decebat:ut quæ solidã essent cõclusa tegerent̃:Itẽ uisceribus ipsis uenas admiscuit quasi riuos per corpus omne diuisos: ꝑ quas discurrens humor & sanguis uniuersa mẽbra succis uitalibus irrigaret:& ea uiscera superiecta pelle cõtexit:quam uel sola pulchritudine decorauit:uel setis adoperuit uel squamis muniuit:uel plumis ĩsignibus adornauit.Illã uero cõmẽtũ dei mirabile q; una dispositio & unus habitus ĩnumerabiles aĩantũ p̃ferat uarietates.Nã in oĩbus fere q̃ spirãt eadem series & ordo mẽbroꝝ est.Primũ.n. caput:& huic annexa ceruix.Itẽ collo pectus adiũctũ & ex eo ꝓminẽtes armi:adhærẽs pectori uẽter:itẽ uentri subnexa genitalia.ultimo loco femur pedesq;.Nec solũ mẽbra suũ tenorẽ ac situm ĩ oĩbus seruãt. sed ẽt partes mẽbrorum:Nam ĩ uno capite ipso certa sedem possidẽt aures:certam oculi nares itẽ: os quoque ĩ ore dẽtes & lingua.Quæ oĩa cum sint eadem ĩ oĩbus animãtibus:tamẽ infinita & multiplex diuersitas figurarum est:q; ea quæ dixi aut prouidẽtiora:aut productiora:aut cõtractiora lineamẽtis uarie differẽtibus comp̃hẽsa sunt.Quid illud nõne diuinum q; ĩ tãta uiuentiũ multitudine unumquodque animal ĩ sui genere & specie pulcherrimum est:ut si quid uicissim de altero ĩ alterum trãsferatur: nihil ꝑditius ad utilitatem:nihil deformius ad aspectũ uideri necesse sit.In quadrupedibus aũt idem opifex cõtextũ spine a summo capite deductũ longius extra corpus deduxit & acuminauit ĩ caudam: ut obscenæ corporis partes uel ꝓp feditatẽ tegerent̃:uel propter teneritudinem munirentur: ut aĩalia quædã minuta & necẽtia motu eius arcerẽtur a corpore.q; mẽbrum si detrahas,imperfectum fit ani

mal ac delebile. Sed tamẽ cũ ipſa nuditas hoĩs mire ad pulchritudinẽ ualeat. nõ tamẽ ẽt captĩ cõgrue-
bat. quãta. n. deformitas ĩ eo futura eſſet ex caluicio apparet. Texit ergo illud pilo. & quia ĩ ſummo ſu
turũ erat. quaſi ſummũ edificii culmẽ ornauit. Frons ergo uallata ꝑ circuitum. & a temporibus effuſi
ante aures capilli: & eaꝝ ſummæ ꝑtes ĩ coronæ modũ cinctæ. & occipitum omne cõtectum ſpeciem
miri decoris oſtẽdit. Iam barbæ ratio. incredibile eſt q̃tum cõferat ad cognoſcẽdum corporũ maturi-
tatem. uel ad differentiam ſexus. uel ad decorem uirilitatis ac roboris ut uideatur oĩno non conſtitu-
C ta fuiſſe totius operis ratio: ſi quicquã aliter eſſet effectũ. Nũc rõem totius hominis oſtẽdã. ſingulorũ-
que mẽbroꝝ utilitates & habitus explicabo. Cũ igitur ſtatuiſſet deus ex oĩbus aĩalibus ſolũ hominẽ
facere cæleſtem & cætera uniuerſa terrena. hunc ad cæli cõtemplationẽ rigidum erexit bipedemq; cõ
D ſtituit ut eo ſpectaret unde illi origo eſt. Illa uero depræſſit ad terrã: ut quia nulla his ĩ mortalibus ex-
pectatio eſt. toto corpore in humum proiecto uentri pabuloq; ſeruirent Hominis autem ſolum recta
ratio & ſublimis ſtatus factus deo patri cõmunis ac proximus. originem ſuam fictoréq; teſtatur eius
prope diuina mens: quia non tantum animantium quæ ſunt in terra. ſed etiam ſui corporis eſt ſortita
dominatum. ĩ ſummo capite collocata tanq̃ in arce ſublimis ſpeculatur oĩa: & contueẽ. Hãc eius aulã
deus nõ obductã porrectamq; formauit. ut in mutis animalibus ſed orbi ſimilem ex gladio ꝙ oĩs ro-
tunditas ꝑfectæ rationis eſt ac figuræ. Eo igitur mens & ignis ille diuinus tanq̃ cælo tegiẽ. cuius cum
E ſummũ faſtidiũ naturali ueſte texiſſet prioré parte q̃ diciẽ facies neceſſariis mẽbroꝝ miniſteriis & in-
ſtruxit pariter & ornauit. Ad primũ oculoꝝ orbes cõcauis foraminibus cõcluſit. & eos neq; minus q̃
duos eſſe uoluit eo ꝙ ad ſpeciem nullus perfectior numerus q̃ duorũ. quorum ꝑfectio oculorum ꝑ
puæ ĩexplicabilis eſt. ac mira ſubtilitas. Quare eorũ orbes gẽmaꝝ ſimilitudinẽ ꝑferẽtes ad ea ꝑte qua
uidẽdum fuit mẽbranis ꝑlucentibus texit. ut imagines reꝝ cõtrapoſitaꝝ tanq̃ in ſpeculo refulgentes
ad ſenſum intimũ penetrarent. Per eas igiẽ mẽbranas ſenſus ille qui dicitur mens ea q̃ ſunt foris trã-
ſpicit quaſi ꝑ feneſtras ꝑlucente uitro aut ſpeculari lapide obductas. Et id circo mens ac uoluntas ex
oculis ſæpe dinoſcitur. Itaq; ad uidendum mẽbris potius in orbẽ conglobatis opus fuit ut uiſus in la-
tum ſpargereẽ. Ergo ineffabilis diuinæ prouidentiæ uirtus fecit duos ſimillimos orbes. eoſq; ita duxit
ut non in totum conuerti. ſed moueri tamen ac flecti tãtummõ poſſent. Orbes aũt ipſos humoris pu
ri ac liquidi plenos eſſe uoluit. in quoꝝ media ꝑte ſcintillæ luminũ tenereneẽ quas pupillas nuncupa-
mus. in quibus puris ac ſubtilibus cernendi ſenſus ac rõ cõtinetur. ꝑ eos igiẽ orbes ſeipſam mens intẽ-
F dat ut uideat miraq; ratione ĩ unũ miſceẽ & cõiungiẽ amboꝝ luminũ uſus. Quid ipſa ſuperciliorum
faſtigia pilis breuibus adornata? Nonne quaſi aggeribus & munimentũ oculi: nequid ſuperne incidat:
& ſpeciem ſimul præſtant. ex quorum confinio naſus exoriens: & ueluti porrectus iugo utrãq; aciem
G ſimul & diſcernit & munit. Naſi uero pars ſuperior uſq; ad mediũ ſolida formata eſt: inferior aũt car-
tilagine adhærente mollita: ut uſu digitorum poſſit eſſe tractabilis. In hoc aũt q̃uis ſimplici membro
A tria ſunt officia conſtituta. Vnũ dicẽdi ſpiritus. Alterũ capiendi odoris. Tertium ut per eius cauernas
purgamenta cerebri defluant. Inferius quoq; genaꝝ non indecens tumor ĩ ſimilitudinem colliũ leui-
B ter exurgens: ab omni parte oculos efficit tutiores. Oris quoq; ſpecies & ritus ex tranſuerſo patefactus
q̃ utilis q̃ decens ſit enarrari non põt. cuius uſus in duobus conſtat officiis ſumendi uictus & loquẽdi.
C Lingua intus incluſa q̃ uocẽ moribus ſuis in uerba diſcernit: & eſt interpres animi. Nec tamen ſola po
teſt per ſe loquendi munus ĩplere: niſi accumen pallato illi ſerit: niſi adiuta uel offenſione dentium uel
cõpræhenſione labioꝝ: dẽtes tamẽ plus conferũt ad loquẽdum. Nam & ĩfantes nõ ante ĩcipiũt fari q̃
dentes habuerint: & ſenes amiſſis dentibus ita balbutiunt ut ad ĩfantiã reuoluti eſſe denuo uideãtur.
Sed hæc ad hominem ſolum pertinent: ad aues in quibus eſt acuminata & uibrata certis motibus lin-
gua innumerabiles cãtuum flexiones & ſonorum uarios modos exprimit. Habet ꝑterea & aliud offi-
cium quo ſolum in mutis utitur ꝙ contritos & cõmollitos dentibus cibos colligit & conglobatos ui
ſua deprimit & tranſmittit ad uentrẽ. Itaq; Varro a ligãdo cibo putat linguæ nomẽ impoſitum. beſti-
ãs ẽt potu adiuuat Portenta. n. cauataq; hauriũt aquã: eã cõpræhẽſam linguæ ſinu ne tarditate ac mo-
ra effluat ad palatũ cæleri mobilitate cõplodunt. Hæc itaq; palato cõcauo tanq̃ teſtudine tegitur: eã-
D que dentium ſeptis deus quaſi muro circũuallauit. Dẽtes aũt ipſos ne nudi ac reſtricti magis horrori
q̃ ornamento eſſent. gingiuis mollibus q̃ a gignẽdis dentibus nominantur ac deide labiorum tegimi-
nibus honeſtauit: quorum duricies ſicut in mollari lapide maior eſt & aſperior q̃ in cæteris oſſibus: ut
E ad conterendos cibos pabulumq; ſufficerent. Labia ipſa q̃ quaſi arma cohærebãt q̃decenter ĩterſcidit
quoꝝ ſuperius ſub ipſa medietate nariũ lacuna quadã leui quaſi ualle ſignauit. Inferius honeſtatis gra
tia foras molliter explicauit. Lingua deniq; eſt: qua ſapores ſentiuntur: nec tamen tota. Nã partes eius
q̃ ſunt ab utroq; latere teneriores ſaporẽ ſubtiliſſimis ſenſibus trahunt: & cum neq; ex cibo quicq̃ ne-
F que ex potione minuaẽ: tamẽ inenarrabili mõ penetrat ad ſenſum ſapor. Cætera q̃ decora ſint uix ex-
primi põt. Deductum clæmenrer a genis mentum & ita infertur concluſum ut acumen eius extremũ
ſignare uideatur leniter impreſſa diuiſio. Rigidum collum quo ſcapulæ uelut mollibus iugis a cerui-
ce ſunt demiſſæ: ualida & ſubſtricta neruis ad fortitudinẽ brachia inſignibus thoris extantium lacer-
G torum uigens robur utilis ac decens flexura cubitorũ. Quid dicã de manibus rõis ac ſapientiæ mini-
ſtris? quas ſolertiſſimus artifex plane ac modice cõcauo ſinu finxit: ut ſiquid tenendũ ſit apte poſſit ĩ
ſidere & digitis terminauit: in quibus difficile eſt expedire: utrum ne ſpes an utilitas maior ſit. Nam &

numerus ꝑfectus & plenus:& ordo ac grādus decētiſſimus:& articulorum ꝓium curuatura flexibilis:
& forma unguium rotūda cōcauis tegminibus:digitorum faſtigia compræhēdēs atq; firmās: ut neq; H
mollitudo carnis ī tenēdo cederet magnum ꝑbet ornatum. Aures etiam duas eſſe uoluit ut oculos:in
his audiēdi tātum officiū cōſtitutum eſt ſicut ī oculis uidēdi:quarum foramina noluit eſſe nuda:q; &
minus decorum & minus utile fuiſſet:quibus eſt īditum nomē a uocibus hauriēdis: Vnde Virg. Vo-
cem his auribus hauſi. Noluit etiam deus artifex eas mollibus pelliculis deformare:ne pulchritudinē
demerēt pādulæ atq; flectētes:neq; duris ac ſolidis oſſibus:ne ad uſum eſſent īhabiles: īmobiles ac ri-
gētes:ſed q; eſſet hoꝛ medium excogitauit:ut eas cartilago mollior alligaret:& haberēt aptam ſimul I
& flexibilem firmitatem. Dedit etiam homini patens & erectum pectus:quia plenum rōnis & e cælo
datū humile aut īdecēs eſſe nō debuit. ī quo papillæ quoq; leniter eminentes & fuſtioribus ac ꝓuis or
bibus coronatæ nō nihil addūt uenuſtatis:fæminis ad allendos fætus datæ maribus ad ſolū decus:ne
informe pectus & quaſi mutilum uideretur. huic ſubdita eſt planicies uentris quam mediam fere um
bilicus non īdecenti nota ſignat:ad hoc factus ut per eum & fætus dum eſt in animo nutriatur. Sequi K
tur neceſſario ut de īternis quoq; uiſceribus dicere īcipiam:quibus nō eſt pulchritudo quare ſunt ab-
dita:ſed utilitas īcredibilis atributa eſt. Quoniam opus fuerat ut terrenum hoc corpus ſucco aliquo
de cibis ac potibus alereť ſicut terra ipſa imbribus ac pruinis:prouidētiſſimus artifex ī medio eius re-
ceptaculū cibis fecit quibus concoctis & liquefactis uitales ſuccos membris oībus diſpergeret. Sed cū
homo cōſtet ex corpore atq; aīa illud quod ſupra dixi receptaculū ſoli corpori ꝑſtat alimētū. Animæ
uero aliam ſedē dedit. fecit. n. genus quoddā uiſceꝛ molle atq; raꝛ quod pulmoné uocamus:in quod
ſpiritus reciproca uiciſſitudine cōmearet. Ipſa. n. uiciſſitudo flandi & ſpirandi reſpirādiq; tractus uitā
ſuſtentat ī corpore. Quoniam ergo duo ſunt ī homine receptacula. unum aeris quod alit animā:alte-
rum ciborum q; alit corpus ut flecti ceruix ac moueri facillime poſſit duas eſſe ꝓ collū fiſtulas neceſſe
eſt cibalem & ſpiritalem:quarum ſuperior ab ore ad uentrem ferat:īferior a naribus ad pulmoné. Ta-
men hæc fiſtula ſpiritalis nō tātum ad nares:uerum ad os quoq; īterpatet ī extremis palati regiōibus:
cuius rei cauſa & ratio nō obſcura eſt. Loquēdi. n. facultatem nō haberemus:ſicut gulæ iter ad os tan-
tum:ita gurgulio ad nares tātum pateret:nec procedēs ex eo ſpiritus efficere uocem ſine linguæ mini
ſterio poſſet. Aperuit igitur uiam uoci diuīa ſolertia ex illa fiſtula ſpiritali:ut poſſet lingua miniſterio
ſuo fungi:qui meatus ſi aliquo modo interceptus ſit mutum faciat neceſſe eſt. Errat. n. profecto quiſ- L
quis aliam cauſam putat cur homines muti ſunt. Non. n. ut uulgo creditur uinctum gerunt linguam
ſed hi uocalem illum ſpiritum per nares quaſi mugientes ꝓfundunt:q; uocis trāſitus ad os aut nullus
oīo eſt:aut nō ſit patēs ut plenam uocem poſſit emittere:quod plerūq; natura aliquādo etiam caſu ac
cidit. ut morbo aliquo hic aditus deſeptus uocem nō tranſmittat ad linguam:faciatq; de loquentibus
mutos. quod cum acciderit auditumq; obſtrui neceſſe eſt. Cibi uero ī aluū recepti & cū potus humo
re ꝓmixti. cū iam calore percocti fuerint eoꝛ ſuccus inenarrabili mō ꝑ mēbra diffuſus irrigat uniuer-
ſum corpus & uegetat. Inteſtinoꝛ quoq; multiplices ſpiræ:ac longitudo ī ſe cōuoluta. ex imo tamen
ſubſtricta uinculo q̄mirificū dei opus eſt. Illa quoq; rō ſubtiliſſima eſt q; ueſica cuius uſum uolucres
nō habēt cum ſit ab inteſtinis ſepata nec ullam habet fiſtulam qua ex illis urinam trahat: completur
tamē & humor diſtenditur quia ueſica tenuis & ſubtilis numoré abſorbet & colligit ut foras qua na-
tura exitum patefecit emittat. De uteri quoq; conceptione dici neceſſe eſt. Nam uena ī maribus quæ M
ſeminum rationem continet duplex eſt paulo interior q̄ illud humoris obſcœni receptaculum. Sicut
enim renes duo ſunt. itē teſteſq;. ita & uenæ genitales duæ ī una tātum compage cohærētes. Videmus
quidē ī corporibus aīalium cum īterfecta patefiūt ſed illa dexterior maſculinum cōtinet ſemē. ſiniſte
rior fæmininum. Et ideo ī toto corpore pars dextra maſculina ē. ſiniſtra uero fæminina. Ipſum ſæmē
putant ex medullis tantum. quidam ex omni corpore ad uenam genitalem cōfluere ibiq; cōcreſcere:
ſed quomodo fiat humana mēs nō poteſt compræhēdere. Item ī fæminis uterus ī duas ſe diuidit partes:quæ ī diuerſum diffuſæ ac reflexæ circūplicantur ſicut arietis cornua:quæ pars in dextrum retor
quetur maſculina eſt. quæ in ſiniſtrum fæminina. Conceptum igitur Varro & Ariſto. ſic fieri arbitrā
tur. Aiūt. n. nō tantum maribus ineſſe ſæmen. uerum ēt fæminis. inde plerūq; matribus ſimiles ꝓcrea
ri. quod ſi recte cum uirili mixtum ſit utraq; cōcreta & ſimul coagulata informari. Et primum quidē
cor hominis effingi q; in eo ſit & uita oīs & ſapientia. deniq; totum opus quadrageſimo die conſuma-
ri. Ex aborſiōe hæc fortaſſe collecta ſunt. In animi tamē fætibus primum oculos fingi dubiū nō ē. qđ
in ouis ſæpe repræhēdimus. Vnde fieri nō poſſe arbitror quin fictio a capite ſumat exordiū. Cūq; ſu-
ſcepto fætu cum partus appropinquare iam cæperit:turgeſcētes māmæ dulcibus ſuccis diſtēdūt & ad
nutrimēta naſcentis fontibus lacteis exuberāt. Idq; ipſum ſolertiſſime compatum eſt ut cadens & pin
guis humor teneritudinem noui corporis irrogaret donec ad fortiores capiendos cibos & dentibus
inſtruatur & uiribus robore. Poteram nunc ego ipſorum quoq; genitalium mēbrorum mirificam rō
nem exponere. niſi me pudor ab huiuſmodi ſermone reuocaret. Itaq; a nobis indumento uerecundiæ
quæ ſunt pudica uel pudenda uidentur. uelentur. Impii autem ac prophani dicuntur & ſummum ne-
phas admittunt qui diuinum & admirabile dei opus ad propagandam ſucceſſionem inexcogitabili ra
tione prouiſum ad effectus uel turpiſſimos quæſtus:uel ad obſcœnæ libidinis pudenda opera cōuer-
tunt:ut iam nihil ex re ſanctiſſima petāt q̄ inanē & ſterilē uoluptatē. Multa deniq; ī corpore eē cōſtāt

quorum uim rationemq; perſpicere nemo poteſt niſi qui fecit. Nam omnia quæ ad motus animi aĩæ
que pertinent tam obſcuræ altæq; rationis eſſe arbitror, ut ſupra hominem ſit ea liquido ꝓuidere. Id
tamẽ & ĩdubitatũ eſſe debet: res tãtas tot uiſceꝝ genera unũ & idẽ habere officiũ ut aĩam cõtineant ĩ
corpore: ſed qd ꝓprie ſingulis numeris ſit iniunctũ quis ſcire niſi artifex põt: cui ſoli opus ſuũ notũ ẽ?
A Videtur. n. mens q̃ dominatũ corporis tenet ĩ ſummo capite conſtituta tanq̃ in cælo deus: ſed cum in
aliqua ſit rõne commeare ad pectus & quaſi ad ſecretum aliqđ penetrare ſecedere: ut conſilium tanq̃
ex theſauro recondito dicat & proferat. Ideoq; cũ intenti ad cogitandũ ſumus: & cum mens occupata
in altum ſe abdiderit neq; audire quæ circunſonant: neq; uidere q̃ obſtant ſolemus. Id uero ſi ita ẽ ad
mirandum profecto eſt quomodo id fiat: cum ad pectus ex cerebro nullum iter pateat. Sinautem ita
non eſt: nihilominus tamen admirandũ eſt: ꝓ diuina neſcio qua rõne fiat: ut ita eſſe uideaĩ. An põt ali
qs nõ admirari ꝙ ſenſus ille uiuus atq; cæleſtis q̃ mens uel animus nũcupãtur tãtæ mobilitatis eſt ut
uno temporis pũcto cælum omne colluſtret ſi uelit: maria ꝓuolet: terras & urbes peragret: oĩa deniq;
quæ libuerit q̃uis longe latæq; ſummota ſint: in cõſpectu ſibi ipſe cõſtituat? Et miratur aliquis ſi diui
na mens dei per uniuerſas mundi partes intenta diſcurrit & omnia regit: omnia moderatur: ubiq; præ
ſens: ubiq; diffuſa cum tanta ſit uis ac poteſtas mẽtis humanæ ĩtra mortale corpus ĩcluſæ ut ne ſeptis
quidem grauis huius ac pigri corporis cui illigata eſt coerceri ullo pacto poſſit quo minus ſibi liberã
uagandi facultatem quietis ĩpatiẽs largiatur: Siue igitur mẽs ĩ capite habitat ſiue ĩ pectore poteſt ne
aliquis compræhẽdere: quæ uis rationis efficiat: ut ſenſus ille ĩcompræhẽſibilis: aut ĩ medulla cerebri
hæreat. aut in illo ſanguine bipartito qui eſt incluſus in corde: ac non ex eo ipſo colligat quæ tanta ſit
dei poteſtas ꝙ animus ſeipſum non uidet: aut qualis aut ubi ſit nec ſi uideat tamen proſpicere poſſit
quo pacto rei corporali res ĩcorporalis adiũcta ſit. Siue etiam mẽtis locus ullus eſt: ſed per totum cor-
pus ſparſa diſcurrit: quod & fieri poteſt & a Xenocrate Platonis diſcipulo diſputatum eſt: Siquidẽ ſen
ſus ĩ qualibet parte corporis præſto eſt: nec quid ſit mẽs aut qualis ĩtelligi poteſt: cum ſit natura eius
tam ſubtilis ac tenuis ut ſolidis uiſceribus ĩfuſa uiuo & quaſi ardẽti ſenſu membris omnibus miſceaĩ:
Mẽtis igitur rationem ĩcompræhẽſibilem quis eſſe neſciat niſi qui oĩo illam nõ habet? cum ipſa mẽs
quo loci ſit: aut cuiuſmodi neſciatur: quia quod eſt ſerẽdarum aĩarum ratio uni ac ſoli deo ſubiiacet.
B Supereſt de anima dicere q̃q̃ percipi eius ratio & natura nõ poſſit. nec ideo tamẽ immortalem eſſe ani
mam nõ ĩtelligamus: quoniã quicquid uiget mouetur q; per ſe ſemper: nec uideri nec tãgi poteſt æter-
num ſit neceſſe eſt. Quid autem ſit anima nõdum ĩter philoſophos cõuenit: nec unq̃ fortaſſe cõueni-
ret. Alii ſanguinem eẽ dixerũt alii ignẽ: alii uẽtũ: unde anima uel animus nomẽ accepit. ꝙ græce uẽtus
a nemos dicitur: nec illorum tamẽ quiſq̃ dixiſſe aliquid uidetur. Varro itaq; ſic diffiniuit. Anima eſt
aer cõceptus ore deferuefactus ĩ pulmone: temperatus ĩ corde: diffuſus ĩ corpus. Hæc apertiſſime fal-
ſa ſunt. Nulla ergo ex his uera ſentẽtia eſt: nec tamẽ falſos eſſe dicẽdum eſt qui ſenſerũt: ut oĩo nihil di
xerint. Nam & ſanguine ſimul & colore & ſpiritu uiuimus: ſed cum cõſtat aĩa ĩ corpore his oĩbus adu
natis nõ expreſſerũt proprie quid eſſet quia nõ tam poteſt exprimi q̃ uideri: ſed eius ratio ſoli deo qui
eam homini dat nota eſt. Nõ enim a parentibus dari animas: ſed ab uno eodemq; omnium deo patre
cõſtat: qui legem ratõnemq; naſcẽdi tenet ſolus: ſiquidem ſolus efficit. Nam terreni parẽtis nihil aliud
eſt: niſi ut humorem corporis ĩ quo eſt materia naſcendi cum ſenſu uoluptatis emittat uel recipiat: &
M citra hoc opus humoris homo reſiſtit: nec amplius quicq̃ poteſt: ideo naſci ſibi filios optant quia non
ipſi faciunt. Cætera iam dei ſunt opera ſcilicet conceptus ipſe & corporis informatio & inſpiratio ani-
mæ & partus incolumis: quæcunq; deinceps ad hominem conſeruandum ualent: illius immunis ẽ ꝙ
ſpiramus ꝙ uiuimus. ꝙ uigemus. Nam præterq̃ ꝙ ipſius beneficiis incolumes ſumus corpore: & quod
uictum nobis ex uariis rebus ſumminiſtrat: ſapiẽtiãq; homini tribuit q̃ terrenus pater dare nullo mo
do poteſt: ideoq; & de ſapientibus ſtulti: de ſtultis ſapientes ſæpe naſcuntur. Quod quidem fato ac ſi-
deribus aſſignant: ſed inepti ſunt qui hanc potentiam deo detrahunt & operibus eius attribuũt. Hæc
C de octauo Lactantii. Sequuntur nunc de Nono & ultimo, ſcilicet de Ira dei.

Ex Nono libro Lactantii de ira dei autoritates Incipiunt.

Nimaduerti ſæpe plurimos id exiſtimare: quod etiam nonnulli philoſophorũ putauerunt
non iraſci deum. ſed ſæpe philoſophi per ignoranti ueritatis a ratione diſceſſerunt: atq; in
errores inciderunt inextricabiles. Id enim ſolet iis euenire: ꝙ uiatori uiam neſcienti non fa
tenti ſe ignorare ut uagetur: dum percunctari obuios erubeſcit: unum illud extremum ſu-
pereſt: in quo ſolo poſſit ueritas inueniri: quod a philoſophis nec ſuſceptum eſt unq̃: nec aliquãdo de
fenſum: conſequens eſt ut iraſcatur deus quoniam gratia cõmouetur. Hæc tuenda nobis & aſſerenda
ſententia eſt. In ea. n. ſumma oĩs & cardo religiõis pietatiſq; uertitur. Nam neq; honor ullus deberi po
teſt deo: ſi nihil ꝑſtat colenti: Nec ullus metus ſi non iraſcatur non colenti. Nam accidẽtibus malis af
flicti hoĩes ad deũ plerũq; cõfugiunt: mitigant: obſecrãt: credentes eũ poſſe ab his iniuriis propulſare.
Habet igitur cauſam miſerandi deus. nec enim tã ĩmitis eſt hominũq; contemptor: ut auxilium labo-
rantibus deneget. Item plurimi quibus perſuaſum eſt deo placere iuſticiã: eũq; quia ſit dominus ac pa
rens omniũ uenerãtur & precibus aſſiduis & frequẽtibus uotis dona & ſacrificia offerunt: nomẽ eius
laudibus proſequuntur. Ergo eſt propter quod deus & poſſit & debeat gratificari. Cõtra autem ſunt
aliqui facinoroſi & nepharii: qui oĩa libidinibus polluãt: cædibus uexẽt: fraudẽt: rapiant: periurãt: nec

consanguinibus nec parentibus parcant:leges & ipsum deum etiam negligant.Habet igitur ira in deo materiam.Non est enim fas eũ cum talia fieri uidet non moueri & insurgere ad ultionẽ sceleratoꝝ:& pestiferos nocentesq; delere:ut bonis omnibus consulat:adeo & in ipsa ira non inest gratificatio.Gratia igitur & ira & miseratio habent in deo materiam:rectęq; illis utitur summa illa & singularis potestas ad rerũ conseruationẽ.Vnde apud Sibyllam Erythræã de summo & cõditione reꝝ deo huiusmodi uersus reperiunt.Incorruptibilis conditor æternus ĩ aere habitãs bonis bonũ ꝓferẽs & multo maiorem mercedẽ.Iniustis aũt malis iram & furorẽ excitans.Rursus alio loco enumerans qbus maxime facinoribus incitet deus hac intulit.Fuge religiones ĩpias & uiuo deo serui.Ab adulterio te abstine:& a masculorum indiscreto concubitu:propriam stirpẽ educa neq; occide.Etenim deus ĩmortalis irascitur qsquis peccarit.Indignat ergo aduersus peccatores.Deinde alia Sibylla cælestiũ terrestriũq; genitorẽ diligi oportere denuntiat:ne ad ꝓdendos homines indignatio eius insurgat:in hæc uerba.Nequã do natus deus ĩmortalis destruat uitã & stirpem ĩpudentem:opus est amare deũ genitorem sapiẽtem qui semp est.Non enim putemus cælestis ĩperii maiestatẽ sine ira & metu posse consistere.Apollo Milesius de iudæorum religione consultus responso hæc ĩdidit.Deũ uero regem & genitorem ante oĩa: quem terra contremiscit & cælum ac mare tartaræq; latebræ & dæmones horrent.Consulat unusq; que affectus suos.iam intelliget neminem posse sine ira & castigatiõe imperio subiugari. Vbi ergo ira non fuerit:Imperiũ quoq; non erit deus autem habet imperiũ ergo & irã qua constat imperium habe at necesse est.Quæ ira diuina in æternum manet aduersus eos qui peccant in æternũ.placatur aũt nõ thure.non hostia:non præciosis muneribus:quæ omnia sunt corruptibilia:sed morum emendatione & qui peccare desinit iram dei mortalem facit.Idcirco enim non ad præsens noxiũ aliquem punit: ut habeat homo resipiscendi sui facultatẽ.Deus itaq; qui irascit non in totũ prohibet iram: quia is affectus necessario datus est:sed prohibet in ira ꝓmanere.Ira enim mortalium debet esse mortalis: nam si maneat confirmantur inimicitiæ ad ꝓnitiẽ sempitærnã deinde rursus hominẽ irasci quidẽ sed tamen non peccare præcipit non utiq; euellit iram radicitus sed tẽperauit ut in omni castigatione modũ ac iustitiã teneremus.Qui ergo irasci nos iubet ipse utiq; irascit:qui placari celerius præcipit:est utiq; ipse placabilis.Sed quomodo?Qui peccant sæpe fælices sunt:& qui pie uiuunt sæpe miseri:quia & fugitiui & abdicati libere uiuunt:& qui sunt sub disciplina patris & domini strictius frugaliusq;.Virtus.n. per mala & probatur & constat:uitia per uoluptatem.Nec tamen ille qui peccat sperare debet perpetuam impunitatem:quia nulla est perpetua fælicitas:sed scilicet ultima semper expectanda dies homini:diciq; beatus ante obitũ nemo supræmaq; funera debet.ut ait poeta non insuauis:exitus é q arguit fælicitatẽ:& nemo iudiciũ dei põt nec uiuus effugere nec mortuus.Habet enim potestatem & uiuos ꝓcipitare de summo:& mortuos æternis afficere cruciatibus.Immo inquit si irascitur deus statĩ debuit uindicare & pro merito quéq; punire.At enim si id faceret nemo supesset.Nullus est enĩ q nihil peccet:& multa sunt qui ad peccandum irritent.ætas.uiolentia.egestas occasio ꝓmium:adeo subiecta est peccato fragilitas carnis qua induti sumus:ut nisi huic necessitati deus ꝓceret: nimiũ fortasse pauci inuenirent.ꝓpter hanc cãm patientissimus est:& irã suã continet.Nam quia ꝓfecta est in eo uirtus necesse est patientiam quoq; eius esse ꝓfectã quæ & ipsa uirtus est.Quãmulti ex peccatoribus iusti posterius effecti sunt.ex malis boni.ex ĩprobis continentes:q̃multi in prima ætate turpes & oĩm iudicio dãnati:postmodũ tamẽ laudabiles extiterunt:qđ utiq; non fieret si omne peccatũ pœna sequeret.In tanta igit ĩpietate hominũ tantisq; peccatis:id assequit patiẽtia dei:ut se ipsi hoĩes dãnatis uitæ prioris erroribus corrigant:deniq; ut boni fiant iustiq; multi:& abiectis terrenis cultibus maiestatẽ dei singularis agnoscant:Sed cũ maxima & utilissima sit dei patientia:tũ q̃is sero noxios punit:nec patitur longius ꝓcedere cũ eos inemẽdabiles ꝓuiderit.Hic fortasse quærit aliquis.Vnde ad hominẽ peccata puenerint:aut quæ prauitas diuini instituti regulã ad peiora detorserit:ut cũ sit ad iustitiã genitus operatamen efficiat iniusta.Nam constat deum simul proposuisse bonum ac malum: & bonum diligere: & malũ quod huic repugnat odisse:sed ideo malũ permisisse ut & bonũ emicaret:quod alterum sine altero intelligimus constare non posse.Deniq; ipsum mundũ ex duobus elementis repugnantibus & ĩuicem copulatis esse concretum igneo & humido:nec potuisse lucẽ fieri nisi & tenebræ fuissent:quare nec supum põt esse sine infero nec oriẽs sine occidẽte:calidũ sine frigido.nec molle sine duro:Sic & nos ex duobus æquè repugnantibus compacti sumus aĩa & corpore:quorum alterum ascribitur igni: quia tenue est & intractabile.alterum terræ:quia comp̃hensibile est:alterũ solidũ & æternum est;alterum fragile & mortale.Ergo alteri bonum adhæret:alteri malum:alteri lux:uita:iustitia:alteri mors. tenebræ.iniustitia hinc extitit in hoĩbus naturæ suæ deprauatio:ut esset necesse cõstitui legẽ qua posſent & uitia prohiberi:& uirtutis officia ĩpetrari.Cũ igitur sint in rebus humanis & bona & mala: necesse est ĩ utranq; partẽ moueri deum & ad gratiam cum iusta fieri uidet:& ad iram cũ cernit iniusta. Ideo dedit deus homini aduersariũ nequissimũ & fallacissimũ spiritũ cũ quo in hac terrestri uita sine ulla securitatis requie dimicaret: quia uirtus esse nõ potuit:nisi fuerit cõpar aliqs ĩ quo superãdo uim suã uel exerceat uel ostendat.Nam ut uictoria constare sine certamine nõ põt sic nec uirtus ipsa quidẽ sine hoste.Itaq; quoniam uirtutẽ dedit homini statuit illi ex cõtrario inimicũ:ne uirtus ocio torpens naturam suam perderet.Noluit enim deus hominem ad ĩmortalem illã beatitudinem delicato itinẽr peruenire. Daturus igitur uirtutem dedit hostem prius:qui animis hominũ cupiditates & uitia ĩmit-

teret:qui eſſet autor erroꝝ malorumq; oium machinator:ut quoniã hoiem deus ad uitam uocat:ille
D contra ut rapiat & traducat ad mortẽ.Si conſideret aliquis uniuerſam mundi adminiſtrationẽ itelli-
get ꝓfecto q̃ uera ſit ſententia ſtoicoꝝ:qui aiunt noſtra cã mundũ eſſe cõſtructũ. Omnia enim q;bus
conſtat quæq; generat ex ſe mũdus ad utilitaté ſolius hois accõmodata ſunt.hõ igne utiẽ ad uſum ca
lefaciendi:& luminis:& molliẽdoꝝ ciboꝝ:ferriq; fabricandi.Vtiẽ fontibus ad potũ & ad lauacra.flu
minibus ad agros irrigandos:terminádaſq; regiones.Vtiẽ terra ad ꝓcipiẽdũ frugũ uarietatẽ.planis ad
ſegetẽ.collibus ad cõſerenda uineta.montibus ad uſus arboꝝ atq; lignoꝝ.Vtiẽ mari nõ ſolum ad cõ
mercia & copias ex longinquis regionibus pferẽdas:ueruẽtiã ad ubertatẽ oĩs generis piſcium.Quod ſi
his elemẽtis utiẽ quibus é ꝓximus:nõ eſt dubiũ quin & cælo:quoniã & cæleſtiũ reꝝ officia ad fertili
tatẽ terræ ex qua uiuimus tẽperata ſunt.Sol.n.aut oriens diẽ ꝓmit ad laboré:aut occidens noctẽ ſup-
inducit ad requiẽ:& tamẽ abſceſſu longius ad meridiẽ tamẽ acceſſu ꝓpius ad ſeptẽtrionem:hiemis &
æſtatis uiciſſitudines facit:ut hibernis ĩbribus & pruinis ubertate terrã pigueſcat:& æſtiuis caloribus
herbæ fruges maturitate duréter uel q̃ ſunt ĩ humidis ĩcocta & feruefacta miteſcant.Luna quoq; no-
cturni tẽporis gubernatrix:amiſſi ac recepti luminis uicibus menſtrua ſpacia moderaẽ:& cæcas tene-
bris horrentibus noctes uulgore ſuæ claritatis illuſtrat:ut æſtiua itinera.& expeditiões.& opera ſine
labore ac moleſtia confici poſſint.Aſtra & cætera uel ortu uel occaſu ſuo certis ſtationibus oportuni
tates tẽpoꝝ ſumminiſtrãt:ſed & nauigiis quoq;:ne nimis errabũdo curſu p ĩmẽſum uagarenẽ regimẽ
ꝓbẽt:cũ ea rite gubernator obſeruãs ad portũ deſtinatũ littoris ꝓuehaẽ.Vẽtoꝝ ſpiritu attrahunẽ nu
bes:ut fata ĩbribus irrigenẽ:ut uites fætibus:arbuſta pomis exuberẽt.Similiter & muta intelligimus
eodẽ mõ in uſum hois a deo facta:partim ad cibos:partim ad ueſtitũ:partim ad opis auxilia. ut clarũ
ſit diuinã ꝓuidentiã:reꝝ & copiaꝝ abundantia hominum uitam inſtituere atq; ornare uoluiſſe. Ob
eamq; cãm & aerẽ & uolucribus:& mare piſcibus.& terrã quadrupedibus ĩpleuit. Nũc ſi deus omnia
hominũ cauſa fecit:cur multa contraria & inimica & peſtifera reperiunẽ tam in terra q̃ ĩ mari.Cui q̃-
ſtioni breuiter reſponderi poterit hũc in modũ.Deus cũ formaſſet hoiem ueluti ſimulacrũ ſuũ quod
erat diuini opificii ſummũ inſpirauit ei ſapientiam ſoli:ut oĩa ĩperio & dictioni ſuæ ſubiugaret.oĩbuſ
que mundi cõmodis uteréẽ.Propoſuit tamen bona & mala quia ſapientiã dedit cuius oĩs ratio in di-
ſcernendis bonis ac malis ſita eſt.Non poteſt enim q̃ſq̃ diligere meliora & ſcire quid bonũ ſit niſi ſciat
ſimul reiicere ac uitare q̃ mala ſunt.Inuicẽ ſibi alterutrũ cõnexa ſunt:ut ſublato alterutro utrunq; ſit
tolli neceſſe.propoſitis igitur bonis maliſq; tum demũ opus ſuum peragit ſapientia: & quidem bonũ
appetit ad utilitatem.malũ reiicit ad ſalutẽ.Ergo ſicut bona ĩnumerabilia data ſunt quibus frui poſ-
ſet:ſic & mala quæ caueret.Nam ſi malũ nullũ ſit periculũ:nihil deniq; quod ledere hominem poſſit:
tolliẽ oĩs materia ſapientiæ.nec erit neceſſaria homini.poſitis enim tantummodo in cõſpectu homi-
nis quid opus eſt cogitatione.intellectu ſcientia rõne.quocũq; porrexit manũ id naturæ aptũ & accõ
modatũ ſit. Vides ergo magis propter mala opus eſſe ſapiẽtia quæ niſi fuiſſent ꝓpoſita rõnale animal
non eſſemus poſſẽt autẽ deus mala tollere ſed non uult quia ſapientiã ſimul attribuit.& plus eſt boni
& iucunditatis in ſapientia q̃ in malis moleſtiæ.Sapientia enim facit ut etiã deũ cognoſcamus & ꝑ eã
cognitionẽ ĩmortalitatẽ aſſequamur quod eſt ſummũ.Itaq; niſi prius malũ agnouerimus nec bonum
A poterimus agnoſcere.Cõſtat igitur omnia propter hominem propoſita tam bona q̃ & mala. Sicut de
us mũdum propter hominem machinatus eſt.ita ipſum propter ſe tanq̃ diuini templi antiſtitem: ſpe-
ctatorem operum rerumq; cæleſtium.Solus eſt enim qui ſentiens capaxq; rationis ĩtelligere poſſit de
um:opera eius admirari:uirtutem poteſtatemq; proſpicere.Idcirco enim conſilio mente.& prouiden-
tia inſtructus eſt.Ideo ſolus præter cæteras animantes rectus corpore & ſtatu factus eſt ut ad contem
plationem parentis ſui excitatus eſſe uideatur.Ideo ſermonem ſolus accepit ac linguam cogitationis
ĩterprætem ut enarrare maieſtatẽ domini ſui poſſit.poſtremo idcirco ei cuncta ſubiecta ſunt ut facto
ri ac artifici deo eſſet ipſe ſubiectus.Si ergo deus hominẽ ſuum uoluit eſſe cultorem: utiq; iuſtiſſimũ
eſt & eum amare hominem qui ſit nobiſcum diuini iuris ſocietate coniunctus.nec enim eſt fas culto
rem dei a dei cultore uiolare.unde intelligimus religionis ac iuſtitiæ cauſa hominem eſſe figuratum.
Cuius rei teſtis eſt Mar. Tul.in libro de legibus ita dicens.Sed omnium quæ in doctorum hominum
diſputatione uerſantur nihil eſt profecto præſtabilius q̃ plane intelligere nos ad iuſtitiam eſſe natos.
Quod ſi eſt ueriſſimum.deus ergo uult omnes homines eſſe iuſtos.Idem deum & hominem caros ha
bere:deũ ſcilicet honorare tanq̃ patrẽ.hoiem diligere uelut fratrẽ.In his.n.duobus tota iuſtitia conſi
ſtit.Qui ergo aut deũ nõ agnoſcit:aut homini nocet iniuſte & cõtra naturã ſuã uiuit:hoc mõ rũpit ĩ-
B ſtitutũ legẽq; diuinã.Debemus igiẽ deũ oẽs & amare ꝙ pater eſt.& uereri ꝙ dominus:& honorificare
ꝙ beneficus:& metuere ꝙ ſeuerus. Vtraq; ꝑſona ĩ eo uenerabilis.Quis ſalua pietate nõ diligat animæ
ſuæ parentẽ:aut quis ĩpune cõtemnat eũ qui reꝝ dominator habeat in oẽs uerã & æternã poteſtatẽ.
Si patrem conſideres ortum ad lucem nobis qua fruimur ſumminiſtrat:per illum uiuimus: per illum
in hoſpitium mundi huius intrauimus.Si deum cogites ille nos innumerabilibus copiis alit. ille ſuſtẽ
tat.in huius domo habitamus huius familia ſumus:&ſi minus obſequẽtes q̃ decebat minuſq; q̃ offen-
ſa domini & parentis immortalia merita poſcebant:tamen plurimum proficit ad ueniam conſequen-
dam:ſi cultum eius notiõeq; teneamus:ſi abiectis humilibus terreniſq; tam rebus q̃ bonis: cæleſtia &
diuina ſempiterna meditemur.Quod ut facere poſſimus deus nobis ſequendus eſt:deus adorãdus &

diligendus:quoniam in eo est materia rerum & ratio uirtutū & fons bonorum. Quid enim deo aut potentia maius:aut ratione perfectius:aut claritate luculentius? Qui quoniā nos ad sapientiā genuit. ad iustitiam ꝓcreauit:nō est fas hominem relicto deo sensus ac uitæ datore:terrenis fragilibusq; famu lari:aut quærendis temporalibus bonis inhærentem ab innocentia & pietate discedere. Non faciunt beatum uitiosæ ac mortiferæ uoluptates.non opulentia libidinum irritatrix. non inanis ambitio.nō caduci honores:quibus illaqueatus animus humanus & corpori mancipatus æterna morte damnat̄. Sed sola innocentia.Sola iustitia:cuius legitima & digna merces est immortalitas quam statuit ī principio deus sanctis & incorruptis mentibus:quæ se a uitiis & ab omni labe terrena integras inuiolatasque conseruant.huius præmii cælestis ac sempitærni particeps esse nō possunt.qui fraudibus:facinoribus.rapinis.circunscriptionibus conscientiam suam polluerunt: quicq; iniuriis hominum.nephariis cōmissis indelibiles sibi maculas contraxerunt. Proinde uniuersos oportet qui sapientes qui homīes merito dici uolunt fragilia cōtēnere terrena calcare.humilia despicere.ut possint cum deo beatissima necessitudine copulari.Auferatur impietas.discordiæ. dissensionesq; turbulētæ.ac pestiferæ sopiant̄. quibus humanæ societates & publici fœderis diuina coniūctio dirimitur.disseptatur. Quantum possumus boni ac benefici esse meditemur.Siquid nobis opum fuerit: Siquid suppeti copiarū uidemus. non uoluptati unius sed multorum saluti impartiatur. Voluptas enim tam immortalis est q̄ corpus cui exhibetur ministeriū.Iustitia uero & beneficentia tā īmortales q̄ mens & anima:quæ bonis operi bus similitudinē dei assequitur.Sit nobis deus nō in templis sed in corde nostro cōsecratus:destructabilia sunt oīa quæ manu fiunt.Mundemus hoc templum:quod non fumo.non puluere.sed malis cogitationibus sordidatur:quod non cereis ardentibus sed claritate ac luce sapientiæ illumīatur.In quo si semper deum crediderimus esse præsentem:cuius diuinitati secreta mentis patēt: ita uiuemus ut ꝑpicium semper habeamus:& nunq̄ uereamur iratum.Hæc de L actātio firmiano:in quo ꝑplixiori scribendi stilo fimbrias dilatauit:ut esset de opere nostro:ex quo theologus & physicus & philosophus cō solationem ac fructum excerpere possit.

Ex Macrobio super somnum Scipionis Autoritates incipiunt.

C Erum omnium Plato & actuū naturā penitus inspiciens aduertit in omni sermōe de reip. institutione constituto:infundendum animis iustitiæ amorē:sine qua non solum resp. sed nec exiguus hominum cœtus:nec domus quidē parua cōstabit. Ad hunc porro iustitiæ affectum pectoribus incudendum nihil æque patrocinatum uidit:quam si fructus eius non uideretur cum uita hominis terminari:hunc uero superstitem post hominem durari qui non poterat ostendi nisi prius de immortalitate animæ constaret.Solæ autem uirtutes sunt quæ immortalem beatumq; faciunt:nullaq; alia quisquam uia hoc nomen adipiscitur. Vnde qui æstimant nullis nisi philosophantibus inesse uirtutes:nullos ꝑter phōs beatos eē ꝓnunciāt.Agnitionē enī rerū diuinarꝝ sapiētiam ꝓprie uocantes.eos tantūmodo dicūt esse sapientes qui supna acie mentis requirūt & quærēda sagaci diligentia cōpræhendunt:& quantū uiuendi perspicuitas ꝑstat imitant̄.Et in hoc solo eē aiunt exercitia uirtutū.Quarꝝ sic officia dispēsant prudentiæ eē mundū istum & omnia quæ in mundo in sunt diuinorum contemplatione despicere:omnēq; animi cognitionem in sola diuina dirigere. Temperantiæ oīa relinquere:oīa inquātum natura patit̄ quæ corporis usus requirit. fortitudinis aīam nō terreri:a corpore quodāmodo ductu philosophiæ recedēte nec altitudine perfectæ ad superna ascensionis horrere.Iustitiæ ad unā sibi huius ꝓpositi cōsentire uiā uniuscuiusq; uirtutis obsequium. Atq; ita fit ut secundū hoc tā rigidū diffinitionis abruptum:rerum publicarum rectores beati esse nō possunt.Sed Boatinus inter philosophiæ professores cū Platone prīceps in libro de uirtutibus gradus earum uera & naturali diuisionis ratione compositos per ordinem digerit.Quattuor sunt īquit quaternarum genera uirtutū.Ex his primæ politicæ uocantur.Secūdæ purgatoriæ.Tertiæ animi iam purD gati.Quartæ exemplares.Et sunt politicæ hominis quia sociale animal est his boni uiri reipu.consulunt.urbes tuentut.parentes uenerantur. liberos amāt.proximos diligunt.his ciuium salutem gubernant.his socios circunspecta ꝓuidētia protegunt iusta liberalitate deuincunt. Et pollitici est prudentia ad rationis normam:quæ cogitat quomō agit uniuersa dirigere ac nihil ꝓter rectum uelle uel facere humanisq; actibus tanq̄ diuinis arbitriis ꝓuidere.Prudentiæ aūt insunt.Ratio & ītellectus. circunspectio.prouidentia.docilitas.cautio.fortitudinis:animum supra periculi metum agere:nihilq; nisi turpia timere.tolerare fortiter uel aduersa uel prospera. Fortitudo præstat magnanimitatem. fiduciam.constantiam.securitatem.magnificentiam.tolerantiam.firmitatem. Temperantiæ nihil appetere:penitendum in nullo: legem rationis non excedere:subiugo rationis cupiditatem domare. TemE perantiam sequuntur. Modestia. uerecundia. abstinentia.castitas. honestas. moderatio. parcitas. sobrietas.pudicitia.Iustitiæ est seruare unicuiq; quod suum est.De iustitia ueniunt Innocētia. amicitia. concordia.pietas.religio.affectus.humanitas.His uirtutibus uir bonus primum sui & suorum: deinde reipublicæ rector efficitur:Iustæ ac prouide gubernans:humana non deserens. Secundæ quas purgatorias uocant hominis sunt qui diuini capax est:solumq; animum eius expediunt:qui decreuit se a corporis contagione purgare:& quadam humanorum fuga solis sese inferre diuinis.Hæ sunt ociosoA rum qui rerumpublicarum actibus se sequæstrāt.Harum quid singulæ uelint superius expræssimus cum de uirtutibus philosophantium diximus:quas solas existimauerunt quidā esse uirtutes. Tertiæ

ſunt purgati iam defæcaticq; animi & ab omni mundi huius aſpergine præſſe puræq; deterſi. Illic prudentiæ eſt diuina nō quaſi in electione præferre ſed ſola ineſſe: & habere tanq̄ nihil ſit aliud intueri. Temperantiæ terrenas cupiditates non reprimere ſed penitus obliuiſci. Fortitudinis paſſiones ignorare non uincere ut neſciat iraſci, cupiat nihil. Iuſticiæ ita cū ſuperna & diuina mente ſociari: ut ſeruet
B perpetuum cum ea fædus imitando. Quartæ ſunt quæ in ipſa diuina mente conſiſtunt. Illic prudentia eſt mens ipſa diuina. Temperantia q̄ in ſe perpetua intentione conuerſa eſt. Fortitudo q̄ ſemp idē eſt nec aliquando mutatur. Iuſticia quæ perenni lege a ſempitærni operis ſui continuatione nō flecti tur. Hæc ſunt quaternarum quattuor genera uirtutum: quæ p̄ter cætera maximā in paſſionibus habent differētiam ſui, paſſiones ut ſciamus uocant̄: quod homīes metuūt, cupiunt, gaudētq; dolentq;: has primæ moliūt: ſecundæ auferunt, tertiæ obliuiſcunt̄. In quartis nephas eſt noīari. Si ergo hoc eſt officium uirtutis beare: conſtat & polliticas eſſe uirtutes. Igitur & de polliticis efficiunt̄ beati. Iure ergo Tullius de rerumpub. rectoribus dixit: ubi beati æuo ſempitærno fruant̄. Illa autē ſola iuſta ē mul
C titudo: cuius uniuerſitas in legū conſentit obſequiū. Philoſopho fabulā nō oportet cōfingi: quoniam nullū figmenti genus ueri poſſeſſoris conuenit. Nō enim in omni diſputatōe phī admittunt fabuloſa uel illicita ſed his uti ſolēt: cū uel de anima uel de ethiris aeriſq; ptātibus: uel de cæteris diis loquūtur.
D Cæterū cum ad ſummū deum & principem oīum qui apud græcos piotoſoton nūcupat̄ tractatus ſe audet attollere: uel ad mentē quam græci nun appellant originales rerum ſpēs: quā dicunt cōtinentē & ex ſummo natam & p̄fectā deo: cū de his inquā loquuntur ſummo deo & mente: nihil fabuloſum penitus attingunt. ſed ſiquid de his aſſignare conetur quæ nō ſermonē tātūmodo ſed cogitationē ſuperant humanæ naturæ ad ſimilitudines & exempla ꝓueniunt. Sic Plato cū de deo loqui eſſet anima tus: dicere quid ſit nō auſus eſt: hoc ſolum de eo ſciens quod ſciri quale ſit ab hoīe nō poſſit. Solem uero ei ſimillimū de uiſibilibus ſolū repperit: & per eius ſimilitudinē uiam ſermoni ſuo: attollēdo ſe ad non compræhenſibilia patefecit. Nā deus qui p̄ia cā eſt & uocat̄: unus oīum quæquæ ſunt & quæ uidentur eſſe p̄riceps & origo eſt: hic ſupabundanti canditate maieſtatis de ſe mentē creauit: hæc mens
E quæ nus uocatur qua patrē inſpicit plenā ſimilitudinē ſeruat autoris. Plenitudo enī proprie niſi diuinis rebus ſuperniſq; conuenit. Neq; enim corpus ꝓprie plenū dicitur: quod cū ſui īpatiens ſit effluendo: alieni appetens eſt hauriēdo: quæ ſi metallicis corporibus nō uſu ueniūt: nō tamē plena illa ſed ua
F ſca dicunt̄. Aīarum originē manare de cælo inter philoſophantes īdubitatæ cōſtat eſſe ſnīæ. Et hæc ē
G p̄fecta ſapiētia ut unde orta ſit de quo fonte uenerit recognoſcat. In hac uita delinquētes ſimiles ſunt ſuper æquale ſolū cadētibus quibus denuo ſine difficultate p̄ſto ſit ſurgere. Animas uero ex hac uita cum delictorum ſordibus recedētes æquādas his q̄ in abruptū ex alto p̄cipitiq; dilaſpi ſunt unde nūq̄ ſit facultas recedendi. Ideo ergo utendū eſt cōceſſis uitæ ſpaciis: ut ſit p̄fectæ purgationis maior facul-
H tas. Nā Plato duas hominis aſſerit mortes, quaꝝ unam naturā: uirtutes alterā p̄ſtant. hō enim moriē cum anima corpus relinquit ſolutū lege naturæ. Mori etiā dicimur cū aīa adhuc in corpore conſtitu ta corporeas illecebras philoſophia docete cōtēnit: & cupiditatū dulces īſidias: reliquaſq; oēs exuitur paſſiones. hanc ergo mortē dicit plato ſapiētibus appetendā. Illā uero quā oībus natura cōſtituit cogi uel accerſiri uel inferri uetat docens expectādū eſſe naturā, pari aūt cōſtātia mors nec uiuēs per naturam timēda eſt: nec cōtra ordīem cogēda naturæ. Hi uiuunt qui ex corporeis uinculis tanq̄ e carcere
I euolauerūt. Veſtra uero q̄ dicit̄ eē uita mors ē. De re manifeſta faſtidiū ꝓlixa aſſertatiōe generat̄. Nā lōgior facit ſermo faſtidiū. Comes ebrietatis obliuio ē. Opinionis ortus eſt memoriæ defectus. Profectum ulterius nō requirit qui ad ſuperna ꝓuenit. Hæc de primo Macrobii ſup ſomnū Scipiōis: ſequūtur de ſecundo. Oīs habitus animi cantibus gubernat̄. Nā dat cātus ſomnos adimitq;, necnō curas & īmutat & retrahit. Irā ſuggerit clæmētiā ſuadet. corporis quoq; morbis medeē. hīc eſt q̄ ægris p̄ſtātes
C p̄cinere dicunt̄. Et qd miꝝ ſi inter hoīes tāta muſicæ domīatio ē: ut aues quoq; uelut cygni aliæue id genus cātu ueluti quadā diſcipl'a ſuæ artis exerceāt. Nōnullæ uero aues uel terrenæ ſeu aq̄tiles beluæ īuitāte cātu ī retia ſæpe decurrūt. Iure igit̄ muſica capit̄ omne qd̄ uiuit: qa cæleſtis aīa qua aīatur uniuerſitas originē ſumpſit ex muſica. Mortuos quoq; ad ſepulturā ꝓſequi cū cantu oportere plurimaꝝ gentiū & regionū inſtituta ſanxerūt: pſuaſione hac qua poſt corpus animæ ad originē dulcedinis muſicæ. i. ad cælū redire credunt̄. Illa ſunt ꝓquirenda quibus uerba q̄ explanāda cæperis poſſint liquere:
L quia in re naturaliter obſcura q̄ in exponēdo plura q̄ neceſſe ē ſupinfundit addit tenebras nō adimit
M denſitatē. Virtutis fructū ſapiēs in ſcīa ponit: minus p̄fectus in gloria. unde ſcipio p̄fectionē cupiēs in
N ſundere nepoti autor ē illi: ut cōtētus ī ſcīæ p̄mio gloriā nō requirat. Motus animi ē bōi maliq; diſcretio: uirtutū amor, cupido uitiorum: ex quibus effluunt omnes inde naſcētium rerum meatus. Motus eius eſt quicquid iraſcimur: & in feruorem mutuæ colliſionis armamur: unde paulatim procedens rabeos fluctuat præliorum. Motus eius eſt q̄ in deſideria rapiamur: quod in cupiditatibus alligamur. Sed hi motus ſi ratione gubernentur proueniunt ſalutares: ſi deſtituantur in præceps & rapiuntur & rapiunt. Et hæc de ſecundo Macrobii ſuper ſomnum ¦ Scipionis. Incipiunt eiuſdem in Saturnalibus.

Ex Macrobio in Saturnalibus autoritates incipiunt.

O Vltas uariaſq; res in hac uita nobis natura conciliauit: ſed nulla nos magis q̄ eorum qui e nobis eſſent procreati caritate deuinxit: eamq; noſtram ī his educandis atq; erudiendis curam eſſe uoluit: ut parentes neq; ſi id quod cuperent ex ſententia cederet tantum ulla alia

enim modo præſtãtius: lauda quãputas ſpeciẽ portio a te laudabit mũdi. Admirare quã uoles temperantiam, ordinationem figuram: hic per hoc illud quodcũq; eſt iuenies eſſe laudãdus. Nam quid (oro te) ornatum atq; ordinatum uideri poteſt: quod nõ ab ipſius exẽplo ĩuitata ſit ratio. Vetus opinio eſt: atq; cogitationes omnium hominum inſedit deum eſſe, originis habere autorem: deumq; ipſum ſalutem eſſe & perſeuerantiam earũ quas effecerit rerum. Neq; ulla res eſt tam præſtantibus uiribus quæ uiduata auxilio ſui natura contenta ſit, hanc opinionẽ uates ſecuti profiteri auſi ſunt: omnia loue plena eſſe. Cuius præſentiam nõ iam cogitatio ſola ſed oculi & aures & ſenſibus ſubſtantia comprehendit. Rex igitur omnium & pater quem tantummodo animæ noſtræ oculi cogitationis uident: machinam iugiter per circuitum ſuis legibus terminatam, claram, & ſideribus lucentem, ſpecieſq; innumeras ab uno principio agitari iubet. Simile iſtuc eſſe bellicis rebus hinc liceat arbitrari. Nam cum bellũ tuba cecinit milites clangore incenſi: alius accingitur gladio alius clypeum capit. Ille lorica ſe induit. hic galea caput, uel crura ocreis inuoluit, hic temperat frenis equum: & iugales ad concordiam copulat. Et protinus unuſquiſq; competens capeſcit officium. Velites executionem adornant: ordines principes curant, equites ordinibus præ ſunt cæteri negocia q̃ facti ſunt agitãt. Cũ ĩ terra unius ducis ĩperio tãtus exercitus paret quẽ p̃fecerit: penes quẽ ẽ ſũma rerũ nõ aliter humanarũ & diuinarũ rerũ ſtatus agit: quãdo uno moderamĩe cõtẽta pẽſum ſui opis agnoſcũt: curaq; oĩbus occulta uis nullis oculis obuia: niſi q̃bus mẽs aciẽ ſuæ lucis ĩcẽdit. Nec hoc: uel illi ad mohẽdũ: uel nobis ad ĩtelligẽdũ obeſt. Cæterũ ea q̃ uel e cælo accidere oculis aduertimus: & aeré fieri ex aqua: ẽt illa a deo fieri credẽda ſunt. cuius tutela mũdi huius & cura ẽ. deo aũt nec triſtis nec oneroſa eſt ĩperii ſui cura. Nãq; ut eſt lex ciuitatis ſemel ꝓmulgata, ꝓpetuis obſeruationũ rõnibus fixa: ipſa q̃dẽ ĩmutabilis eſt. At eius arbitrio parentum mẽtes agitanť: nutuq; eius & dãnatiõe flectunť. Sors naſcẽtiũ obitorũ loco pullulat: & occidẽtiũ numerus naſcẽtiũ locum pãdit. Nãq; habitus ſic eſt: ut manibus extẽſis cælũ p̃cemur. Et hæc de habitudine mũdi ſiue de coſmographia L. Apuleii. Incipiũt nunc Oroſii.

Pauli Oroſii de ormeſta autoritates incipiunt.

Am & ĩ magna magni patriſſamilias domo cum ſint multa diuerſi generis aĩalia adimenta familiaris rei cõmoda: nõ eſt tamẽ canum cura poſtrema. Quibus ſolis natura ĩſitum ẽ uolũtariæ ad id quod præparanť urgeri: & p̃ ĩgenitam quãdam obediẽtiæ formulam: ſola diſciplina timoris expectatiõe ſuſpẽdi: donec ad peragẽdi licẽtiam nutu ſignoue mittãtur. habẽt. n. proprios appetitus: quãtum brutis excellẽtiores: tãtum hoĩbus propinquãtes: hoc eſt diſcernere, amare, ſeruire. Nam diſcernẽtes ĩter dominos atq; extraneos: nõ ſolum hos quos inſectãtur oderũt: ſed hos quos amãt zelant. Et amãtes dominum & domum nõ quaſi ex natura apti corporis uigilant: ſed ex naturæ cõſciẽtia ſoliti amoris ĩuigilãt. Vnde etiam miſtico ſacramẽto ĩ euangeliis ſacris: q̃ edãt micas catelli ſub mẽſa dominorum: & cananea nõ erubuit dicere: & dominus nõ faſtidiuit audir̃. Beatus etiam Tobias ducem angelum ſequẽs canẽ comitẽ habere nõ ſpreuit, lure ab inicio hoĩes per bona malaq; alternãtia exercenť: hũc modum ſentit quiſquis per ſe atq; in ſe humanum genus uidet. Ex abundãtia enim luxuria: ex luxuria fedæ libidines adoleuere. Enimuero cui placet obliuiſciť cui dolet meminit. Quiſquis nõ docet timorem dei propalatæ religionis ſtudio, Iræ eius ultionis terreať exemplo. Perpetuo ĩ uita ſua trãquillitatum & deliciorum ſereno aſſuefacti: ad omne uel modicũ obductæ ſolicitudinis nubilum commouenť. Hæc de primo; ſequũtur de ſecũdo. Neminem iam eſſe arbitror quem latere poſſit quin hominem ĩ hoc mũdo deus fecerit, unde etiam peccãte hoĩe mũdus arguiť: ac propter noſtram ĩtemperãtiam comprimẽdam terra hæc ĩ qua uiuimus defectu cæterorum aĩaliũ: & ſterelitate ſuorũ fructuũ caſtigať. Itaq; ſi creatura dei merito & diſpẽſatio dei ſumus: quis enĩ magis diligit q̃ ille qui fecit: quis aũt ordinatius regit q̃ is qui fecit & diligit: quis uero ſapiẽtius & fortius ordinare & regere facta poteſt q̃ qui & facienda prouidit, prouiſa perfecit: Quapropter oẽm poteſtatem a deo eſſe oẽmq; ordinatiõne: & q̃ nõ legerũt ſentiũt: & q̃ legũt cognoſcũt. Quod ſi poteſtates a deo ſunt quãto magis regna: a q̃bus reliquæ poteſtates ꝓgrediunť. Si aũt regna diuerſa: quãto equius regnũ aliq̃d maximũ cui reliquorũ regnorũ poteſtas uniuerſa ſubiiciť: quale a pr̃icipio babilonicũ: & deide macedonicũ fuit poſt ẽt Affricanũ: atq; ĩ fine romanũ q̃d uſq; ad nũc manet. Quicquid enim eſt opere & manu factum: labi & cõſumi uetuſtate capta cõfirmat: cuius ut primũ ĩperiũ ac potẽtiſſimũ extitit: ita & primũ ceſſit: ut ueluti quodã iure ſuccedentis ætatis debita poſteris traderet hæreditas. Ipſis quoq; eãdem tradendi formulã ſeruaturis. Quippe ocio diſcordiæ nutriunť: aut ubi neceſſitas ĩcubuit poſtpoſitis priuatis cauſis atq; odiis ĩ cõe cõſuliť. Expers cõſilii furor dolorem uirtutẽ putat: quãtũcũq; meditať ita tãtum ꝓmittit audacia. Sequunť de tertio eiuſdem. Philippus rex Macedonum pater Alexãdri: qui cum pridie q̃ occideret ĩterrogatus fuiſſet: q̃ finis homini magis eſſet optandus. Reſpõdiſſe ferť eũ eſſe optimũ q̃ uiro forti poſt uirtutũ ſuarũ glorias ĩ pace regnãti ſine cõflictatiõe corporis & dedecore animi: ſubitus & celer ĩopinato ferro potuiſſet accidere: q̃d ipſi mox cõtigit. Nec ab iratis diis quos ꝓpẽderat ſemꝑ quorũq; aras, tẽpla, & ſimulacra ſubuerterat: q̃ electiſſimã ut ipſi uidebať morte adipiſcereť potuit ĩpediri. Nã die nuptiarũ cũ ad ludos magnifice appatos: ĩter duos Alexandros filium generũq; cõtẽderet A pauſania nobili macedonũ adoleſcẽte ĩ anguſtiis ſine cuſtodibus circumuẽtus eſt. Aſſolent humanæ mutabilitati oĩa ſorde: præſentia. Nouitates rerum actu auditu; prurientibus: ipſa ẽt uita faſtidio eſt. Quippe græciæ ciuitates dũ imperare ſingule cupiunt

K imperiũ oẽs perdiderũt: oppreſſæ demũ ſeruiẽtes ſenſerũt. Præmit miſeros ĩter iniuriarum ſtimulos
ſuperfluus pauor: & ipſa quoq; diſſimulatiõe dolor creſcit. In magna malorum multitudine difficilli-
L ma dictis fides. Sequũtur nũc de quarto. Dixiſſe Aeneam Virgilius refert; cum poſt pericula ſua ſuorũ
que naufragia reſiduos ægre ſocios ſolaretur. Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. Hæc ſentẽtia ſe-
mel apte ficta ſemp uim ſui triplicẽ cũ diuerſiſſimis effectibus refert. Cũ & p̃terita tãto gratiora habẽ
tur ĩ uerbis: quãto grauiora referũtur ĩ geſtis. Et futura dum deſiderabilia faſtidio p̃ſentium fiũt ſem
per meliora credũtur. Ipſis aũt p̃ſentibus ob hoc nullã ĩ parte miſeriarũ iuſta compatio adhiberi põt:
qa multo maiore moleſtia afficiũt q̃tulacũq; ſint iſta q̃ ſunt: q̃ illa q̃ ſiue trãſacta ſiue uentura & ſi ma-
M gna dicũtur ĩterim tamẽ omnino nõ ſunt. Fruſtra de prole cura ẽ niſi rebus p̃ſentibus cõſolaẽ. Victo-
riæ gloriã maculant damna uictoris: niſi forte cũ adeo pauci cadũt: ut admiratione terroréq; uirtutis
augeat paucitas p̃ditorũ. Si glorioſum eſt duci & patriæ plurimos hoſtes ĩteremiſſe: quãtomagis lætũ
patriæ & duci beatũ põt uideri: ſuorũ uel nullos uel pauciſſimos perdidiſſe. Tribulatiões & plagæ & ſi
N plerúq; per aereas poteſtates fiunt: tamẽ ſine arbitrio omnipotẽtis dei omnino nõ fiũt. Adiicitur præ-
O ſentibus malis triſtior fama. Diſcordia ĩfæliciter exagitãte: nulla unq̃ tẽpora uel p̃ſpera uel domi quie
ta dicũtur. Quia maligni atq; ĩuidi uitioſo oculo uidẽt quæ uidẽt. atq; ideo duplicia illis uidenẽ quæ
uident. Et confuſi caligine nequiciæ in id cadunt ut minus uidendo plus uideant cum tamẽ id quod
eſt ita ut eſt uidere non poſſunt. In tantum enim captum cor obliquat inuidia: ut rectum natura non
P uideat. Fortis in alterutrum deſperatio in meliora proficit. Sequuntur de quinto. Maiores noſtri bel-
Q la geſſerũt: bellis fatigati pacem petẽtes tributa obtulerũt. Tributum præcium pacis eſt. Nos tributa
R depẽdimus ne bella patiamur. Nihil perdidi ubi nihil amaui: totumq; habeo quando quem diligo eſt
S mecum. Cõſiderationem furor adimit. Sequũtur de ſexto. Omnes homines cuiuſlibet ſectæ uel uitæ
T uel patriæ ita ſemper ad proſpectum prudẽtiæ naturali bono erigũtur: ut oblectamẽto corporis rõna
le mẽtis & ſi nõ actu præferãt iudicio tamẽ præferẽdum ſciãt. Quæ mẽs ratione duce illuſtrata ĩ ſciẽ-
tiam dei quaſi artem proſpicit deum enim quilibet hominum cõtemnere ad tẽpus poteſt neſcire non
põt ĩ totũ: quippe nã & philoſophi dũ intẽto mẽtis ſtudio quærũt ſcrutãturq; oĩa. Vnũ deũ autorẽ oĩ
um reperierũt ad quẽ unũ oĩa referũtur. Nã & ubi rõcinatio deficit fides ſubuenit: niſi enim credide-
V rimus nõ ĩtelligemus. Ab ipſo audias ipſiq; deo credas quod uerũ uelis ſcire de deo. O quãta & q̃ inof-
fenſa lux ueritatis eſſet: ſi nõ aduerſus eam ultro ſe offerẽtem ĩbecilli ĩfæliciter oculi clauderentur. Se-
X quũtur de ſeptimo & ultimo. Vere ignis ardẽs chriſtus. quẽ ſequiẽ illuminaẽ: qui tẽptat exuriẽ. Ipſe ẽ
Y chriſtus chriſtianorũ caput. ſaluator bonorũ. malorũ punitor. iudex oĩum: qui formã ſub ſe cũctis uer-
bo & opere iſtituẽs: quo magis doceret patiẽtes ĩ perſecutionibus quas pro uita æterna acciperẽt eſſe
oportere. Mox ut uirginis partu editus mũdo apparuit a paſſionibus ĩcepit. Nãq; eũ rex iudeæ Hero-
des ſimul ut natum comperit necare decreuit: plurimoſq; tũc paruulos dum unum ĩſectatur occidit
hic malignis improbe incurrentibus digna punitio eſt. hic ĩquãtum tranquille agitur mũdus creden-
tium gratia: inquantum pernicioſe ĩquietatur blaſphemãtium pæna eſt. Securus per omnia fidelibus
chriſtianis quibus aut æternæ uitæ requies ĩ tuto: aut ẽt huius ĩ lucro ẽ. Cito aũt ira dei ĩ miſericordi
Z am uertiẽ: ut ceptæ ultionis maior forma q̃ pæna ĩ mẽſuram plenitudinis reputeẽ. Qui deus ut unus
unã fidẽ tradidit. unã eccleſiã toto orbe diffudit hãc aſpicit. hãc diligit. hãc defendit: quolibet ſe quiſ-
quis nomine tegat. Si huic nõ ſociaẽ alienus. Si hãc ĩpugnat inimicus ẽ. Maligna aũt ſemp aduerſus de
um uerũ diabolica ĩſectatio: q̃ ab inicio mũdi uſq; ad nũc a ſincero fidei religioniſq; tramite: effuſis er
rorum nebulis lubrica hominum corda perturbat poſtq̃ chriſtianis ĩperatoribus ſummã regiæ pote-
ſtatis ĩ meliora uertẽtibus: eccleſiam chriſti zelo idolatriæ perſequi deſiſtit: aliud machinãtium genus
aa quo per eoſdem chriſtianos ĩperatores chriſti eccleſiã uexaret ĩuenit. Ob hoc ab inicio creatum & in-
ſtitutum humanum genus ut ſub religione cum pace ſine labore uiuens fructu obedientiæ æternita-
tem p̃mereẽ. Inter ſacra cõtinua paganorũ ĩceſſabilibus cladibus nullus finis ac nulla requies fuit: niſi
A cum ſaluator mũdi chriſtus illuxit: cuius aduẽtu prædiſtinata fuit imperii romani pax. Boni paſtoris
B eſt tondere pecus non deglutire. Sapiens nominãdus ẽ q̃ animi uires trãq̃llis ſtudiis accõmodat. Publi
cas ĩterdici leges nõ oportet ſine q̃bus reſpublica nõ ẽ reſpublica. Incipiũt nunc uictruuii autoritates.

Victruuii de architectura autoritates incipiunt.

C Tenim natus infans ſine nutricis lacte non poteſt ali: neq; ad uitæ creſcentis gradus perdu
ci: ſic ciuitas ſine agris & eorum fructibus in mœnibus affluentibus nõ poteſt creſcere nec
ſine abundantia cibi frequentiam habere: populumq; ſine copia tueri. Hæc ex ſecundo Vi
D ctruuii: quia de primo nihil occurrebat: ſequũtur de tertio eiuſdẽ. Delphicus apollo ſocra
E tem oĩum ſapiẽtiſſimũ pythiæ reſpõſiõis eſt profeſſus. Is aũt memoraẽ prudẽter doctiſſimeq; dixiſſe:
oportuiſſe hoĩum pectora feneſtrata & apta eſſe: uti nõ occultos haberẽt ſenſus ſed patẽtes ad cõſide-
randũ. Vtinam uero rerũ natura: ſentẽtia eius ſecuta explicata & apparẽtia ea cõſtituiſſet. Si enim ita
fuiſſet nõ ſolum laudes & uitia aĩorum ad manum aſpicerẽtur: ſed etiam diſciplinarũ ſciẽtiæ ſub ocu
lorum cõſideratiõe ſubiectæ: nõ ĩcertis ĩdiciis probarẽtur: ſed & doctis & ſciẽtibus autoritas egregia
& ſtabilis adderetur. Igitur quoniam hæc non ita ſed uti natura rerum uoluit ſunt conſtituta non eſti
citur ut poſſint homines obſcuritatis ſub pectoribus: ingeniis ſcientias artificiorum penitus latentes
F quẽadmodũ ſunt indicare. Hæc de tertio: de quarto & quinto nihil ſe obtulit: ſequuntur de ſexto. Ea

uera ꝓsidia sunt uitæ quibus neq; fortunæ tẽpestas iniqua,neq; publicarum rerum mutationeq; belli uastatio põt nocere.Nõ minus ea sententia augendo theophrastus: Hortando doctos potius esse q̃ pecuniæ cõfidentes.Ita ponit doctũ ex oĩbus solũ neq; ĩ alienis peregrinũ neq; in amissis familiaribus & necessariis inopem amicoꝝ sed in omni ciuitate eé ciuem,difficileq; fortunæ sine timore posse dẽ spicere casus.Atqui non doctrinarum sed fælicitatis ꝓsidiis putaret se eé uallatũ:labidis itineribus uadentem:non stabili sed infirma cõflictari uita.Epicurus uero nõ dissimiliter ait,pauca sapientibus fortunam tribuere:quæ autem maxima & necessaria sunt animi mẽtisq; cogitationibus gubernari.Omnia enim munera fortunæ cũ dantur:ab ea faciliter adimuntur: disciplinæ uero coniunctæ cum animis nullo tempore deficiũt:sed ꝑmanent stabiliter ad summũ exitũ uitæ.Sequunt̃ de septimo eiusdẽ. G
Maiores tũ sapienter tũ etiam salubriter sic instituerũt ꝑ cõmentarioꝝ relationes cogitata tradere posteris ut ea nõ interirent:sed singulis ætatibus crescentia uoluminibus editis gradatim ꝓuenirent uetustatibus ad summã doctrinaꝝ subtilitatẽ. Itaq; nõ mediocres sed infinitæ sunt his agendæ gratiæ. q̃ non inuidi ore silentes prætermiserunt:sed oĩum generum sensus cõscriptionibus memoriæ tradẽdos curauerũt.Náq; si nõ ita feciſſent nõ potuissemus scire quæ res in Troia fuissent gestæ. Nec quid thales,democritus,anaxagoras reliquiq; physici sensissent de natura reꝝ.Seu xerxes:Alexãder. darius. cæteriq; reges quas res:aut quibus rationibus gessissent nõ fuissent notæ,nisi maiores præceptorum comparationibus omnium memoriæ ad posteritatem commentariis extulissent.Itaq; quemadmodũ H
his gratiæ sunt agendæ sic contra qui eorum scripta furantes pro suis prædicant sunt uituperandi: q̃ I
que non propriis cogitationibus scriptorum nituntur:sed inuidis moribus aliena uiolantes gloriant̃: non modo sunt reprehendendi sed etiam qui impio more uixerũt pœna condemnãdi. In octauo nihil se obtulit.Sequũtur de nono.Quia teneris ætatibus doctrinarũ abũdãtia satiãtur:optimos habẽt K
sapiẽtiæ sensus.Instituũt ciuitatibus humanitatis mores,æqua iura,leges: quibus absentibus nulla ciuitas potest esse ĩcolumis. Cum ergo tãta munera ab scriptorum prudẽtia priuatim publicæq; fuerit L
hominibus præparata:nõ solũ arbitror palmas & coronas his tribui oportere sed etiam decerni triũphos & iter deos sedes eorum dedicãdas iudicare.Ergo eorum uirorum cogitata nõ solum ad mores M
corrigendos:sed etiam ad omnium utilitatem perpetuo sunt præparata.Athletarum autẽ nobilitates breui spacio cum suis corporibus senescũt.Itaq; neq; cum maxime sunt florẽtes:neq; posteritate: neq; ĩstitutis hi quemadmodum sapientium cogitata hominum uitæ prodesse possunt.Cũ uero neq; moribus neq; ĩstitutis scriptorum præstãtibus tribuãtur honores:ipse autem per se mẽtes aeris altiora ꝓ spiciẽtes:memoriaꝝ gradibus ad cælum elatæ:æuo immortali nõ modo sentẽtias,sed etiam figuram: eorum posteris cogũt esse notas.Itaq; qui litterarũ iucunditatibus ĩstructas habẽt mẽtes: nõ possunt nisi ĩ suis corporibus delicatas habere sicuti deorum.Hæc de Victruuio de architectura:quia in decimo libro q̃ ẽ ultimus nihil reportãdũ ꝑpẽdi.Incipiũt Q̃.Curtii Ruffi de gestis Alexãdri autoritates.

Quinti Curtii Ruffi de gestis Alexandri Autoritates.

Tiam naturam plerunq; fortuna corrumpit.Homines cum se permiscere fortunæ etiã naturam dediscũt.Cæterum destinata salubriter omni ratiõe potẽtior fortuna discussit.Om N
nia Alexãder facilius q̃ moram perpeti poterat.Discors exercitus nec ad unum imperium O
ĩtẽtus uario tumultu cũcta turbat.Quis aut ĩ uictoria aut ĩ fuga copias numerat? Vbi partes labãt summa turbatur.Hæc de tertio nam primi duo libri communiter nõ habẽtur. sequũtur de quarto.Dii quoq; pro meliore stant causa. Vt opinor ineuitabile est fatum. Nulla res multitudinem P
efficatius regit q̃ superstitio:alioquin potẽs,scæua mutabilis.ubi uana gloria capta est melius uatibus q̃ ducibus suis ꝑet.Quid opus est armis inter quos odia sublata sunt.Semper grauior in paucitate iactura est.Temeritas ubi primum impetum effudit uelut quædam animalia emisso aculeo torpet. Ne Q̃
duces quidem copiarum sua laude fraudandi sunt:quippe uulnera quæ quisq; excepit indicia uirtutis sunt.Et fugit mortem quisq; contempserit:timidissimum quenq; cõsequitur. Quippe ubi ĩtrauit animos pauor id solum metuunt quod primum formidare cæperunt.Fragilitatis humanæ nimia in prosperis obliuio est.Omnia experiri necessitas subiit:quippe cũ primas spes fortuna destituit futura præ R
sentibus uidentur esse potiora.Nunq̃ diu eodem uestigio stare fortunam:semperq; homines quantãcunq; fælicitatem habeant inuidiam tamen sentire maiorem.Nihil difficilius esse q̃ in illa ætate tan- S
tam capere fortunam.Fortuna quos uni sibi credere coegit:Magna ex parte auidos gloriæ magisquã capaces facit.Nihil autem potest esse diuturnum cui nõ subest ratio.Licet fælicitas aspirare uideatur tamẽ ad ultimum temeritati nõ sufficit.præterea breues & mutabiles uices reꝝ sunt:& fortuna nunq̃ simpliciter ĩdulget.Nihil habẽti nihil defuit.Metu & spe occulta probãtur.In ratiõem necessitas uersa est.Quippe ubi explorari uera non possunt:falsa per metum augentur. Hæc de quarto: sequuntur T
de quinto.At qui optime miserias ferunt,qui abscondunt:Nec ulla tam familiaris est infælicibus pa- V
tria q̃ solitudo & status prioris obliuio:Nam qui multum in suorum misericordia ponũt ignorant q̃ celeriter lachrimæ inarescant.Nemo fideliter diligit quem fastidit.Nam & calamitas querula est & superba fælicitas.Ita suam quisq; fortunam in consilio habet cum de aliena deliberat.Et nisi mutuo miseri essemus olim alius alii potuissemus esse fastidio. Non speciosa dictu sed usu necessaria in rebus X
aduersis sequenda esse. ferro geri bella non auro. uiris non urbium tectis. omnia sequi armatos. Sed si iusta ac pia bella dii aduersantur: fortibus tamen uiris licebit honeste mori. In castris quæ nul-

lius reguntur imperio uarii animoꝝ motus sunt: nec in cõmune ut ante consulitur. Adeo omnem sen
Y sum territis fortuna penitus excusserat: ut nec hostium paucitatem nec multitudinem suam satis cer-
Z nerent. Quod ui non potest fraude assequi temptandum est. Humanis ingeniis parata simulatio est:
A Bono uiro difficilius est dominari q̃ decipi. Alieno scelere q̃ meo mori malo. Fatigatis necessaria qui-
B es est. Magna res celeritatis est p̃mium. Vt opinor ignauiam quoq; necessitas acuit & sæpe desperatio
C spei causa est. Quid mirum fortunatos semper parem quærere. Versabilis fortuna est. Consuetudo na
D tura potior uicit. Medici quoq; grauiores morbos asperis remediis curant: & gubernator ubi naufra-
E gium timet: iactura quicquid seruari potest redimit. Hæc de quinto: sequuntur de sexto. Sicut in cor-
poribus ægris nihil quod nociturum est medici relinquunt: sic quicquid obstat imperio recidendum
est. Parua sæpe scintilla contempta magnum excitauit incendium. Nil tuto in hoste despicitur: quem
F spreueris ualentiorem negligentia facias. Sed qui præsentes metuunt in absentia hostes erunt. Suis au-
tem quisq; placidius paret: etiam cum is præest qui magis timeri potest. Vincti hominis non superua
G cua solum sed etiam inuisa defensio est: quæ iudicem non docere uidetur sed arguere. L iberior est in-
H ter mutuas querelas dolor. Vera confessis & falsa dicentibus idem doloris finis ostenditur. Iram & su-
I spitiones excitat inconsultus pauor. Formam pudor honestat. Rerum per uirtutem partarum secura
K possessio est. Benemeritis non insidiandum est. Feras bestias captas & inclusas quia ipsarum natura nõ
potest longior dies mitigat. Multa exilia patent fugienti. patria est ubicunq; uir fortis sedem sibi elege
L rit. Superbiam habitus animi insolentia sequitur. Verba innocenti reperire facile est: modum uerbo-
M rum misero tenere difficile. Fauentem habes iudicem siquod admitti non potuit salte negari põt. Ego
ipse quotiens quæ audieram detuli cum ludibrio crudelitatis repulsus sum: sic & cum iudicamus inui
N si: & cum tacemus suspecti sumus. quid facere oportet. Sequuntur de septimo. Ad omnes affectus ipe-
O tu rapiamur uituperamus. laudamus. miseremur. irascimur. utcunq; præsens mouit affectio. Modo in
diã ad ire & oceanũ libet: mõ cõiugũ & liberoꝝ patriæq; memoria occurrit: sed has locutiones: has i-
ter se colloquẽtiũ uoces signũ tuba datũ finit: ĩ suos ordines quisq; currimus: & quicquid iraꝝ ĩ taber
P naculo cõceptũ est in hostiũ effundit̃ capita. Nihil aliud supest locoꝝ fraude deceptis q̃ honeste mor-
Q tis solaciũ ex hostiũ cede. Fortuna belli artẽ uictos quoq; docet. Fortunã tuã p̃sis manibus tene: lubri
ca est nec ĩ uita teneri põt. Salubre cõsiliũ sequẽs qđ p̃sens tẽpus ostẽdit: melius impone fælicitati tuæ
R frenos facilius illã regis. Nostri sine pedibus dicũt eẽ fortunã: q̃ manus & p̃nas tãtũ habet: cũ manus
porrigit p̃nas quoq; comp̃hẽdere non patitur. Deniq; si deus es tribuere beneficia mortalibus debes
nõ sua eripe. Sin aũt homo es ad id qđ es semp esse te cogita. Stultũ ẽ eoꝝ meminisse ꝓpter q̃ tui obli
uiscẽris. Quibus bellũ nõ ĩtuleris bonis amicis poteris uti. Nã & firmissima est inter pares amicitia: &
uident̃ pares qui nõ fecerint ĩter se periculũ uiriũ. Quos uiceris amicos tibi esse caue ne credas. Inter
dominũ & seruũ nulla amicitia est. Etiã ĩ pace belli iura seruant̃. Iurãdo gr̃am scythas sectire ne credi-
deris: colẽdo fidẽ iurãt. Græcoꝝ ista cautio est q̃ facta cõsignãt & dies ĩuocãt: nos religionẽ ĩ ipsa fide
nouimus. Qui nõ uerent̃ hoĩes fallunt deos. Nec tibi amico opus est de cuius beniuolentia dubitas.
S Quid tu ignoras arbores magnas diu crescere una hora extirpari. Stultus est qui fructum earum spe-
ctat altitudinẽ nõ metiẽ. uide nedũ ad cacumẽ ꝑuenire cõtẽdis: cũ ipsis ramis quos comp̃hendis deci-
das. Leo quoq; aliquãdo minimaꝝ auiũ pabulum fit. Et ferrũ rubigo consumit. Nihil tã firmũ est cũ
T periculũ nõ sit ẽt ab inualetudine. Misera eorum conditio est q̃bus forsitã nõ periculosius est tacere q̃
V dicere. Satius ẽ purgatos esse q̃ suspectos: & neminem absolui posse nisi qui dixerit causam. Nullis me
ritis perfidia mitigari potest. Nec aut commercio linguæ aut supplicio cum uelamentis precibusq; in
X hiberi crudelitas potest. Culpam maiorum posteri luere. Seruo utilius est parere domino q̃ afferre cõ-
silium: cum qui pareant idem quod cæteros maneant: qui uero suadeant proprium sibi periculum.
Alienigenam dominum pati nemo uult. Nihil tam alte natura constituit quo uirtus non possit eniti
Y experiendo quæ cæteri desperauerunt. Ocii uitia negocio discutienda sunt. Melior est causa suum nõ
tradentis q̃ poscentis alienum. Natura mortalium hoc quoq; nomine parua & siniſtra dici potest: q̃ ĩ
suo quisq; negocio hebetior est q̃ in alieno. Consilio non impetu opus est. Nobilis equus umbra quo
Z que uirgæ regitur. Ignauus ne calcari quidem concitari potest. Canis timidus uæhementius latrat q̃
aa mordet. Altissima quæq; flumina minimo sono labi. Sequuntur de octauo. Male humanis ĩgeniis na-
bb tura consuluit q̃ plerunq; non futura sed transacta perpendimus. Regum ducumq; clæmentia non ĩ
cc ipsorum modo sed etiam in illorum qui parent ingeniis sita est. Obsequio mitigantur imperia: ubi ue
dd ro reuerentia excessit animis & summa imis cõfundimus: ui opus est ut uim repellamus. Non est diu-
ee turna possessio in quam gladio inducimur beneficiorum gratia sempitærna est. Fides stabile & æter-
ff num facit imperium. Insatiabilis autem auaritia est adhuc implere uelle quod iam circunfluit. Fama
enim bella constant: & sæpe etiam quod falso creditum est ueri uicem obtinuit. Rationem belli neces
gg sitas mutauit. Efficatior in aduersis necessitas q̃ ratio remedium inuenit. Cõtra obsequia fortunæ nõ
satis cauta mortalitas ẽ. Quis neget eximiam quoque gloriam sæpius fortunæ quam uirtutis esse be-
hh neficium? Pudorem ut uere fit immodicus labor uicit. Vincit gratiam meriti sceleris atrocitas. Gra-
ii tia est pigritia corporum sagitatis. Hominem consequitur aliquando nunquam coĩtatur diuini-
kk tas. Adeo pertinax spes est quã humanæ mentis concupiscentiæ deuorauerunt. Tristius morte est in
seruitute uiuere. Ocium serendis rumoribus natum est. Quis credat inter uitia curam esse sapientiæ.

Qui gloriæ militat nihil magis q̃ famam timet perfidiæ. Alexander dixit iuidos homines nihil aliud II
esse q̃ ipsorum tormenta. Apud indos gemmæ margaritæ æstimantur purgaméta æstuãtis freti: Pre mm
cium autem eis libido commiscuit. Sequuntur de nono. Auaricia gloriæ & insatiabilis cupido famæ nn
nihil iuium nihil remotum uideri sinit. Auidi milites sunt & pecuniæ & gloriæ simul. Fortuna rebus oo
famam p̃ciumq; constituit: & militiæ probrum plerunq; uertit in gloriam. Orta sedicio in diuersa cõ pp
silia deducit uulgum. Sedicionis interdum non remedia q̃ principia maiora sunt. In tumultu festina- qq
tio quoq; tarda est. Vnum est temeritatis solacium perpetua fælicitas. Desperatio magnum ad hone- rr
ste moriendum incitamentum est. Quanq̃ salutis desperatio ægritudine afficiat: non tantum inuictũ ss
animum curæ obruunt. Vnicũ bonũ diuturnã uitã existimãtes sæpe acerba mors occupat. Regũ exi- tt
tus sit reputaueritis plures a suis q̃ ab hoste iteréptos numerabitis. Quippe armato cõgredi nudũ de-
métia nõ temeritas uidet. Nec luxuriæ quicq̃ crudelitas: nec crudelitas luxuriæ obstat. Famẽ deinde uu
pestilentia secuta est. Quippe in salubrium ciborum noui succi ad hoc interius labor & ægritudo ani xx
mi uulgauerant morbos. Ipsa solicitudo: natura quoq; immitia efferauit ingenia. Proximum quisq; fru
ctum finito tandem periculo expedit, uincit cupido rationem. Nam ubi paria sunt periculum ac p̃mi yy
um: & secundis rebus amplior fructus est & aduersus solacium maius. Sequuntur de decimo siue ulti zz
mo. Nullam potentiam scelere quæsitam cuiquam esse diuturnam. Scilicet res secundæ ualent & cõ- A
mutare naturam: & raro quisquam erga bona sua satis cautus est. Luxu omnia fluunt: & nimia fælici- B
tate mergimur in uoluptates: Imperium quod sub uno stare potest dum a pluribus sustinetur ruit: Nã
insociabile est regnum. Sine suo capite discordia membra trepidant. Eiusdem iuris esse debent q̃ sub
eodem rege uicturi sunt. Illud scire debetis militarem sine duce turbam corpus esse sine spiritu. Ex cõ C
peratione regis noui desiderium excitatur amissi. Nullum profundum mare: nullum uastum fretum
& procellosum tantos citet fluctus: quantos multitudo motus habet: utiq; & si noua & breui duratu- D
ra libertate luxuria. Nemo autem ei satis fidus est quem metuit. Ingens sua sponte mestitia ultimæ de
sperationis iudex est. Nunq̃ aduersus ímodicas cupiditates terminus stat. Difficile est nos cõtẽtos eẽ
eo quod offert occasio: quippe sordent prima quæq; cum maiora sperantur. Dissimulatio iræ grauio- A
rem criminantis autoritatem facit. Dissimulatio consilium præmendum est ut opprimatur incautus.
Hæc de gestis Alexandri. Sequuntut ex commentariis ipsius.

Iulii cæsaris autoritates incipiunt.

Irtute magis q̃ dolo aut ísidiis cõtendendũ est exemplo maiorẽ. Cõsueuerũt dii ímortales B
quo grauius hoíes ex cõmutatione rerẽ doleant, quos pro scelere eorẽ ulcisci uelint: his se-
cundiores interdũ res: & diuturniorẽ ípunitatẽ concedere. Sunt nonnulii quorẽ autoritas C
apud plebẽ plurimũ ualeat q priuatim plus possunt q̃ ipsi magistratus: hi plerũq; sedicioſa
atq; íproba orõne naultitudiné deterrẽt. Ius belli est ut q uicerint his quos uincerũt quẽadmodũ ue- D
lint íperent. Idẽ populus Romanus uictis nõ ad alterius p̃scriptũ: sed ad suũ arbitriũ imperare cõsue- E
uerunt. Qui alicuius iniuriæ sibi conscius est non ei cauere defficile. Sine causa timendum non est. Dã
natum pœnam sequi oportet. Sequũtur de secundo. In magna rerum iniquitate fortunæ quoque euẽ F
tus uarii sequuntur. Facilia ex difficillimis animi magnitudo facit. In sola uirtute omnis spes salutis cõ G
sistit. Sequuntur de tertio. Nam ut ad bella suscipienda gallorũ alacer & promptus est animus: sic mol H
lis ac minime resistens ad calamitates ferendas mens eorum est. Etsi propter multitudinem & ueterẽ
belli gloriam paucitatemq; inimicorum se tuto dimicaturos aliqui existiment: tamen tutius arbitran I
dum est: obsessis uiis: commeatu intercluso sine uulnere uictoria potiri. Fere libẽtes homines id quod K
uolunt credunt. Sequuntur de quarto. Neq; legati audiendi: neq; conditiones accipiendæ sunt ab his: L
qui p̃ dolum atq; ísidias petita pace ultro bellũ ítulerũt. Expectaſ uero dũ hostiũ copiæ augeanſ sum
ma demétia est. Sequunſ de quinto. Omnia plerũq; cõsilia eis deficiũt qui in ipso negocio consiliũ ca- M
pere coguntur. In dissensione nulla salus est. Omnia in uitoria posita sunt. Etsi a fortuna deserimur: N
Tamen omnem salutis spẽ in uirtute ponere debemus. Errant qui quicq̃ ab his præsidii sperant qui O
suis rebus diffidunt. Non est sæpius fortuna temptanda. Vnum communi saluti auxilium in celerita- P
te ponendum est. Sequuntur de sexto. Fere pleriſq; accidit ut præsidio litterarum diligentiam in per- Q
discendo ac memoriam remittant. Sæpe temerarios homines atq; imperitos falsis rumoribus terreri:
& ad facinus impelli: & de summis rebus cõsilium capere cognitum est. Ex pecuniæ cupiditate factio R
nes dissesioneſq; nascuntur. Nam & predæ cupiditas multos longius euocat. Nemo est tam fortis qn S
rei nouitate perturbetur. Multum tum in omnibus rebus tum in re militari potest fortuna. Sic & ad T
subeundum periculum: & ad uitandum multum fortuna ualet. Sequuntur de septimo. In acie præstat V
interfici: q̃ non ueterem belli gloriam libertatemq; quam a maioribus accepimus recuperare. Errant X
qui in bello oés secundos rerum prouentus expectant. Imperatorẽ res aduersæ autoritatem minuunt.
Non minus in milite modestia q̃ uirtus atq; animi magnitudo desideranda est. Oppida incendi opor- Y
tet quæ non munitione & loci natura ab omni sint periculo tuta: ne suis sint ad detractandum mali-
ciã receptacula: neu dominantibus ꝓposita ad cõmeatus copiã, p̃dãq; tollendã. Hæc si grauia aut acer
ba uideantur: multo illi grauius æstimari debere: liberos, cõiuges í seruitutẽ abstrahi, ipsos interfici: q̃
sit necesse accidere uictis. Quod nihil nobis constat nõ uidetur ꝓ certo esse ponẽdum. Animi est ista Z
mollicies non uirtutis inopiam pauliſper ferre nõ posse. Omnia enim plerũq; q̃ absunt uæhementius

hominũ mentes perturbant. Fortunæ credendũ est & ad utrãq; rẽ se illi offerẽdũ. Qui se ultro morti
offerant facilius reperiuntur q̃ qui dolorem patienter ferant. Magna ex dissensionibus ĩcõmoda oriri
aa solent. Laudis cupiditas: & timor ignominiæ ad uirtutem excitant. Sequuntur de octauo. Causa pecca
bb ti facillime mortuis delegatur. Nemo uero tantum pollet ut inuitis principibus, resistẽte senatu, om-
cc nibus bonis repugnantibus, infirma manu plebis bellũ concitare & gerere possit. Conspiratoꝝ ac sce
leratoꝝ & si paucitas contẽni possit tamẽ pertinacia magna pæna est afficiẽda: ne malo exẽplo cæteri
dd moueantur. Contra opinionẽ enim militũ famãq; omniũ prælio diffugisse magnũ detrimẽtũ affert.
Plerũq; hominum nimia pertinatia atq; arrogantia accidere solet uti eo recurrãt: & id cupidissime pe
ee tant: qđ paulo ante cõtẽpserint. Nocturna prælia sunt uitãda. Nõ minus est ĩperatoris: cõsilio supera-
re q̃ gladio. Nullus ordo, nullũ imperium certũ est cũ suo quisq; utiẽ consilio. Congressu & clamore
ff maxime hostis conteritur. Sequuntur de nono. Timor uariis hominum sermonibus celeriter augeẽ:
unusquisq; enĩ opiniones fingit & ad id qđ ab alio audierit sui aliqd timoris addit hoc ibi uno autore
ad plures permanauerit: atq; alius alii tradiderit: plures autores eius rei uidebuntur. Nam q̃ uolumus
gg & credimus libenter: & q̃ sentimus ipsi reliquos sentire speramus. Præstat per uirtutem in pugna belli
hh fortunam experiri q̃ desertos & circunuentos suis grauissimum supplicium perpeti. Quia fiducia ex
opere & natura loci munitissima castra expugnari posse confidimus. Vti corporis uulnera: ita exerci-
tus incommoda sunt tegenda: ne spem aduersariis augeamus. Sui laboris milites semper euentu belli
ii præmia petunt. Rerum omnium magister usus est. Officium legati fiduciariam operam obtinet. Oci
kk um consiliis militum maxime contrarium est. Quid dubitas uti temporis oportunitate. De suis ho-
ll mines laudibus libenter prædicant. Sequuntur de decimo. Aliæ enim sunt legati partes atq; imperato
mm ris: alter omnia agere ad præscriptum: alter libere ad summam rerum consulere debet. Graue ẽ ac mi
serum perpaucos de summa salute omnium decertare: quorum siqui aut omnino aut uirtute cedant:
reliquis etiam est cauendum quibus pro se pugnandi facultas nõ fuerit. Magna plerunq; autoritas uic-
nn tori adest. Omne certamen in uirtute consistit. Fortuna plurimum in bellis potest. Fortuna plerunq;
eos quos plurimis beneficiis ornauit ad duriorem casum reseruat superiorum ipsorum dissimilis. Nõ
est æqua parte contentus qui omnia habiturum se confidit. Multum est hominibus præsidii ĩ animæ
oo firmitudine. Plerunq; in nouitate fama antecedit. Ipsa spes inopiam sustentat. Terror hominibus mẽ
pp tem consiliumq; eripit & membra debilitat. Id enim est integrum quod ita est ut fuit. Virtus uincit ĩ
qq commodum naturæ difficultatesq;. Magnum uectigal maius erat odium. Hæc ex Iulio cæsare in com
mentariis. Incipiunt modo ex Valerio maximo.

Ex Valerio maximo historiæ & autoritates incipiunt.

rr Antũ aũt studium antiquis: non solũ seruandæ sed ẽt amplificandæ religionis fuit: ut flo-
ss rentissima tum & opulentissima ciuitate: decẽ principũ filii senatusconsulto singulis hetru
riæ populis: ꝓcipiendæ sacroꝝ disciplinæ gratia traderenẽ. Metellus uero pontifex maxi-
mus postumiũ consulem eundẽq; flaminẽ martialem: ad bellum gerendũ africam petẽtẽ:
ne a sacris discederet mulctauit: urbem egredi passus nõ est. Religioniq; summũ imperium cessit: quo
tt tuto se postumius martio certamini cõmissurus non uidebatur cærimoniis martiis desertis. At sulpi
cio inter sacrificandũ e capite apex prolapsus eisdẽ sacerdotiũ abstulit. Omnia nãq; post religionẽ po-
nenda semp nostra ciuitas duxit: ẽt in quibus summæ maiestatis cõspici decus uoluit. Quapropter nõ
dubitauerunt sacris imperia seruire: ita se humanarum rerum futura regimen æstimãtia si diuinæ po
uu tentiæ bene ac constanter fuissent famulata. A cærite quidem oppido institutum est sacra cærimoni-
as uocari: quia cæretani ea in fracto reipu. statu perinde ac florente ante coluerũt. Noluerũt enim pri-
xx sci uiri quicq̃ in hac obseruari ciuitate: quo animi hominum a deorum cultu auocarentur. Pari uindi
yy cta parentum ac deorum uiolatio expiãda est. Syracusis genitus Dionysius: detracto ioui olympio ma
gni ponderis aureo amiculo: quo eum tyrannus hiero manubiis cartaginensium ornauerat: iectoque
laneo pallio dixit: æstate grauem esse aureũ amiculũ: hieme frigidũ: laneũ aũt ad utrunq; tps anni ap-
tius. Idẽ epidauri esculapio barbã aureã demi iussit: q; affirmaret patrem apollinẽ imberbẽ: ipsum bar
batum cõspici. Idẽ uictorias aureas, & pateras, & coronas: quæ simulacroꝝ porrectis in manibus susti
nebantur tollebat: & eas se accepisse nõ auferre dicebat: perq̃ stultum esse argumẽtando: a quibus bo-
na precamur ab his porrigentibus nolle sumere. Qui tametsi debita supplicia nõ exoluit: dedecore ta
men filii pænas mortuos pependit quas uiuus effugerat. Lento enim gradu ad uindictã sui diuina ꝓ-
cedit ira: tarditatemq; supplicii grauitate compensat. Quid attinet mores natione perpendi: in media
A barbaria ortus sacrilegium alienum rescidit. Deiotaro uero regi omnia fere auspicato gerenti saluta-
ris aquilæ conspectus fuit: qua uisa abstinuit se ab eius tecti usu: qđ nocte in sequenti ruina solo æqua
B tum est. Petilius autem consul in liguria bellum gerens: cum montem cui læto cognomen erat oppu
gnaret: interq; adhortationem militum dixisset: ego utiq; hodie lætum capiam inconsideratius præli
ando fortuitũ iactũ uocis letho suo confirmauit. Omniũ ẽt obseruatio aliquo tractu religionis ĩnexa
est: quoniã nõ fortuito motu sed diuina ꝓuidentia cõstare crediẽ. Aeque enim uirtutis est & bona pa-
C triæ auxisse: & mala in se transferre noluisse. Seruio Tullio ẽt tum puerulo dormiẽti circa caput flam
mã emicuisse domestici oculi annotauerũt: quod ꝓdigiũ ancii regis martii uxor, Tanaquil admirata
D serua natum ĩ modum filii educauit: & ad regiũ fastigiũ euexit. In exercitu xerxis quem aduersus pro-

uinciam græciam contraxerat:æque partu leporem editum conſtat:quo genere monſtri tanti appa-
ratus euentus ē ſignificatus.Nā qui mare claſſibus:terram pedeſtri cooperuit exercitu: ut fugax aīal
pauido regreſſu regnū ſuum repetere eſt coactus. Vellē quidē placidius: ſed quod relatu uerum ē:ſic
dii ſpreti excandeſcunt:ſic humana conſilia caſtigant,ubi ſe celeſtibus præferunt.Inuictæ leges neceſ-
ſitudinis:pectus alioquin procul ab amentia remotū:prodigia iſta iuſta æſtimatione perpēdere paſſæ
non ſunt.At carthaginenſium dux Amilcar cū obſideret ſyracuſas ſiter ſomnū ſe exaudiſſe uocē cre-
didit:nuntiantē futurū ut ꝓximo die in ea urbe cenaret lætus igit pinde ac diuinitus ꝓmiſſa uictoria
exercitum pugnæ comparabat.In quo inter ſiculos & pœnos orta diſſenſione caſtris eius ſyracuſani
ſubita irruptione oppreſſis.ipſum intra mænia ſua uinctum ꝓtraxerūt.Ita magis ſpe q̄ ſomnio decep-
tus cœnauit:ſyracuſis captiuus nō ut animo præſumpſerat uictor.Alcibiades quoq; miſerabilē exitū
ſuum haud fallaci nocturna imagine ſpeculatus eſt.Quo enim pallio amicæ ſuæ dormiens opertum
ſe uiderat:interfectus & ſepultus iacens contectus eſt.¶Quid ergo aliud putamus q̄ diuino numine ef
fectum:ne deſtinatū iam īmortalitati caput:indignam cæleſti ſpiritu fortunæ uiolentiā ſentiret.Non
eſt inter patrem & filium ullius rei comparationē fieri.præſertim diuinitatis faſtigio iunctos.Neceſſi
tas aditum luctui dedit.Fruſtratus enī ſeipſe ē.Nepotis fælicitatē cæleſtiū iudicio deſtinam humanis
cōſiliis impedire conādo.Multa ēt interdum & uigilātibus acciderūt pinde ac tenebrarū ſomniiq; nu
be inuoluta:quæ quia unde manauerint aut qua ratione conſtiterint dignoſcere arduū eſt merito mi
racula uocent quoq; e magno aceruo illud occurrit īprimis.Triennio cōtinuo uexata peſtilentia ciui
tas noſtra:cum finem tanti & tā diuturni mali:neq; diuina miſericordia: neq; humano auxilio impo-
ni uideret:cura ſacerdotū inſpectis ſibyllinis libris animaduertit:nō aliter priſtinā recuperari ſalubri-
tatē poſſe q̄ ſi ab epidauro eſculapius eſſet accerſitus.Itaq; eo legatis miſſis:unicā fatalis remedii opē:
autoritate ſua quæ iā in terris erat ampliſſima īpetraturā ſe credidit:neq; eā opinio decepit. Pari nāq;
ſtudio petitū ac promiſſum eſt præſidiū.Poſſunt & illa miraculoꝝ loco poni:q; de uſto ſacrario ſalio
rum nihil in eo ꝓter litiū hoc eſt baculū Romuli paſtoralē integrū repertū eſſe.Quod ſerui Tulli ſta
tua inuiolata permāſit:cum edes fortunæ flagraſſet.Quodq; claudiæ ſtatua īueſtibulo templi matris
deum bis poſita ea ede incēdio cōſumpta:in ſua baſi flammis ītacta ſtetit.Quidā athenis uir eruditiſ-
ſimus cum ictum lapidis capite excepiſſet:cætera oīa tenaciſſima memoria retinens:litteraꝝ tantum
modo quibus præcipue inſeruierat oblitus eſt:dirū malignūq; uulnus in animo ꝓcuſſi quaſi de indu-
ſtria ꝓſcrutatis ſenſibus:in eum potiſſime quo maxime lætabitur acerbitate nocendi erupit ſingularē
doctrinā hominis:pleno īuidiæ funere efferendo:Cui ſi talibus ſtudiis ꝓfrui fas nō erat,utilius aliquā
to fuit ad illa aditum nō impetraſſe:q̄ iā ꝓcepta eorū dulcedine caruiſſe.Gorgiæ quoq; epirothæ for-
tis & clari uiri origo:maximi admiraculi eſt:q; ī funere matris ſuæ utero elapſus īopinato uagitu ſuo
lectum ferentes coegit cōſiſtere:nouumq; ſpectaculum patriæ præbuit.nō tamē ex ipſo genitricis ro-
go lucē ſed & cunas aſſecutus.Eodē.n.momento tēporis altera iam fato functa:alter ante elatus q̄ na
tus eſt. Oraculo apollinis macedonum rex Philippus admonitus: ut a quadrigæ uiolētiam ſalutem
ſuam cuſtodiret:toto regno diſiungi currus iuſſit:eūq; locū qui in boetia quadriga uocatur ſemp ui-
tauit.nec tamē denuntiatū periculi genus effugit.Nā pauſanias ī capulo gladii quo eū occidit quadri
gam habuit cælatā.Remigē quem īderſe litoræ tirioꝝ ſentinā hauriētē:cum e naui fluctus abieciſſet
altero alter ere ꝓcuſſum cōtrariis fluctus in nauim rettulit.Itaq; miſeri ſimul ac fælicis cōploratione
ꝓmixta fuit gratulatio.Antipater poeta ſidonius oībus ānis uno tantūmō die quo genitus erat febre
implicabat,cūq; ad ultimā ætatē peruenīſſet natali ſuo certo illo circuitu morbi cōſumptus eſt.Poli-
ſtratus & hippoclides phī eodē die nati:eiuſdēq; ꝓceptoris epicuri ſectā ſecuti:patrimonii ēt poſſiden
di:alendæq; ſcolæ cōmunitione cōiuncti:eodēq; mōmēto temporis ultima ſenectute extincti. Tantā
equale fortunæ ꝓiter atq; amicitiæ ſocietatē:quis nō in ipſius cæleſtis cōcordiæ ſinu genitā,nutritam
atq; figiatā putet?Nō admiratione iſta ſed memoria proſequi debemus:cū ſciamus recte a natura plu
rimum licentiæ uēdicari:penes quā infinitus cuncta gignendi labor conſiſtit.Neq;.n.ulla ui extingui
diuinitas poteſt.Sequuntur de ſecundo.

Ex libro ſecundo Valerii Maximi Hiſtoriæ & Autoritates.

Væ uno contentæ matrimonio fuerant corona pudicitiæ honorabantur. Exiſtimabāt.n.
eum p̄cipue matronæ ſincera fide īcorruptum eē animum:qui poſt depoſitæ uirginitatis
cubile in publicum egredi neſciret:multorum matrimoniorum experientiam quaſi legiti-
mæ cuiuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes.Primus autem Spurius carbilius uxo
rem ſterilitatis cauſa dimiſit qui q̄q̄ tolerabili ratione motus uidebatur:repræhenſione tamen non ca
ruit:quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali fide præponi debuiſſe arbitrabātur ſed quo
matronale decus uerecundiæ munimento tutius eſſet,in ius uocanti matronam corpus eius attinge-
re non permiſerūt,ut inuiolata manus alienæ tactu ſtolæ relinqueretur. Vini uſus olim Romanis fœ
minis ignotus fuit:ne.ſ.in aliquod dedecus prolaberentur quia proximus a libero patre intemperan-
tiæ gradus ad inconceſſam uenerem eſſe conſueuit.Cæterum ut non triſtis earum & horrida pudici-
tia,ſed etiam honeſto comitatis genere tempata eſſet(.Ingentibus nāq; maritis: & auro abundanti: &
multa purpura uſæ ſunt)quo formam ſuam conciniorem cōficerent.ſumma cum diligentia capillos
cinere rutilarunt.Nulli.n.tunc ſubſeſſorum alienorum matrimoniorum oculi metuebātur:ſed ꝓiter

X & uidere ſancte & aſpici mutuo pudore cuſtodiebañ. Manifeſtum igitur eſt tantū religionis ſangui-
ni & affinitati q̄tum ipſis diis īmortalibus tributum:quia inter iſta tam ſancta uincula nō magis q̄ in
Y aliquo ſancto loco nudare ſe nephas eſſe credebatur.Conuiuiū etiā ſolemne maiores inſtituerūt idq;
cariſtiam uocauerunt.cui præter cognatos & affines nemo interponebaī:ut ſi qua inter neceſſarias p
ſonas querela eſſet orta:apud ſacra mēſæ:& inter hilaritatem animoꝝ:& fautoribus cōcordiæ adhibi
Z tis tolleret.Senectuti iuuentus ita cumulatū & circūſpectū honorē reddebat:tanq̄ maiores natu ado
leſcentiū cōes patres eſſent.Inuitati ad cœnā diligenter quærebāt.quinam ei conuiuio eſſent īterfutu
ri:ne ſenioris aduentū diſcubitu præcurrerent.ſublataq; menſa priores cōſurgere & abire pariebañ.
Ex quibus apparet cœnæ quoq; tempore q̄parco & q̄modeſto ſermone his p̄ſentibus ſoliti ſunt uti.
A Maiores natu in cōuiuiis ad tibias ægregia ſuperiorū opera carmine compræhēſa pangebant quo ad
ea īmitanda uirtutem iuuenē alacriorem redderent.Quid hoc ſplendidius?quid etiā utilius certami-
ne?pubertas canis ſuum decus reddebat:defuncta uirū curſu ætas: ingrediētes actuoſam uitā fauoris
nutrimentis ꝓſequebaī.Nunq̄.n.taciturnitatē optimū ac tutiſſimū adminiſtrandarū rerum uinculū
labefactari uolebant.Non ego fili mi ſummū impium tuū contempſi ſed experiri uolui:an ſcires con
C ſulem agere:nec ignoro quid patriæ uenerationi debeaī. Verū pub.īſtituta priuata pietate potiora iu
dico.Quidā mirifice cōſtantiæ uiri:qui legati a ſenatu tarentū ad res petēdas miſſi:cū grauiſſimas ibi
iniurias accepiſſent.Vnus etiā urina reſperſus eēt.in theatrū ut eſt conſuetudo græciæ introducti?le-
gationē quibus acceperant uerbis peregerunt de his quæ paſſi erant quæſti non ſunt nequid ultra ac
mādatū eſſet loquerenī.Intuſq; peccatoribus eorū antiqui moris reſpectus: dolore qui ex cōtumelia
grauiſſimus ſentitur conuelli non potuit.Ambiguæ laudis ciuis exiſtimaī qui debitis reip.officiis nō
ſua ſponte ſed iuſſus fungiī.quia quicquid impio cogitur exigenti magis q̄ p̄ſtanti acceptum referī.
D Armorū tractandorum meditatio a Publio Rutilio conſule.Gneo Mallio collega militibus eſt tradi
ta.Is.n.nullius ante ſe imperatoris exemplū ſecutus ex ludo.G.Aurelii ſcauri doctoribus gladiatorū
accerſitis uitandi atq; inferēdi ictus ſubtiliorem rōnem legibus īgenerauit:uirtutēq; arti & rurſus ar-
E tem uirtuti miſcuit:ut illa impetu huius fortior.hæc illius ſcientia cautior fieret. Velitū uſus eo bel-
lo primū repertus eſt:quo capuā fuluius Facchus Impator obſedit.Nā cum equitatui campanoꝝ cre
briſq; excurſionibus equites noſtri(quia numero pauciores erant)reſiſtere non poſſent.Quintus Ne-
uius centurio expeditibus lectos expediti corporis breuibus & incuruis ſeptenis:armatos haſtis: par-
uo tegmine munitos.ueloci ſaltu iungere ſe equitibus & rurſus celeri motu dilabi inſtituit. Quo fa-
cilius equeſtri prælio ſubiecti pedites uiros pariter atque equos hoſtium telis inceſſerent. eaq; nuitas
pugnæ uni cū campanæ pfidiæ debilitauit auxiliū. Ideoq; antori eius Neuio honos adhuc ē habitus.
F Nā gladiatorū munus primū Romæ datum ē in foro boario:Appio Claudio. Quintoq; Fuluio con-
ſulibus dederunt.M.& Druſus filii Bruti:funebri memoria patris cineres honorādo. Athletarū quo-
G que certamen a.M.Scauri tractū eſt munificētia.Veneficii q̄ſtio & moribus & legibus Romanis igno
ta:cōplurium matronaꝝ patefacto ſcelere orta eſt:quæ cum uiros ſuos clādeſtinis inſidiis ueneno pi-
merent:unius ancillæ indicio protractæ per ſenatū capitali iudicio damnatæ.C.& lxx.numerū exple-
H uerunt.Cæterum ſalubritatem ſuā induſtriæ certiſſimo moniměto ac fideliſſimo ueteres tuebantur:
bonæq; ualetudinis eorū quaſi q̄dā mater erat frugalitas.inimica luxurioſis epulis:& aliena nimiæ ui
ni habundātiæ:& ab īmoderato ueneris uſu auerſa. Facilior uirtutis ad luxuriā q̄ luxuriæ ad uirtutē
tranſitus eſt.Athenienſes quid quiſq; ſuoꝝ ageret:aut quo nā quæſtu ſuſtentaretur diligētiſſime īqui
rere ſolebāt:ut homines honeſtatē uitæ rōnem memores reddendā eſſe ſequerenī. Virtutis huberri-
mum alimētum eſt honos.Nec adduci poſſum ut credam urbi utilem quem domui ſcleſtum cerno.
I Qui tres in eodem manu miſſiones reſcindi permittunt.ſi ter in eodem deceptum dominum cogno
uerunt:quarto errori ſubueniendum non putant:quaſi ſua iam culpa iniuriam acceperit qui ei ſe iam
totiens obiecit.Spectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumit.A condita maſſilienſium urbe
gladius ē ibi quo noxiis iugulāī:rubigīe q̄dē exeſus:& uix ſufficiēs miſterio ſed īdex. In mimis quoq;
rebus oīa ātiquæ cōſuetudīs moniměta ſeruāda. Quid attinet aut hūano dolori īdulgeri:aut diuino
K numini īuidiā fieri:q; īmortalitatē ſuā nobiſcū p̄tiri noluerit: In maſſiliēſiū oppidū ītrare nulli cū te-
lo licet:p̄ſtoq; eſt qui id cuſtodiæ gratia acceptum exituro reddat:ut hoſpicia ſua quemadmodum ue
L nientibus humana ſunt:ita ipſis quoq; tuta ſint. Horum mæniaegreſſis uetus ille mos gallorum oc-
currit:quo memoria proditum eſt:pecunias mutuas quæ his apud inferos redderentur dare: quia per
ſuaſum habuerint aīas hominum immortales eſſe.Dicerem ſtultos niſi idē bracati ſenſiſſent quod pil
M leatus pythagoras credidit.Auara & feneratoria gallorum philoſophia alacris & fortis cimbrorū ideſt
N flandrenſium & celtiberorum.qui in acie gaudio exultabant:tanq̄ glorioſe & fæliciter uita exceſſuri:
lamentabantur in morbo.quaſi turpiter & miſerabiliter p̄ituri.Celtiberi etiam nephas eſſe dicebant
prælio ſupereſſe:cum is occidiſſet pro cuius ſalute ſpiritum deuouerant.Laudanda utrorumq; popu-
lorum animi præſtantia:quod & patriæ incolumitatem fortiter tueri:& fidem amiciciæ conſtāter p̄
ſtādam arbitrabantur.Thratiæ uero illa natio merito ſibi ſapientiæ laudem uendicauerit. quæ nata-
O les hominum flebiliter exequias cum hilaritate celebrat. Hæc ſine ullis doctorum præceptis uerum
conditionis noſtræ habitum præuidit.Remoueatur itaq; naturalis omnium animalium dulcedo ui-
tæ:q̄ multa & facere & pati turpiter cogit:ſi ea mortua eius aliquāto fælicior ac beatior finis reperiet.

Quo circa recte litii cū his luctus incidit muliebrem ueſtem induunt ut deformitate cultus cōmoti maturius ſtultū proiicere mœrorem uelint: Perſarum admodum ꝓbabile inſtitutum fuit: quod liberos ſuos nō prius aſpiciebant q̄ ſeptimum annum impleuiſſent: quo paruuolorum amiſſionem equiore animo ſuſtineret. Quicquid. n. in excelſo faſtidio poſitū eſt: humili & trita conſuetudine (quo ſit uenerabilius) uacuū eſſe cōuenit. Venio nunc ad p̄cipuum decus & ſtabilimentū Romani imperii: ſalutari perſeuerātia ad hoc tempus: ſincerū & incolume ſeruatum militaris diſciplinæ tenaciſſimū uinculum: in cuius ſinu ac tutela ſerenus tranquilluſq; beatæ pacis ſtatus acquieſcit. diſciplīa. n. militaris acriter recta principatū italiæ Romano impio peperit. & multarum urbium. magnorum regum. ualidiſſimarum gentium regimen largita eſt: fauces pontici ſinus patefecit: alpium thauriq; montis conuulſa clauſtra tradidit: ortūq; e parua Romuli caſa totius terrar̄ orbis fecit columē: Aſpero & abſciſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget: quia uires armis cōſtant quæ ubi a recto tenore deſciuerint oppreſſura ſunt niſi opprimant: Humanæ imbecillitatis efficaciſſimum duramentū eſt neceſſitas. Eneruos animos odiſſe uirtus ſolet. Vos bellicarum rerum ſeueriſſimi cuſtodes poſthumi tiburte & malli torquatæ memoria ac relatione complector. quia animaduerto fore ut pondere laudis quā meruiſtis obruptus: magis imbecillitatem ingenii mei detegā q̄ ueſtram uirtutem ſicut par eſt repreſentem. Tu nāq; poſthumi dictator. A poſthumium qué ad generis penetraliūq; ſacrorum ſucceſſionem ꝓpagandam genueras: cuius infantiæ blandimēta ſinu atq; oſculis foueras: quē puer̄ litteris qué iuuené armis inſtruxerat. ſanctū fortem amantem tui perite ac patriæ: quia non tuo iuſſu ſed ſua ſponte p̄ſidio ꝓgreſſus hoſtes fuderat: uictoré ſecuri feriri iuſſiſti: & ad hoc peragendū impium pater næ uocis miniſterio ſufficere ualuiſti. Nā oculos tuos (certum ſcio) clariſſima in luce tenebris offuſos ingens animi opus intueri nequiuiſſe. Tu idē malli torquate Latino bello conſul: filiū q; ꝓuocatus a Geminio metio duce thuſculanorum: ad dimicandum te ignaro deſcenderat glorioſam uictoriam & ſpecioſa ſpolia referrentem arripi ab lictore. Et in modū hoſtiæ mactati iuſſiſti Sanctius eſſe iudicans filio: q̄ patriam militari diſciplina carere. Leuiter hoc patres conſcripti fecere. Si Cartaginenſium ſenatus in militiæ negociis procurandis uiolentiam intueri uelimus: a quo duces bella prauo conſilio gerentes: etiamſi proſpera fortuna ſubſecuta eſſet: cruci tamen ſuffigebantur. Quod bene geſſerant deorum īmortalium adiutorio. quod male conſulerant ipſorum culpæ imputātes. Lucius quoq; calphurnius piſo conſul: cū in ſicilia bellum aduerſus fugitiuos gereret. & Titius equitum p̄fectus fugitiuor̄ hoſtium multitudine circunuentus arma his tradidiſſet: præfectum ignominiæ generibus affici iuſſit. Eum toga laciniis abſciſis amictū: decinctaq; tunica indutum: nudis pedibus a mane in noctē uſq; ad principia p̄ omne tempus miliciæ adeſſet: interdixit etiā ei conuictum homīum uſumq; balneor̄: turmaſq; equitū quibus p̄fuerat ademptis equis infunditorū alas tranſcripſit. Clearchus uero lacedemoniorum dux egregio dicto diſciplinā militiæ continebat: idētidem exercitus ſui auribus inculcando. A militibus impatoré potius q̄ hoſtē metui debere: quo aperte denunciabat futurum: ut ſpiritum pene impēderēt quem pugnæ acceptum ferre dubitaſſent. Ob leuia prælia quidam impatores triumphos ſibi decerni deſiderabant. quibus ut occurreret̄ lege cautum eſt: nequis triumpharet niſi quīq; milia hoſtiū in una acie cecidiſſet: nō. n. numero ſed gloria triumphor̄ excelſius urbis noſtræ futurū decus maiores exiſtimabant. Lauream nec ſenatus cuiq̄ dedit: nec quiſq̄ ſibi dari deſiderauit ciuitatis parte lachrimante: cæterum ad quercū prone manus porrigunt̄: ubi ob ciues ſeruatos corona danda eſt: qua poſtes anguſtæ domus ſempitærna gloria triumphant. Nā q̄uis quis præclaras res maximeq; utiles reip. ciuili bello geſſiſſet: impator tamen eo nomine appellatus non eſt: neq; ullæ ſupplicatōnes decretæ diis ſunt: neq; aut ouans aut curru triumphauit quia ut neceſſariæ iſtæ: ita lugubres ſemper exiſtimatæ ſunt uictoriæ: utpote nō externo ſed domeſtico parte cruore. Moris aūt é ab impatore ducturo triumphū. conſules inuitari ad cœnam: deīde rogare ut uenire ſuperſedeant: nequis eo die quo ille triumpharet maioris in eodem conuiuio ſit imperii. Quanuis luctaci adhuc tacueris ſecundū te lité do: Mirifice iudex: q; in manifeſto negocio tp̄s teri paſſus non eſt probabilius luctatius: q; ius ampliſſimi honoris conſtanter defendit. Sed nec ualerius quidé improbe: quia fortis & ꝓſperæ pugnæ ut non legitimum ita optandum præmium petiit. Tantum. n. intereſt adiicias aliquid: an detractū reſtituas: q̄tum diſtat beneficii initium ab iniuriæ fine. Caſtrenſis diſciplinæ tenaciſſimum uiculum & militaris rationis diligens obſeruatio admonent me: ut ad cenſuram pacis magiſtram cuſtodemq; tranſgrediar. Nam ut opes po. Ro. in tātam amplitudinem imperator̄ uirtutibus exceſſerūt. Ita ꝓbitas & continentia cenſorio ſupercilio examinata eſt: opus effectu par bellicis laudibus. Quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuum: ſi domi male uiuitur? Expugnentur licet urbes: corripiantur gentes regnis manus iniciantur: niſi foro & curiæ officium ac uerecundia ſua conſtiterit: ptarum rerū cælo cumulus æquatus: ſedem ſtabilem non habebit. Ad rem igitur pertinet noſſe atq; adeo recordari acta cenſoriæ poteſtatis. Camillus & poſthumius cenſores: æra pæne nomine: eos qui ad ſenectutem celibes puenerant: i errarium deferre iuſſerunt. Iterum puniri dignos. ſi quomodo de tam iuſta conſtitutione quæri ſunt auſi: cum in hunc modum increparentur. Natura nobis quemadmodum naſcendi: ita gignēdi legem ſcribit. Parenteſq; uos alendo nepotum nutriendorum debito (ſiquis eſt pudor) alligauerunt. Accedit his q; etiam fortuna longa præſtandi huiuſcemodi muneris uacationem eſtis aſſecuti: cum iterim cōſumpti ſunt anni ueſtri: & mariti & patris nomine uacui. Ite igitur & nodoſam exoluite ſtipem: utilem

posteritati numerose. Getacinna cum a Lucio Metello & Gn. domitio censoribus senatu motus eet. postea censor est factus. Item. M. Valerius messala censoria nota pescriptus: censoria postmodum po testate impauit. Quorum ignominia uirtutem acuit. Rubore. n. eius excitationibus uiribus incubue runt: ut digni ciuibus uiderent: quibus dari potius q̃ obiici cẽsura deberet. Eo magis notãdus est qui amplissimi honoris maiestaté tetro facinore inquinat. Freni sunt iniecti nobis Quirites nullo modo perpetiendi: Alligati & constricti estis amoro uinculo seruitutis. Lex. n. lata ẽ quæ uos eẽ frugi iubet. Abrogemus igitur illud horridæ uetustatis rubigíe obsitum imperium. Etenim quid opus libertate: si uolentibus luxu perire non licet. Quã putemus cõsulantis & prævalidi illũ ígenii fuisse: qui neque tristi iudiciorum exitu compelli: neq; honorum magnitudine adduci potuit quo se blandiorem i ad ministratione reip. gereret. Est & illa quasi priuata censura: maiestas clarorum uirorum sine tribuna lium fastigio apperitorum ministerio: potens in sua amplitudine obtinenda. Grato. n. & iucundo in troitu animis hoíum illabitur: admirationis prætexta uelata quã recte quis dixerit longum & beatũ honorem esse sine onere. Nam quid plus tribui potuit cõsuli q̃ datum ẽ reo Metello qui cum cám re petundarum diceret: tabulæq; eius ab accusatore expostulatæ: ad nomen inspiciendũ circa iudiciũ de ferrentur: totũ consilium ab earum cõtemplatione oculos auertit: ne de aliq̃ re quæ in his relatæ erãt uideretur dubitasse. Nõ. n. in tabulis sed in uita. Q. Metelli: argumẽta sincere administratæ, puinciæ legenda sibi iudices crediderunt: ídignum rati integritatem tanti uiri exigua cera & paucis litteris per pendi. Rex Antiochus bello q; cũ Romanis gerebat filium Africani a militibus suis interceptũ hono ratissime excepit: regiisq; muneribus donatum ultro & celeriter patri remisit q̃q̃ ab eo tũ maxime fi nibus impii pellebatur: sed & rex lacessitus maiestatem excellentissimi uiri uenerari: q̃ suũ doloré ulci sci maluit. Gaius Marius in ꝓfundum miseriarum abiectus ultimaq; ex ipso uitæ discrimine benefi cio maiestatis emersit. Missus. n. ad eũ occidendum í priuata domo míturnis clausum: seruus pub. na tione cimber & senem. & inermẽ. & squalore obsitum: strictum gladiũ tenens aggredi non sustinuit. & claritate uiri obcecatus: abiecto ferro attonitus inde ac tremens fugit. Dandũ est aliquid loci & alie nigenis exemplis ut domesticis aspersa ipsa uarietate. delectent. Quantũ porro honoris athenis xeno crati: sapiẽtia ꝑiter ac sanctitate claro tributum é: cum testimoniũ dicere coactus ad aram accessisset: ut more eius ciuitatis iuraret oía se uere retulisse: uniuersi iudices consurrexerunt proclamar ũtq; ne iusiurandum diceret: quodq; sibimetipsis postmodum sententiæ dicende loco remissuri non erãt: sin ceritati eius concedendum existimauerunt. Delapsa cælo sidera hominibus si se offerrant ueneratõis amplius non recipient. Hæc de secundo. sequuntur de tertio.

Ex libro tertio Valerii Maximi autoritates & historiæ.

Tingam quasi cunabula quædã & elementa uirtutis animiq; ꝓcedente tẽpore ad summũ gloriæ culmẽ peruenturi: certo cũ indolis experimento dato gestus referam. Aemilius lepi dus puer etiã: tum ꝓgressus in aciem hostẽ interemit ciué seruauit. Cuius tã memorabilis operis index est in capitolio statua bullata & incincta ꝑtexta senatusc̃sulto posita. Iniquũ ,n. putauit eũ honori nundũ tempestiuũ uideri: q iã uirtuti maturus fuisset: ꝑcurrit igitur lepidus æta tis stabilimentũ fortiter faciendi celeritate. duplicéq; laudem e prælio rettulit: cuius eum uix specta torem anni esse patiebant. Arma. n. infesta: & districti gladii. & discursus telorum & aduẽtantis equi tatus fragor. & concurrentiũ exercituũ ípetus: iuuenibus quoq; aliquãtũ terroris ícutit: íterq; ꝑlia gẽ tis æmiliæ puericia coronã mœreri spolia rapere ualuit. Alcibiades ille græcus: cũ adhuc puer ad peri clem auunculũ suũ uenisset: eũq; secreto tristem sedentẽ uidisset: íterrogauit quid iã tantã í uultu cõ fusionem gereret? At illo dicente mãdato se ciuitatis ꝓpilea mineruæ quæ sunt ianuæ arcis edificasse: cõsumptaq; in id opus ingenti pecũia nõ inuenire quo pacto místerii rõnem redderet atq; ideo cõfli ctari. Ergo íqt quære potius quéadmodũ rõnẽ nõ reddas. Itaq; amplissimus uir & prudẽtissimus suo cõsilio defectus pueri usus est. Atq; id egit ut atheniẽses finitimo ípliciti bello: rõnibus exigẽdis nõ ua carent. Magnũ fortitudinis exemplũ antiquitas offert. Romani gallo; exercitu pulsi: cũ se in capito lium & in arcẽ cõferrent. inq; his collibus morari omnes nõ possent: necessariũ consilium í plana par te urbis relinquendo; seniorũ cæperũt. quo facilius iuuẽtus reliquias impii tueretur: Cæterũ ne illo quidẽ tã misero tanq; luctuoso tempore: ciuitas nostra uirtutis suæ oblita est: defuncti. n. honoribus apertis ianuis. in curilibus sellis. cũ insignibus magistratuũ quos gesserãt sacerdotio;q; q̃ erant adep ti consederunt: ut & ipsi in occasu suo splẽdorem & ornamẽta præteritæ uitæ retinerent: & plebẽ ad fortius sustinẽdos casus suos aíarent: uenerabilis eo; aspectus primo hostibus fuit: & nouitate rei: & magnificentia cultus: & in ipso audaciæ genere commotis. Sed quis dubitaret quin & galli & uictores illam admirationem: mox í risum & í oẽ cõtumeliæ genus cõuersuri essent. Nõ expectauit igit hanc í iuriæ ímanitatẽ. G. atilius: ue; barbã suã ꝑmulcenti gallo: scipionẽ uæhemẽti ictu capiti suo inflixit: eiq; ꝓpter dolorẽ ad se occidẽdũ ruenti cupidus corpus attulit. Capi ergo uirtus nescit. pacientia de decus ignorat. fortunæ succũbere omni fato tristius ducit. noua & specíosa genera íteritus excogitat: si q̃q̃ iterierit qui sic extinguit. Diuus Iulius certissima ueræ uirtutis effigies: cũ ínumerabili multitu dine & feroci ípetu neruio; íclinari acié suã uideret: timidus pugnãti militi scutum detraxit: eoq; te ctus accerrime ꝑliari cæpit: quo facto fortitudiné ꝑ totũ exercitũ diffudit: labẽtéq; belli fortunã diui ni animi ardore restituit. Idem alio ꝑlio legiõis martæ aquiliferi íeundæ fuge gratia iã cõuersum, fau

cibus compræhenſum in contrariam partem detraxit,dexteramq; ad hoſtem tendens:quorſum tu in B
quit abis?Illic ſunt cũ quibus dimicamus:& manibus quidẽ unũ militem adhortatõne uero tam acri
omniũ legionũ trepidationẽ correxit:uincíq; patas uincere docuit. Hetruſcis in urbẽ ponte ſublitio
irrumpentibus horatius cocles extremã eius partẽ occupauit totũq; hoſtium agmẽ donec poſt tergũ
ſuũ põs abrũpereẽ ĩfatigabili pugna ſuſtinuit:atq; ut patriã ĩminẽti ꝑiculo liberatã uidit: armatus ſe ĩ
thyberĩ miſit:cuius fortitudinẽ dii ĩmortales admirati ĩcolumitatẽ ſincerã ei ꝑſtiterunt.Nãneq; altitu
dine deiectus quaſſatuſue:nec pondere armoꝝ ꝑſſus. nec ullo uorticis circuitu actus:nec telis quidẽ
quæ undiq; ingerebanẽ læſus:tutum natãdi euentũ habuit.Vnus itaq; tot ciuiũ hoſtiũ ĩ ſe oculos cõ
uertit ſtupentes illos admiratõe:hos inter metũ & læticiam hæſitãtes: unuſq; duos accerrima pugna
conſortes exercitus alterum repellẽdo,alterum repugnãdo diſtraxit.Deniq; unus urbi noſtræ tãtum
ſcuto ſuo,q̃tum thyberis alueo muniméti attulit.Quapp diſcedẽtes hetruſci dicere potuerũt. Roma
nos uicimus ab horatio uicti ſumus.Publica religiõe conſecrata uirtus nulla priuata laudatõe ĩdiget. C
Deforme ẽ ut quos dignitate ꝑſtamus ab his uirtute ſuperari.Potior eẽ debet ꝓbis dignitatis ſine uita:q̃ uita ſine dignitate.Nunc,n,uideẽ epaminũdas naſciẽ qui ſic moritur. Pompeius qui dũ legatiõis D
officio fungeretur a gentio rege interceptus:cum ſenatus conſilia prodere iuberetur,ardenti lucernæ
admotum digitum cremandũ ꝑbuit.Eaq; patientia regi ſimul & deſperationẽ: tormentis quicq̃ ex ſe
cognoſcendi excuſſit & expetendæ populi ro,amiciciæ magnã cupiditatẽ ingenerauit. Vetuſto mace-
doniæ more regi Alexandro nobiliſſimi pueri præſto erãt ſacrificãti e quibus unus turibulo arrepto
ante ipũm aſtitit:in cuius brachio carbo ardẽs delapſus eſt. quo & ſi ita ureretẽ ut aduſti corporis eius
odor ad circunſtãtiũ nares pueniret:tamen & doloré ſilentio præſſit:& brachiũ ĩmobile tenuit:ne ſa-
crificiũ Alexandri aut cõcuſſo turibulo ĩpediret aut edito gemitu regias aures aſpergeret. Rex quoq;
patientia pueri magis delectatus:hoc certius ꝑſeuerantiæ experimentũ ſumere uoluit: conſulto enim
ſacrificauit diutius,nec hac re eũ ꝓpoſito repulit.Si huic miraculo darius ĩſeruiſſet oculos:ſciſſet eius
ſtirpis milites uinci non poſſe:cuius infirmã ætatem tanto robore ꝑditam animaduertiſſet.Eſt & illa G
uæhemens & cõſtans animi militia lr̃is pollẽs uenerabiliũ doctr̃iæ ſacrorũ antiſtes philoſophia:quæ
ubi pectore recepta eſt hoĩum,inhoneſto atq; inutili affectu diſpulſo:totũ inſolide uirtutis munimẽ-
to cõfirmat:potentiuſq; metu facit ac dolore. Nõ,n,faſtidioſo aditu uirtus excitata:inuidia ĩgenia ad H
ſe penetrare patitur.Neq; hauſtũ ſui cũ aliquo ꝑſonarum diſcrimine largũ malignumue ꝑbet:ſed oĩ-
bus æqualiter expoſita:quid cupiditatis potius:q̃ quid dignitatis attuleris æſtimat:inq; captu bonoꝝ
ſuorum tibiipſi pondus examinandũ relinquit:ut quantũ ſubire aĩo ſuſtinueris tãtum tecum afferas:
quo euenit ut & humili loco nati ad ſumã dignitatẽ cõſurgãt:& generoſiſſimaꝝ imaginũ fœtus in ali
quod reuoluti dedecus acceptã a maioribus lucẽ in tenebras cõuertãt.In cunabula Tulli hoſtilii agre I
ſte tuguriũ cæpit:eiuſdẽ adoleſcẽtia in pecore paſcẽdo fuit occupata. Validior ætas imperium Ro,re K
xit & duplicauit.Senectus excellentiſſimis ornamentis decorata in altiſſimo maieſtatis faſtidio fulſit.
Marti uero portii Catonis ĩcrementa publicis uotis expetenda fuerũt:qui nomẽ ſuũ tuſculi ignobilæ L
romæ nobiliſſimũ reddidit.Ornata ſunt,n,ab eo lr̃arũ latinaꝝ moniméta,adiuta diſciplina militaris:
aucta maieſtas ſenatus,,progata familia:in qua maximũ decus poſterior ortus eſt cato. Quã matrem M
Euripedes:aut quẽ patrẽ demoſtenes habuerit ipſorum quoq; ſæculo ignotũ eſt.Alterius autẽ matrẽ
olera:alterius patrẽ cultellos uendicaſſe oĩum pene doctorũ lr̃æ loquunt. Sed quid aut illius tragica: N
aut huius oratoria ui clarius.Age Q.. fabii maximi:allobrogi ciuis & impatoris clariſſimi:filius Quĩ O
tus fabius maximus q̃perditã luxuria uitã egit:cuius ut cætera flagiciã obliterenẽ,tamẽ abũdæ illo de
decore mores nudari poſſunt q; ei. Quintus pompeius p̃tor urbanus paternis bonis ĩterdixit. Neq; ĩ
tanta ciuitate illud decretũ repræhenderet iuentus eſt.Dolenter,n,hoĩes ferebant pecuniã quæ fabiæ
gẽtis ſplẽdori ſeruire debebat flagiciis diſiici.Ergo quẽ nimia patris ĩdulgẽtia hæredẽ reliquerat pub.
ſeueritas exheredauit.Poſſedit fauorẽ plebis Clodius pulcher:adhærẽſq; poſtea fuluianæ ſtolæ:pugio P
militare decus muliebri impio ſubiectũ habuit:quoꝝ filius pulcher p̃terq̃ q; eneruẽ & frigidã iuuen
tam egit:pdito etiã amoꝝ uulgatiſſime meretricis ĩfamis fuit mortiſq; erubeſcẽdo genere cõſumptus
eſt.Auide,n,abdomine deuorato:fæde ac ſordide intẽpantiæ ſpũm tradidit. Aĩaduerto inq̃ piculo- Q
ſum iter proceſſerim:itaq; meipſum reuocabo: ne ſi reliqua eiuſdem generis naufragia conſectari per
ſeuerauero:aliqua inutili relatione implicer.Referam igitur pedem deformeſq; umbras in imo gurgi
te turpitudinis ſuæ iacere patiar.Satius eſt,n,narrare qui illuſtres uiri in cultu:cæteroq; uitæ ritu aliq̃
ex parte nouando ſibi indulſerint.Gaius duellius qui primũ nauale triumphũ ex pænis rettulit;quo- R
tienſcunq; epulaturus erat ad funalẽ cereum præeunte tibicinæ & fidicinæ a cœna domini reuerti ſo S
litus eſt.Inſignẽ bellicæ rei ſucceſſum nocturna celebratione teſtando.Lucius autem ſilla cum impe- T
rator eſſet clamidato ſibi crepidato habitu Neapoli ambulare deformæ non duxit. Gaius uero mari- V
us poſt iugurtinum cimbrumq; & theutonicum triumphum:cantharo ſemper potauit:quoniã liber
pater inclytum ex aſia ducens triumphum:hoc uſus poculi genere ferebatur:ut inter ipſum hauſtum
uini uictoriæ eius ſuas uictorias comparet. Vegeta & ſtrenua ingenia quo plus receſſus ſumunt hinc X
uæhementiores impetus edunt.Liuii ſalinatoris æternæ memoriæ tradendus aĩus:qui cum Aſdruba Y
lem exercitumq; pœnorum in umbra deleſſet:& ei diceretur gallos & ligures ex acie ſine ducibus &
ſignis ſpſos ac palantes parua manu opprimi poſſe:Reſpondit in hoc eis oportere ꝑci ne hoſtibus tan

Z tæ cladis domeſtici nuntii deeſſent.Cato uero ſuperior ſæpenumero ab amicis ad cauſæ dictatiõe uo
catus nec ullo unq̃ crimine conuictus:ad ultimum tantæ fiduciæ in ſua innocentia poſuit. ut ab his ĩ
quæſtionem publicam deductus.Tiberiũ grachum a quo in adminiſtratione reip.ad multũ odiũ diſ
aa ſidebat iudicẽ depoſceret:qua quidẽ cũ p̃ſtantia p̃tinaciã eo⁊ inſpectandi ſe inhibuit.Actius poeta iu
lio Cæſari ampliſſimo & ornatiſſimo uiro in collegiũ poetarum uenienti nunq̃ aſſurrexit:nõ maieſta
tis eius ĩmemor:ſed quia in comperatõe cõium ſtudiorũ aliquanto ſe ſuperiorẽ eſſe cõfideret:quapp
b b inſolẽtiæ crimine caruit:quia ubi uoluminũ nõ imaginũ certamina exercebant. Ne euripedes quidẽ
athenis arrogans uiſus ẽ:Cũ poſtulante populo:ut ex tragœdia quandã ſniam tolleret ꝓgreſſus in ſe
cc nam dixit:ſe ut eũ doceret nõ ut ab eo diſceret fabulas componere ſolere. Laudãdo ꝓfecto fiducia ẽ:
quæ æſtimationẽ ſui certo pondere examinat:tantũ ſibi arrogans:q̃tũ a contẽptu & inſolẽtia diſtare
ſatis eſt.Itaq⁊ etiã q⁊ Alceſcidi tragico poetæ reſpõdit ꝓbabile:apud quẽ cum quereretur q⁊ ab eo tri-
duo non ultra tres uerſus.maximo impenſo labore deducere potuiſſet:atq⁊ ipſe ſe cẽtũ pfacile ſcripſiſ
ſe gloriaretur:ſed in hoc inquit intereſt q⁊ tui in triduũ tantũmodo mei in omne tempus ſufficiẽt.Al-
terius.n.fœcũdi curſus ſcripta intra primas memoriæ mœtas corruerũt:Alterius cõtante ſtilo elucu-
A bratũ opus p̃ omne æui tempus:plenis groriæ uelis efferetur:Nobiliter etiã uterq⁊ Spartanus:& qui ĩ-
crepatus a quodã qui in aciem claudus deſcenderet pugnare ſibi nõ fugere ꝓpoſitum eſſe reſpondit.
Et qui referente quodã:ſagittis perſarum ſolem obſcurari ſolere:bene narras inquit: in umbra.n.me-
lius p̃liabimur.Eiuſdem uir urbis atq⁊ animi.hoſpiti ſuo patriæ muros excelſos latoſq⁊ oſtẽdẽti dixit.
B C Si mulieribus iſtos compaſtis recte:ſi uiris turpiter.Lex utilitati cedit.Non ẽ eiuſdẽ & capere aliquos
uelle & timere.Fortiter ſe gerere in aduerſis rebus quid aliud eſt q̃ ſcæuientẽ fortunã in adiutorium
ſui pudore uictam cõuertere.Perfecta ars fortunæ lenocinio defecta:iuſta fiducia non exuit:q̃q̃ ſe ſcit
laudẽ mereri:eam &ſi ab aliis nõ impetrat domeſtico tamen acceptã indicio refert:An tu uitulline ca
D rũculæ q̃ ĩpatori ueteri mauis credere.Aptũ & aĩoſum bona fiduciæ pectus emẽſo:quaſi debitũ opus
ſupeſt conſtãtiæ repſentatio.Cura.n.ſic compatum ẽ ut quiſquis ſe aliquid ordine a recta mente com
plexũ confidit:uel iã geſtũ ſi obſtrectet acriter tueatur:uel non editũ ſi interpelletur:ſine ulla cõtatio
ne ad effectũ perducat. Vbi domeſtica quies ſeditionũ agitata fluctibus ẽ priſce cõſuetudis autoritas
E conuellitur pluſq⁊ ualet qd uiolentia cogit:quã q⁊ ſuadet & percipit uerecundia.Vt humilitas ampli-
F tudinẽ uenerari debet:ita a nobilitate fouenda magis q̃ ſpernenda bonæ indolis nouitas ẽ:Meuius cẽ
turio diui auguſti:cũ Antoniano bello ſæpenumero excellentes pugnas edidiſſet.ĩprouiſis hoſtiũ inſi
diis circunuẽtus.& ad Antoniũ Alexandriã perductus.interrogatuſq⁊ quidnã de eo ſtatui deberet:lu-
gulari me inq̃t iube:quia non ſalutis beneficio:neq⁊ mortis ſupplicio adduci poſſum:ut eẽ cæſaris mi
les de ſnia deſinã:aut tuus eſſe incipiã.Cæteq⁊ quo conſtantius uitã cõtempſit:eo facilius impetrauit.
G Antonius.n.uirtuti eius incolumitatẽ p̃ſtitit. Photion uero cũ atheniẽſes rem aliter atq⁊ ipſe ſuaſerat
ꝓſpere adminiſtraſſent:adeo perſeuerans ſniæ ſuæ ꝓpugnator extitit.ut in contõe lætari quidẽ ſe ſuc
ceſſu eorũ ſed tamẽ conſiliũ ſuum aliquãto melius fuiſſe diceret. Non.n.dãnauit quod recte uiderat:
quia q⁊ alius male conſulerat bene geſierant:fælicius illud æſtimãs hoc ſapientius. plerũq⁊ enĩ temeri
tatem caſus iuuat:& ubi paruo cõſilio propius aſpirat quo uæhemẽtius noceat deſperatius ꝓdeſt pla-
cidi ſane miſericordes & liberales:omniq⁊ ſuauitate temperati mores photionis:quos optime ꝓfecto
cõſenſus oĩum bonitatis cognomine decorandos cenſuit.Itaq⁊ cõſtantia q̃ natura rigidior uidebat̃ le
H uis e manſueto pectore fluxit.Syracuſanus qui quibuſdã momẽtibus ut aduerſus eraclidẽ & callippũ
quorum fidei plurimum credebat tanq̃ ĩſidias ei nectẽtes cautior eſſet: Reſpondit uita ſe malle exce-
dere q̃ metu uiolentæ mortis amicos inimicis iuxta ponere.Hæc de tertio.ſequuntur de quarto.

Ex libro quarto Valerii Maximi Hiſtoriæ & Autoritates.

I Ranſgrediar nunc ad ſaluberrimam partẽ animi moderationẽ quæ mentes noſtras ĩpotẽ-
tiæ & temeritatis incurſu tranſuerſas fieri nõ patit̃:quo euenit ut repræhẽſionis morſu ſit
K uacua:& laudis quæſtu ſit opulentiſſima.Multo.n.multoq⁊ ſeipſum q̃ hoſtẽ ſuperare ope
roſius eſt:nec aduerſa ꝓpera feſtinatione fugiẽte:nec ſecũda effuſo gaudio appræhendẽte.
Dolor moderationi cedere debet.Sumpſiſſem a te ſuplicium niſi tibi iratus eſſem. Malo impunitum
te dimittere q̃propter iam iuſto grauius punire.Forſitan.n.& nos cum in gradu dignitatis noſtræ eſſe
mus aliquid tale fecimus qua tranquillitate conſilii ipſe ſibi conditionem exilii placidiorem reddidit.
L Ea enim demum tuta eſt potentia quæ uiribus ſuis modum imponit.Marcus rutilius cenſorinus ite-
rum cenſor creatus:ad contionem populum uocatum q̃ potuit grauiſſima oratione corripuit:q⁊ pote
ſtatem eam ſibi bis detulliſſet:cuius maiores quia nimis magna uideretur tempus coartandum iudi-
caſſent:uterq⁊ recte & cenſorinus & populus alter enim ut moderate honores crederent præcepit: al-
M ter ſe moderato credidit.Quintus ſceuola excellẽtiſſimus uir teſtis in reum productus:cum id reſpõ-
diſſet:q⁊ ſalutem periclitantis magnopere læſurus uidebatur diſcedens adiecit:ita ſibi credi oportere
ſi & alii idem aſſeueraſſent.quoniam unius teſtimonio aliquem credere peſſimi eſſet exempli & reli-
N gioni igitur ſuæ debitam fidem:communi utilitati ſalubre conſilium reddit.Numidicus metellus po
pulari factione patria pulſus:in aſiam ſeceſſit:in qua cum ei forte ludos trallibus ſpectanti:litteræ red
ditæ eſſent quibus ſcriptum erat:maximo ſenatus & populi conſenſu:reditum illi in urbem datũ non
e theatro prius abiit q̃ ſpectaculum ederetur. Non læticiam ſuam proxime ſedentibus ulla ex parte

patefecit:ſed ſummum gaudium intra ſe continuit.Eundē conſtat pari uultu & exulē fuiſſe & reſtitu
tum.Adeo moderationis beneficio medius ſemp inter ſecundas & aduerſas res animi firmitate uerſa
tus eſt.Temperata Platonis moderatio.Nam cum aduerſus delictū ſerui uæhemētius exarſiſſet ueri-
tus ne ipſe uindictæ modū deſpicere non poſſet:ſpeuſippo amico caſtigationis arbitrium mādauit.de
forme ſibi futurum exiſtimans:ſi cōmiſiſſet ut parem repræhenſionē culpa ſerui:& animaduerſio pla
tonis mereret.Idem Plato cū audiſſet xenocratē diſcipulum ſuum de ſe multa impie locutū:ſine ulla
cunctatione criminationē reſpuit:cūq; inſtetiſſet toruo uultu index cām quærens: cur ſibi fides non
adhiberetur.Adiecit non eſſe credibile ut quē tantop amaret ab eo inuicē nō diligeretur poſtremo
cū ad iuſiurandū inimicicias aſſerentis malignitas confugiſſet:ne de periurio eius diſputaret affirma-
uit:nunq̄ xenocratē illa dicturum fuiſſe: niſi ea dici expedire ſibi iudicaſſet. Non in corpore mortali
ſed in arce cæleſti & quidē armatū animū eius uitæ ſtationē putes peregiſſe:humanorū uitioꝝ incur
ſus a ſe inuicta pugna repellētem:cunctoſq; uirtutis numeros altitudinis ſuæ ſinu clauſos cuſtodiētē.
Staſippus tegeates hortantibus amicis ut grauē in adminiſtratōe reip.emulum ſed alioquin ꝓbum &
ornatum uirum:qualibet ratiōe uel tolleret uel ſummoueret:negauit ſe factuꝝ:ne quē in tutelam pa
triæ bonus ciuis locū obtineret malus & iprobus occuparet:ſeq; potius uæhemēter aduerſario urge-
ri:q̄ patriā egregio aduocato carere præoptauit.A piſcatoribus in mileſia regione euerriculū trahenti
bus quidā iactum emerat:extracta deinde magni ponderis aurea delphica menſa orta cōtrouerſia eſt.
Illis piſcium capturā uendidiſſe affirmātibus:hoc fortunā tractus ſe emiſſe dicente.qua contentōe ꝓp
nouitate rei & magnitudinē pecuniæ ad uniuerſum ciuitatis eius populum delata: placuit apollinem
delphicum cōſuli:cuinam adiudicari menſa deberet:deus reſpondit illi eſſe dandā qui ſapientia cæte-
ros ꝓſtaret:Tum illi mileſio talenti menſam dederūt:ille ceſſit eam bianti:bians pitaco:is ꝓtinus alii:
deincepſq; ꝓ oīum ſeptem ſapientū orbem ad ultimū ad ſolonem peruenit: qui & titulū ampliſſimæ
prudentiæ & præmium ad ipſum apollinem tranſtulit. Anthiochus a Lucio ſcipione ultra thaurum
montē impii finibus ſummotus:cum aſiam prouinciā uicinaſq; ei gentes ademiſſet: gratias agere po-
pulo Romano:non diſſimulāter tulit:quod nimis magna procuratōe liberatus modicis regni termi-
nis uteretur.Et ſane nihil eſt tā perclaꝝ aut tam magnificū quod non moderatione temporari deſide
ret.Tranſgrediamur ad egregiū humani animi affectū:quē ab odio ad gratiam deflexum equidē cum
læto ſtilo ꝓſequamur.Nā ſi placidum mare ex aſpero:cælumq; ex nubilo ſerenum hilari aſpectu ſen-
titur.ſic bellum pace mutatum plurimū gaudii affert.Specioſius aliquanto iniuriæ beneficiis uincun
tur:q̄ mutui odii pertinacia penſantur.M.æmilius lepidus bis conſul & pontifex maxīus.ſplendoriq;
honorum par uitæ grauitate:diutinas ac uæhementes inimicitias cū ſuluio flaccho eiuſdem amplitu
dinis uiro geſſit:quas ut ſimul cenſores creati ſunt in campo depoſuit exiſtimans nō oportere eos pri-
uatis inimiciciis diſſidere qui pub.ſumma iuncti eſſēt ptāte.Clarum etiā in aphricano ſupiore ac tibe
rio gracho depoſitarū inimiciciaꝝ exēplum.Siquidē ad cuius menſæ ſacra odio diſſidētes uenerant:
ab ea & amicitia & affinitate iuncti diceſſerunt: Non contentus enim ſcipio autore ſenatu ī capitolio
louis epulo cum gracho concordiam communicaſſe filiam quoq; ei corneliam protinus ibi deſpon-
dit. Magna cura præcipuoque gaudio referendum eſt: quantopere libidinis & auaritiæ: furori ſimi-
les impetus ab illuſtrium uirorum pectoribus conſilio & ratione ſummoti ſunt. Quia hi demum pe
nates:ea ciuitas.id regnum æterne in gradum facile ſteterit:ubi minimū uirium ueneris pecūiæq; cu-
pido ſibi uendicauerit.Nam quo hæ generis humani certiſſimæ peſtes penetrarunt:iniuria dominat:
infamia flagrat quibus relictis contrarios his tam diris uitiis mores commemoramus.Locuplex ē nō
multa poſſidēs ſed modica deſiderans.Quæ urbs uoluptati plurimū tribuit impium maximū amiſit:
quæ labore delectata eſt occupauit.Et illa libertatem tueri non ualuit.Hæc etiam donare potuit. De
pub.miniſterio nihil cuiq̄ præter laudem bene adminiſtrati officii accedere debet.Non auri & argen-
ti:ſed amplitudinis pondus exiſtimandum eſt.Prætori non ſolum manus a pecuniæ lucro: ſed etiam
oculos a libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.Marcus curius cum italia pyrrhum regem exegiſ
ſet:nihil omnino ex præda regia qua exercitum urbemq; ditauerat attigit.decretis etiā a ſenatu ſeptē-
nis iugeribus agri populo:ſibi autem quinquaginta:popularis aſſignationis modum non exceſſit: pa-
rum idoneum reip.ciuem exiſtimans qui eo quod reliquis tribueretur contentus nō eſſet.Idem Sam-
nitum diuitias perlegatos miſſas contempſit:uultum riſu ſoluens:narrate īquit ſamnitibus.M. Curiū
malle locupletibus imperare q̄ ipſum fieri locupletem:atq; iſtud ut præcioſum ita malo hominū ex-
cogitatum munus retroferte:& memētote nec acie me uinci:nec pecunia corrumpi poſſe. Sophocles
ætate iam ſenior:cum ab eo quidam quæreret:an etiam nunc rebus ueneris uteretur?Dii meliora in-
quit:Libenter enim iſtinc tanq̄ ex aliqua furioſa profugi dominatione.Phyrne nobile Athenis ſcortū
iuxta xenocrarem uino grauem accubuit:pignore cum quibuſdā iuuenibus poſito an temperātiā eius
corrumpere poſſet quam nec tactu nec ſermone aſpernatus quoad uoluerat in ſinu ſuo moratam pro
poſiti irritam dimiſit:factum ſapientia imbuti animi abſtinens:ſed meritriculæ quoq; dictu perq̄ face
tum.deridentibus enim ſe adoleſcentibus:quia tam formoſa tāq; elegās:poti ſenis animum illecebris
pellicere non potuiſſet:pactumq; uictoriæ præcium flagitantibus:de homine ſe cum his nō de ſtatua
poſuiſſe pignus reſpondit poteſt ne ex hæc xenocratis continentia a quoq̄ magis uere magiſq; pro-
prie demonſtrari; q̄ ab ipſa meritricula expreſſa eſt?Phyrne pulchritudine ſua nulla ex parte conſtan

H tissimam eius abstinentiam labefecit. Omnia nimirum habet qui nihil cõcupiscit: eo quidem certius q̃ qui cuncta possidet: quia dominum rerum collabi solet. Bona mens præfertur diuitiis bonæ mentis usurpatio nullum tristioris fortunæ recipit incursum. Itaq; quorsum attinet: aut diuitias in prima fælicitatis parte: aut paupertatem in ultimo miseriarum statu ponere? cum & illarũ frons hilaris multis intus amaritudinibus sit referta: & huius horridior aspectus solidis & certis bonis abundet. Quos pericula reip. imperatores asserebant: angustiæ rei familiaris (quid cesso proprium nomẽ ueritati reddere) bubulcos fieri cogebant. Nihil eorum quæ uirtuti debentur emere pecunia licet. Quid mendicam fortunam quasi præcipuum generis humani malum diuturnum cõuitiis laceramus? quæ ut nõ abundãtibus ita fidis huberibus publicolas, elios fabritios, curios, scipiones, scauros: hisq; paria robora uirtutis aluit. In gaii fabricii & Q. emilii papii principum sæculi sui domibus argentum fuisse cõfitear oportet. Vtercq; enim patellam deorum & salinum habuit: sed eo lautius fabritius q̃ patellam suam corneo pediculo sustinere uoluit, papus quoq; satis animose qui cum hæreditatis nomine ea accepisset religionis causa alienanda non putauit. Atilium autem qui ad eum arcessendum a senatu missi erant: ad imperium populi ro. suscipiendum sæmẽ aspergentem uiderunt: sed ille rustico opere attritæ manus salutem publicam stabilierunt ingentes hostium copias pessũdederunt. Quæq; uero modo arantium bonum iugum rexerant: triũphalis currus habenas retinuerũt. Nec fuit his rubor eburneo scipione deposito agrestẽ stiuã aratri repetere põt paupes cõsolari Atilius: sed multo magis docere locupletes: q̃ non sit necessaria solidæ laudis cupidini anxia diuitiarum comperatio. Verecũdia enĩ iustissimis uiris præcepit ut priuatas facultates negligerent: publicas q̃plissimas esse cuperent: digna cui perinde ac cælesti numini templa extruantur aræq; consecrentur: quia parens est omnis honesti consilii tutela solemnium officiorum, magistra innocentiæ, cara proximis, accepta alienis omni loco, omni tempore fauorabilẽ præ se referens uultũ. Excellentis pulchritudinis adolescens Spurina: cum mira specie complurium fœminarum illustrium solicitaret oculos: ideoq; uiris ac parentibus earum se suspectum esse sentiret: oris decorem uulneribus cõfudit deformitatem sanctitatis suæ fidem quã formam irritamẽtum alienæ libidinis esse maluit. Vbĩ idem & maximus & honestissimus amor est aliquanto p̃stat morte iungi q̃ distrahi uita. Tuos castissimos ignes portia, M. catonis filia: cuncta sæcula debita admiratione p̃sequentur: quæ cũ apud Philippos uictũ & interẽptũ uirũ tuũ brutũ cognoscere: quia ferrũ nõ dabatur ardentes ore carbones haurire nõ dubitasti: muliebri spiritu uirilem patris exitum imitata Hypsicratea quoq; regina Mythridatẽ cõiugem suum effusis caritatis habenis amauit: ppter quem præcipuũ formæ suæ decorẽ in habitũ uirilẽ cõuertere uoluptatis loco habuit. Tonsis enim capillis equo se & armis assuefecit: quo facilius laboribus & periculis eius itereesset: quinetiam uictũ a Gn. põpeio p efferatas gentes fugientẽ: aĩo pariter & corpore infatigabili secuta ẽ: cuius tanta fides asperarũ atq; difficilium rerum: mythridati maximũ solaciũ & iucũdissimũ lenimẽtũ fuit: cũ domo enĩ & penatibus uagari se credidit uxore simul exultãte. Contẽplemur nũc amiciciæ uinculum potens & p̃ualidũ: neq; ulla ex parte sanguinis uiribus inferius hoc ẽt certius & exploratius: q̃ illud nascendi sors fortuitũ opus: hoc unuscuiusq; solido iudicio incohata uolũtas contrahit. Itaq; celerius sine repræhensione p̃pinquũ auersere q̃ amicũ: quia altera directio iniquitatis, altera utiq; leuitatis crimini subiecta ẽ. Cũ enim deserta sit futura uita hoĩs: nullius amicitiæ cincta p̃sidio: tam necessarium subsidiũ temere assumi nõ debet: semel autem recte appræhẽsum sperni nõ conuenit. Sincere uero fidei amici præcipue in aduersis rebus cognoscũtur: in quibus quicq̃ p̃statur totum a cõstanti beniuolentia p̃ficiscitur: fælicitatis cursus quia maiore ex parte adulationi q̃ caritati erogatur: certe suspectus est: p̃inde ac plus semp petat q̃ ĩpendat. Accedit huc q̃ infractæ fortunæ hoĩes magis amicorum studia desiderãt uel p̃sidii uel solacii gratia. Nã læta quidẽ & p̃spera negocia: utpote cũ diuina suffragatione foueant̃ humana minus ĩdigent. Tenacius igit̃ eorũ nomina posteritatis memoria appræhendit: qui aduersus amicoq; casus nõ deseruerunt: q̃ qui p̃sperum uitæ cursum comitati sunt. Quis illũ sceleratũ putasset fuisse si tacuisset? quis nõ etiam sapientem si pro necessitate temporis locutus esset. Veq; nulla tã modesta fælicitas ẽ quæ malignãtes dẽtes uitare possit. Et quo secessũ quosdã fugeris? aut quibus insulis misericordiæ p̃mulseris? ne alienis malis peride ac bonis suis lætent̃ & gestiãt. diuites sunt alioq; iacturis, locupletes calamitatibus, ĩmortales funeribus. Sed illi quatenus alienis incommodis: suorum adhuc expertes insultent: optima uindex insolentiæ uarietas humanæ conditionis uiderit. Incepto nãque egregio non irrito euentu existimari debet. Damõ & pythias pythagoricæ prudentiæ sacris iniciati tam fidelem inter se amicitiam iunxerunt: ut cum alteq; ex his dionysius syracusanus interficere uellet: atq; is tempus ab eo quo prius q̃ periret domum p̃fectus res suas ordinaret impetrasset: alter uadẽ se p reditu eius tyrãno dare nõ dubitauit. Solutus erat piculo mortis q̃ modo gladio ceruices subiectas habuerat. Eidẽ caput suũ subiecerat cui securo uiuer̃ licebat. Igit̃ oẽs & iprimis dionysius nouæ atq; ancipitis rei exitum speculabantur. Appropinquante igitur deinde finita die nec illo redeunte: unusquisq; stultitiæ tam temerarium sponsorem damnabat: atq; is nihil se de amici cõstantia metuere p̃dicabat. Eodem autem momẽto & hora dionysio cõstituta: eam qui acceperat supuenit. Admiratus amborum animum tyrannus fidei remisit: ĩsuperq; eos rogauit: ut se ĩ societatem amicitiæ tertium sodalicii gradũ intima cultuq; beniuolentia reciperẽt. hæccine uires amicitiæ mortis cõtẽptũ ignorar̃: uitæ dulcedinẽ extinguere: crudelitatẽ mãsuefacer̃: odiũ ĩ amorẽ cõuertere benefi

tio pænam pensare potuerũt:quibus tantũ pæne uenerationis:quãtũ deoꝝ imortaliũ cerimoniis debetur.Illis enim publica salus:his priuata cõtinet.Liberalitatum duo sunt maxime probabiles fontes: A
ueꝝ iudiciũ & honesta beniuolentia.Nã cum ab his oriretur tum demũ ei rõ constat.Dono autẽ ipsi gratiã magnitudo quidẽ sua:sed efficatiorẽ aliquanto oportunitas concilliat.Proni studii certius iudicium est supra uires niti:q̃ uiribus ex facili uti.Alter enim quod potest p̃stat:alter plus etiam q̃ potest. Fabius ĩ honorẽ patriæ paupertatẽ inopia mutauit.Omne p̃clari facti decus crebra memoria ĩ seipso reuiresc it.Tanta cælum clamoris alacritate compleuerunt:ut certe cõstat aues q̃ superuolabant attonitas pauentesq; decedisse.Agrigentinus gillia quem propemodum ipsius liberalitatis p̃cordia consi- B
stat habuisse.Erat opibus excellens.sed multo ẽt aio q̃ diuitiis locupletior:semperq; in eroganda q̃ in corroganda pecunia occupatus:adeo ut domus eius quasi quædam munificẽtiæ officina crederetur. Illinc enim publicis uisibus apta monumenta extruebantur.Illinc grata populi oculis spectacula edebantur.Illinc epularum magnifici apparatus latentisq; annonæ subsidia oriebãtur.Et cũ hæc uniuersis priuatim alimenta inopia laborantibus:dotes uirginibus paupertate præssis: subsidia detrimentorum incursu quassatis erogabantur.hospites quoq; tũ urbanis penatibus:tum etiam rusticis tectis benignissime excepti uariis numeribus ornati dimittebantur.Quodã uero tẽpore quingentos simul gelentium equites ui tempestatis in possessiones suas compulsos.aluit & uestiuit. Quid multa non mortalem aliquem:sed ꝓpriæ fortunæ benignum esse diceres sinum.Ergo quod gillias possidebat oium A
quasi cõmune patrimoniũ erat:ꝓ cuius salute & incremẽtis tum Agrigentina ciuitas: tum ẽt uicinæ regiones uotis excubabant.Collocato e cõtraria parte arcas iexorabilibus claustris obseruatus:nonne præstantiorem aliquãto existimes illã impensam q̃ hanc custodiã. Hæc de quarto:sequũtur de qnto.

Ex libro quinto Valerii maximi historiæ & autoritates.

Iberalitati quas aptiores commites q̃ humanitatem & clæmẽtiam dederim? quoniam idẽ C
genus laudis expetunt.Quarum prima inopia:proxima occupatione:tertia ancipiti fortuna præstatur.humanitatis autem dulcedo etiam efferata barbarorum ingenia penetrat:orboscꝫ & truces hostium mollit oculos:ac uictoriæ insolentissimos spiritus flectit. Nec illi arduum atq; difficile est inter arma contraria:inter districtos cominus mucrones placidum iter reperire:uincit iram:prosternit odium:hostilemq; sanguinem hostilibus lachrimis miscet. Ea demum uictoria & apud deum & apud homines minime inuidiæ habitura est: quæ plurimum humanitatis habet.Nam &si egregium est hostem abiicere:non minus tamen laudabile infælici scire misereri.Aeque pulchrum est & uincere reges & facere.Mortalium negocia fortuna uersat.Philostratus archynien siũ D
tyrannus:qui adolescens quidam amore filiæ eius uirginis accensus:in publico obuiam sibi factã oscu latus esset:exorante uxore ut ab eo capitale supplicium sumeret.Respondit:Si eos qui nos amant ĩter ficianus:quid his faciemus quibus odio sumus?Minime digna uox:cui adiiciatur eam ex tyranni ore de humanitate manasse.In hunc modum filiæ iniuriam tulit:suam multo laudabilius.Pyrrhus rex au E
dierat quosdam in conuiuio tarentinorum parum honoratum de se sermonem habitum:accersitus q ei interfuerunt percuntabatur.an ea quæ ad aures ipsius peruenerant dixissent.Tum ex his unus: nisi inquit unum nobis defecisset ista quæ tibi relata sunt:pro his quæ de te locuturi eramus ludus ac iocus fuissent.Tam urbana crapulæ excusatio:tãq; simplex ueritatis confessio iram regis conuerti in risum.Qua quidem clæmentia & moderatione assecutus est ut & sobrii sibi tarentini gratias agerent. & ebrii bene precarentur.Eleuet aliquis præmia uirtutis:cum animaduertat fortes uiros fælicius se- G
peliri q̃ ignaros.Inter armorum strepitum uerba iuris ciuilis exaudiri non possunt. Satius est ab iniustissimis circunueniri q̃ benemerito gratiam non referre. Sane amplissimæ & speciosissimæ diuitiæ H
sunt fœliciter erogatis beneficiis late posse censeri.Liberalis populus ro.magnitudine muneris quod Athalo regi Asiam dono dedit:sed Athalus etiam testamenti æquitate gratus. qui eandem asiam populo ro.legauit.Itaq; nec huius munificẽtia:nec illius tam memor beneficii animus tot uerbis laudari potest:q; amplissimæ ciuitates uel amice donatæ uel pie redditæ sunt.Quid abest qui publica demen I
tia sit existimanda.summo consensu maximas uirtutes quasi grauissima delicta punire:beneficiaq; iniuriis reprendere?Quid cum ubiq; intolerabile uideri debet in qua urbe aduersus ingratos actio constituta est?Et recte quia dandi & accipiendi beneficii commercium:sine quo uix uita hominum constat tollit quisq; benemerito parem referre gratiam negligit.Quantam ergo repræhensionem merentur:qui cum æquissima iura sed iniquissima ingenia haberent:moribus suis q̃ legibus uti ualuerunt. Marcus Cicero.G.popilium lenatem picenæ regionis rogatu.M.celii:non minori cura q̃ elegantia de- K
fendit:eumq; causa admodum dubia fluctuantem saluum ad penates suos remisit:hic popilius postea nec re nec uerbo a Cicerone læsus ultro.M.antonium rogauit:ut ad illum proscriptum persequendũ & uigilandum mitteretur.Impetratisq; detestabilis ministerii partibus gaudio exultãs: gaietam cucurrit:& uirum(omitto q; amplissimæ dignitatis certe salubri studio & præstantis officii priuatim sibi uenerandum)iugulum præbere iussit ac protinus caput Romanæ eloquẽtiæ & pacis clarissimam dexteram:per summum & securum ocium amputauit.Eaq; sarcina tanq̃ opimis spoliis alacer in urbem reuersus est.Neq; ei scælestum portanti onus succurrit:illud se caput ferre quod pro capite eius quodã perortauerat.Inualide ad hoc monstrum sugillandum litteræ quoniam qui talem casum Ciceronis satis digne deplorare queat:alius Cicero non extat.Cõmẽtabilis pietas est q̃ mãsuetis parẽtibus præstaꝫ L

sed manilius quo horridiorem patrem habuit: hoc laudabilius eius periculo subuenit: qui ad diligen
dum præter naturalem amorē nullo īdulgētiæ blandimēto īuitatus fuerat. Nulla.n. acerbitate fortu-
næ nullis sordibus preciū caræ pietatis euilescit: quinetiā eo certius quo miserius experimētū habet.
Cæteræ enim uirtutes admirationis tātūmodo multū: pietas uero etiā amoris plurimū meret, prima
& optima rex natura pietatis est magistra: quæ nullo uocis ministerio nullo usu litteraꝝ indigēs: pro
priis ac tacitis uiribus caritatem parētum liberorū pectoribus infundit. Quid ergo doctrina ꝓficit ut
pollitiora scilicet: non ut meliora fiant ingenia: quoniā quidē solida uirtus nascitur magis q̄ fingitur.
M Sanguinis ingenui mulierem prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam triumuiro necā
dam in carcere tradidit. Quam receptā is qui custodiæ præerat misericordia motus nō ꝓtinus stran-
gulauit: aditū quoq; ad eam filiæ sed diligenter excussæ nequid sibi inferret dedit: existimans futurū
ut media consumeret. Cum autem iam plures dies ītercederēt: secū ipse querens quidnā esset ꝓ tādiu
sustentaret: curiosius obseruata filia animaduertit illā exerto hubere famē matris lactis sui subsidio le
niētē. Quæ tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso ad triūuirū: a triumuiro ad prætorē a prætore
ad consilium iudicum ꝓlata remissionē pænæ mulieri impetrauit. Quid non penetrat aut quid nō ex
cogitat pietas? quæ in carcere seruandæ genitricis nouā rationem inuenit. Quid enim tam iusitatum:
quid tam inauditum q̄ matrem natæ huberibus ali? putauerit hoc aliquis contra naturam factum ni
A si diligere parentes prima naturæ lex esset. Quamcopiosæ enim suauitatis illa recordatio est ī eodem
domicilio anteq̄ nascerer habitaui: in iisdem īcunabulis infantiæ tempus peregi: eosdem appellaui pa
rentes: eadem pro me nota excubuerūt: parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi. Cara est uxor.
dulces liberi. iucundi amici. accepti affines. sed postea cognitis nulla beniuolentia accedere debet quæ
B fraternam exhauriat. Tantum enim Tiberius princeps parensq; noster: insitum animo amorē fratris
drusi habuit: ut cum Ticini quo uictor hostium ad complectendos parētes uenerat: graui illum & pe
riculosa ualetudine ī egrimonia fluctuare cognouisset: ꝓtinus inde metu attonitus erumpet. Iter quo
que q̄rapidum q̄ & præceps uelut uno spiritu corripuerit: eo patet q; Alpes. Renūq; trāsgressus die ac
nocte mutato subinde equo ac habitu. ducēta milia passuum per modo deuictam barbariam naman-
thabagio duce solo comite, contentus euasit. Sed eū maximo tunc labore & periculo implicatū. mor-
taliumq; frequentia defectū: sanctissimumq; pietatis numē & dii fautores eximiarum uirtutum & fi-
dissimus romani īperii custos Iupiter comitatus est. Euersa domo reip. stat⁹ manere potest: urbis rui
C na penates omnium secū trahat necesse est. Vbi sunt superbæ carthaginis alta mœnia? ubi maritima
gloria inclyti portus? ubi cunctis littoribus terribilis classis? ubi tot exercitus? ubi tantus eq̄tatus? ubi
immenso aphricæ spacio non cōtenti spiritus? Omnia ista duobus scipionibus fortuna partita est. Ni-
D hil est igitur excepta uirtute quod mortali manu & animo immortale quæri possit. Cum ī media par
te fori Romæ: uasto ac repentino hiatu terra subsideret: responsumq; esset: ea re illum tantummodo
compleri posse: qua populus ro. plurimū ualeret: Curtius & generis & animi nobilissimus adolescens:
interprætatus urbem nostram uirtute & armis præcipue excellere militaribus insigniis ornatus equū
cōscendit: eūq; uæhementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundū egit. Sup quē uniuersi
ciues honoris gratia certatim fruges iniecerunt cōtinuoq; terra pristinum habitum recuperauit. Ma-
gna postea decora in foro romano fluxerunt. nullum tamen hodieq; pietate Curtii erga patriam clari
E us obuersatur exēplum. Seleuci regis filius Antiochus: nouercæ stratonices infinito amore correptus:
F memor q̄imbrobis facibus arderet: impium pectoris uulnus pia dissimulatione contegebat: Itaq; di-
uersi affectus iidem uisceribus ac medulis inclusi: summa cupiditas & maxima uerecundia: ad ultimā
tabem corpus eius redegerant. Iacebat ipse in lectulo moribundo similis: lamentabantur necessarii. pa
ter mœrore prostratus de obitu unici filii deq; sua miserrima orbitate cogitabat totius domus fune-
bris magis q̄ regius erat uultus. Sed hanc tristitiæ nubē leptinii mathematici uel ut quidā tradunt Ga
sistrati medici prouidentia discussit. Iuxta enim Antiochum sedens: ut eum ad introitum stratonices
rubore profundi: & spiritu increbescere: eaq; egrediente pallere: & exercitatione anhelitum subinde re
cuperare aīaduertit: curiosiore obseruatione ad ipsam ueritatem penetrauit. Intrante enim stratonice
& rursus abeunte: brachium adolescentis dissimulanter apprænde dēdo modo languidiore modo ue-
getiore pulsu uenaꝝ cōperit: cuius morbi æger esset: protinusq; id seleuco exposuit: Qui carissimam
sibi coniugem filio cedere non dubitauit: q; in amorem incidisset fortunæ acceptū referēs: q; dissimu-
lare eū usq; ad mortem paratus esset: ipsius pudori īputans: Subiiciat animis. senex. Rex. amās iam pa-
G tebit q̄multa quāq; difficilia paterni affectus indulgētia superauit. Lutius brutus gloria par Romulo.
Quia ille urbem: hic libertatem romanam condidit: filios suos Tarquini dominationē a se expulsam
reducentes: summū īperiū obtinēs cōprænsos: Proq; tribunali uirgis cesos: & ad Palum religatus se
H curi ꝓcuti iussit. Exuit patrē ut cōsulē ageret: orbusq; uiuere quā publice uindictæ deesse maluit. Luci
us Agelius omnibus honoribus ad cēsurā defunctus: Cum grauissima crimina de filio in nouercā cō-
missum stuprum & paricidiū excogitatū propemodū explorata haberet: nō tamē ad uindictā ꝓcurrit
cōtinuo: sed pene uniuerso senatu adhibito in cōsiliū: & expositis suspitionibus: defendi se adolescenti
potestatem fecit: inspectaq; diligentissime causa absoluit eum tum cōsilii: tū etiam sententia sua. Quod
I si impetu iræ abstractus scæuire festinasset: admisisset magis scelus q̄ uindicasset. Anaxagoras audita
morte filii: nihil mihi inquit inexpectatum: aut nouum nuntias: ego enim illum ex me natum sciebā

esse mortalem:has uoces utilissimis præceptis imbuta uirtus emittit:quas siquis efficaciter auribus re
ceperit non ignorabit ita liberos esse procreandos:ut meminerit his a rerum natura & accipiendi spi-
ritus:& reddendi eodem momento temporis legem dici:atq; ut neminem mori solere qui nō uixerit:
ita ne uiuere aliquem quidem posse qui non sit moriturus.Hæc de quinto.Sequuntur de sexto.

Ex libro sexto Valerii maximi historiæ & autoritates.

Vx romanæ pudicitiæ Lucretia:cuius uirilis animus maligno erroꝝ fortūæ muliebre cor- K
pus sortitus est,a Tarquinii regis superbi filio per uim stuprum pati coacta:cū grauissimis
uerbis iniuriam suam in consilio necessariorum deplorasset:ferro se quod uestę tectum at
tulerat interemit:causamq; tam animoso interitu imperium consulare pro regio permutā
di populo ro.præbuit.Quid.p.menius:q̄ seuerum pudicitiæ custodem egit?In libertū namq; ad L
dum sibi gratum animaduertit:quia eū iam nubilis ætatis filiæ osculum dedisse cognouerat:cū præ-
sertim nō libidine sed errore lapsus uideri posset.Cæterum amaritudine pœnæ teneris adhuc puellæ
sensibus castitatis disciplinam ingenerari magnum æstimauit:eiq; tam tristi exemplo præcepit: ut nō
solum uirginitatem illibatam:sed etiam oscula ad uirum sincera perferret. Senectutis ultimæ mulier M
quædam syracusis:omnibus tyranni dionysii exitium propter nimiam morum acerbitatem & intole- N
rabilia onera uotis expetentibus sola quottidie matutino tempore deos ut incolumis & sibi superstes
sexta:unde ante iheſum duo.cc.minus uno milia quinq;.Sanctus dionyſius mittitur in galliam anno a natiuitate domini.lxxxxiiii.nero poſt chriſtum.lviii.perſecutio prima chriſtianorum:monarchia qn ta.Silueſter papa.ccc.xxxi.Iulianus apoſtata.ccc.lxv. Heremitæ de quibus in uita patrum floruerunt ccc.lxxxviii.auguſtinus baptizatur.cccc.xxxvi.Maria ægyptiaca.cc.xcii.Septem dormientes.cc.lii.Bichimius.ccc.lxxxviii.Iuſtinianus legum compilator .ccccc.xxv.Baſilius primus tegulæ clauſtri inſtitutor.ccc.xcii.Gregorius.d.xcii.Vndecim milia uirginum.cccc.lvi.Aegidius.d.lix.Et tunc per carolum magnum tranſfertur imperium a græcis.Beda.d.xxi.Benedictus.d.xx.Regula canonicorum inſtituitur.dccc.xvi.Ordo clumacenſium incepit.cccc.xii.Ordo ſancti benedicti.cccc.lxxv.Ordo permonſtratenſium.M.xx.alias.M.c.xxvi:Ordo cartuſuenſium. M.lxxxix.alias.M.xxviii.Ordo ciſterſiẽſium. M. xcviii.Ordo ſancte Trinitatis.M.c.xlviii.Ordo fratrum minorum. M.cc.vi.Franciſcus uidit ſeraphin M.cc.xxvi.Ordo prædicatorum.M.cc.xv.Sanctus Dominicus.M.cc.Ordo templariorum confirmatur.M.c.lxxviii.Ordo Theotunicorum incepit.M.cc.v.Sancta clara incepit.M.cc.xii.Secta mahometi incepit.ccc.xiii.Anglia conuertitur.d.xcii.Mulier papa.dcce.lix.Sanctus cõradus.dcccc. xlii. Gallus d.xcix.Sanctus Rupertus ordinis ciſterſienſis.M.c.xii.Sanctus hieronymus.ccc.l. Origenes. cc. xxiiii. Magiſter libri ſententiarum.M.c.xlii.Gratianus frater eius autor decreti.M.c.l.Gregorius nonus cõpoſuit decretales.M.cc.xxii.bonifacius.viii.papa in ordine.C.xcviii.edidit ſextum. M.cc.xcv. Clemẽs papa ſextus edidit Clæmentinas.M.ccc.xii.Moyſes dicitur primus hebræorum litteras ĩueniſſe.Abraam chaldæorum & ſyriorum yo inachi filia & aſyris uxor ægyptõrum.Phœnix agenoris filius græcorum:quas Cadimus edoctus a fratre phœnice primus ĩ boetiam detulit:quem primum autorem græcarum litterarum crediderunt.Carmentis mater Euãdri quæ & Nicoſtrata dicta eſt fertur primas latinas litteras inueniſſe.hæc de iſtis Incipiunt modo Apophtegmata plutarchi per Franciſcum philelphum e græco in latinum tranſlata.

Apophtegmata plutarchi Ceronenſis per philelphum tranſlata incipiunt.

Vm apud traianum ĩperatorẽ cõiunctiſſime plutarchus uiueret:munus illi & pentile cæteris:ſe facturũ exiſtimauit:ſi quæ magna cura & ĩduſtria collegiſſet. Apophtegmata eius nomini dedicaſſet.Apophtegmata uero ipſa ſunt breues oões grauioré ſenſũ aliquẽ.argutioréq; cõtinẽtes.Quæ qdẽ apophtegmata mirabilẽ quãdã & liberã ac uariã grauitatẽ sententiaꝝ.ad oẽm oõnẽ augẽdã atq; exornãdã(ad hæc.n.totus noſtri operis ꝓgreſſus ĩtendit) adhibere porrigereq; uidenť.Nõ tamẽ oĩa ſed aliqua magis nota digna atq; iucũda:ut ĩ ſupioribus a me actũ ẽ: ne opus noſtrũ nimiũ ꝓtendať ĩ longũ duxi.ꝓcenſenda.Quoꝝ primũ exordine ſit hoc.Darius rex pſaꝝ xerxis pater:cũ de ſuis laudibus ꝑdicaret.aiebat & ĩ ꝑliis ſeſe:& periculo ſis aduerſiſq; ĩ rebus prudẽtioré fieri.ldẽ cũ tributa ſubditis ĩperaſſet ꝓuinciaꝝ ꝑfectus accerſiuit:& an tributa grauia eſſent ĩterrogauit:qbus reſpõdẽtibus ea mediocriter ſe habere iuſſit dimidiũ qſq; ſolueret. Semiramis regina:quod ſibi ſepulchrũ conſtruxerat inſcripſit.Quicũq; pecuniis rex ĩdiguerit: patefacto munumẽto quot uoluerit:accipito.Itaq; darius ſublato lapide pecuniaꝝ nihil ĩuenit.ſed alias reperit litteras:quæ hæc dicerent:Ni malus uir eſſet ac numis inſatiabilis:cadauerum loculos non moueres. Xerxes darii filius:quos in caſtris ſpeculatores græcos depræhendiſſet:nullo affecit ſupplicio quin ubi iuſſiſſet ut audacter intuerentur exercitum:liberos dimiſit.Artaxerxes xerxis filius.Satibarranæ cubiculario iniuſti quidam ab eo petente.ubi non obſcure didiciſſet triginta milibus daricis ab illo id fieri quæſtori imperauit totidem daricos ad ſe portaret:quos illi tradens accipe inquit Satibarranes: hos enim cum tibi dedero pauperior certe facturus non ſum:at ſiquid quod petieras fecero:iniuſtior. Orontes regis artaxerxis gener:eum ob iram ĩ ignominiam excidiſſet:condemnatuiq; eſſet inquit: quemadmodum computatorum digiti nunc decies millenarios numeros:nunc unarios queunt ponere eodem quoq; modo regum amicos poſſe:quandoq; totum.quandoq; minimum.Scilurus cum relictis maribus filiis octoginta diem eſſet obiturus:haſtarum faſcem cuiq; obtendens:ut illum confringeret iubebat. Id autem ſingulis ſe poſſe negantibus:ipſe ſingillatim eductas haſtas facile omnis confregit:ita docens illos ubi una eſſe perſeuerarent firmos ac potentes fore:imbecilles autem ſi ſeparentur ac diſſiderent. Hiero tyrrannus:eorum neminem qui liberius eum licentiuſq; adirent:intempeſtiuum dicebat eſſe q aũt ſecretũ uerbũ occultũq; efferrent:iniuria afficere ét illos exiſtimabat ad quos efferetur. Obiurgatus autem a quodam:q; ſibi os feteret:ſuæ id uxori crimini dabat:utpote quæ nihil unq̃ hac de re dixiſſet:at illa ait exiſtimabam enim uiros omnis ita olere.Dionyſius tyrrãnus poſteaq̃ in tyrrãnidis inicio obſideretur.inſurgentibus aduerſus ſe ciuibus amici conſulebãt:ni uellet ſuperatus captuſq; mortem dare magiſtratum imperiumq; deponeret:At ille bouem a coquo iugulatũ confeſtimq; ꝓlapſum intuens:deinde non iniucundum ac triſte eſt inquit nos metu mortis quæ adeo breuis eſt tantum ac tale imperium deſerere.Matri uero quæ dum ætate confecta eſſet:uelletq; tum nubere ait:ciuitatis legibus uim poſſe auferri:naturæ autem haud poſſe.At cum accepiſſet duos adoleſcentes multa de ſe: de ſuaq; tyrrannide:petulanter maledicetq; locutos inter potandum:utrunq; ad cœnam ĩuitauit: quorum cum alterum ebrioſe multa contumelioſeq; delirantem:alterum raro moderate aſſeruanterq; bibentem intueretur:illum quidẽ dimiſit:utpote qui natura eſſet contumelioſus:& ob ebrietatẽ maledixiſſet:hũc autem e medio ſuſtulit:quippe qui dedita opera ut & maliuolus & hoſtis idem perpetraſſet.Accuſantibus uero quibuſdam hominẽ a ſe honorari & ad dignitatẽ ꝓuehi:qui & ĩprobus foret &

Agathocles

A

B

C

D

E

moleſtus ciuibus:at uolo ĩquit eum eſſe:quem magis q̃ me oderint. At iunior dionyſius dicebat multos alere ſophiſtas:non q̃ illos admiraretur:ſed quoniam per illos admirationi eſſe uellet: Eiectus autem ex tyrrannide cum interrogaretur:quid tibi plato aut philoſophia profuit:reſpondit ut æquo animo facileq̃ ferrem huiuſmodi fortunæ mutabilitatem. Agathocles figuli fuit filius: qui tum urbem obſideret: & quidam e mœnibus per conuicium dicerent: O figule quo pacto militibus ſtipendium ſolues? manſuetæ is atq̃ ſurridens ait:cum hanc cæpero. Cum autem uiribus in ſuam egiſſet ditionẽ: captiuos uenundabat inquiens:ſi conuicio me rurſus effeceritis:querar apud dominos ueſtros. Dionqui dionyſium exegit ex tyrrannide:cum Callippum cui omnium uni & hoſpitum & amicorum maxime fideret:inſidias ſibi tendere accepiſſet:eum arguere paſſus non eſt.mori inquiens longe præſtare q̃ uiuere tibi non hoſtes ſolum ſed etiam amicos cauere oportuerit. Archelaus cum a loquacıore tonſore interrogaretur quonam modo te tondeo? tacens inquit. At cum quidam aqua imperſiſſet. cõmotus aduerſus hominem ab amicis me non inſperſit inquit.ſed illum quem eſſe exiſtimauit. Philippum alexandri patrem theophraſtus tradit non ſolum genere & dignitate regia ſed etiam & fortuna & moribus maiorem cæteris regibus:moderatioremq̃ extitiſſe. Cui cum multæ res ex ſententia clariſſimæque geſtæ uno die nuntiarentur. O fortuna inquit parum aliquid mihi mali pro tantis tallibuſq̃ bonis facito. Amicis philippi iubentibus ut maledicum & cõuiciatorem quendam e ciuitate expelleret: id facturum ſe negauit ne inter pluris circũiens malediceret. Cum ei bellanti clauicula fracta eſſet & medicus qui eum curabat:quottidie prorſus aliquid peteret ſume inquit quot uolueris. nam clauem habes. Cũq̃ duos improbos flagicioſq̃ iudicaret ſententiam tulit: ut alter e macedonia fugeret: alter ut illum inſequæretur. Et cum in bono agro caſtra foret poſiturus audiretq̃ illic pabulum iumentis non eſſe cuiuſmodi inquit noſtra eſt uita:ſi ad aſinorum commodum nobis uiuẽdum eſt. Atq̃ cum munitiſſimum caſtellum quoddam capere uellet:ubi exploratores retuliſſent q̃difficillimum eſſe: & nullo modo capi poſſe:rogauit an ita eſſet difficile quo ne aſinus quidem auro honuſtus quiret accedere. Conſulebat philippus ut qui in ciuitatibus uiribus præſtaret:& bonos uiros amicos ſibi compararet & malos:deinde alteris uteretur.alteris abuteretur. Præterea cum ab hoſpite quodam ad cœnã inuitatus multos quos obuios habuiſſet adduceret uideretq̃ hoſpitem turbatum(non enim ſufficiebant quæ ꝑata erant)ſingulis amicis amice commonefactis:ut placente locum relinquerent iubebat: hi uero ita eſſe putantes expectanteſq̃ comedebant haud multum:atq̃ omnibus hoc pacto ſatis fuit. Rurſus cum accepiſſet alexandrũ quæri ac ei crimini dare:q̃ filios ex pluribus ſuſciperet mulieribus: proinde inquit quandoquidem multos habes regni æmulos dato operam ut & honeſtus & probus fias:quo nõ mea ſed tua gratia regnum adipiſcare. Item cum harpalus rogaret ut familiarem ſuum qui eſſet iniuriarum accuſatus iudicio liberaret ne in conuicio foret:an nihilo tamen minus mulctam ſoluere:melius eſt inquit huncipſum q̃ nos in infamia eſſe. At cum pluſculum temporis militiæ ſomno indulſiſſet:deinde ubi ſurrexit:tuto inquit dormiebam:Antipater enim uigilabat. Rurſus cum interdiu is dormiret:& græci qui ad fores conuenerant grauiter id ferrent atq̃ incuſarent:parmenio ne admiremini ait ſi nunc philippus dormit nam cum uos dormiretis hic uigilabat. Cum uero pſaltẽ quendam uellet inter cœnandum emendare:ac de pulſandis cordis diſſerere:ait pſaltes ſuperi id abs te mali rex auertant ut hæc q̃ ego melius ipſe teneas. Anus uero paupercula cum rogaret ut ſuam cauſam iudicaret eſſetq̃ ſæpe importunior philippus ait ocioſum ſe non eſſe:tunc anus uociferans ait:at regem te noli:ille autem uerbum admiratus non illã modo ſed alios quoq̃ continuo audiuit. Alexander adhuc puer:cum & leuitate corporis & pedum uelocitate plurimum ualeret:hortatus a patre:ut in olimpiacis ludis ſtadium curreret:ait facerem id quidem ſi cum regibus mihi certamen futurum eſſet. In multam uero noctem cum ad eum puella quo una quieſceret adducta foret:interrogauit.quid tam ſero? illa autẽ reſpondente:expectauit enim quoad uir cubaret:grauiter in ſeruos animaduertit: quoniã quãtũ in illis fuerat adulteriũ fere perpetraſſet. Item cum granici prælium pugnaturus eſſet macedonas hortabat:affatim cœnarent:ac oĩa in mediũ ferrent:ꝑinde ut ex hoſtiũ rebus poſtridie cœnaturi. Inſup cũ ex amicoꝝ numero perillus qdã doté filiaꝝ gratia peteret:talenta ut quĩquaginta acciperet iuſſit. Eo aũt dicẽte decẽ ſatis eſſe. Tibi dixit accipere qdẽ ſatis eſt at mihi dare nequaq̃ ſatis. Quæſtori aũt cũ iuſiſſe:ut Anaxarcho philoſopho quãtũ peteret daret:quæſtorq̃ dixiſſet talenta cẽtũ eũ petere:pulchræ inqt facit. Noſcit.n.& amicũ ſe habere & eũ qdẽ amicum q talia elargiri:& poſſit & uelit. Atq̃ cũ a dario ſibi talentum ꝑ multa milia darent.& ut aſiã ex æquo ſecũ diuideret:diceretq̃ parmenio:equidẽ acciperem ſi alexander eſſem. Et ego quoq̃ ꝑ louẽ inqt ſi parmenio eſſem. dario aũt reſpõdit neq̃ terrã duos ſoles:neq̃ Aſiã reges duos tolerare. Et cũ ad arbellas aduerſus decies centena hominum milia de ſumma regꝝ acie dimicaturus foret:eũ amici adiere qui milites accuſarent:q̃ ĩtra tabernacula ſermones haberent ac paciſcerentur:ut nihil oĩo ſpolioꝝ in regiam relaturi forẽt: ſed ſibi ipſis compaturi. At ille ſurridens bona inquit nuntiatis omnia: audio enim iis uiris uincendi non fugiendi conſultationes eſſe: Qui autem ĩter indos optime arcu uti uideretur:dicereturq̃ per anulum ſagittam emittere:eũ cũ haberet captiuum ut id oſtenderet iuſſit:quod cũ ille nollet.iratus Alexander hominem imperauit ĩterimi. Ille uero cum ageretur ubi ad eos a quibus agebatur cõuerſus diceret: multos ſe dies ei rei non ſtuduiſſe. propterea que ne aberraret timuiſſe. Id poſteaq̃ Alexãder audiſſet: & miratum eſſe.& muneribus donatum hominẽ liberaſſe:quoniã occiſum iri ſe:q̃ ĩdignũ gloria uideri ma

luisset. Alexander quosdam ex amicis: quos in alearum ludo haud uti loco didicerat mulctauit. Xenocrati philosopho quinquaginta talenta cum misisset: atque is ea non recepisset: q; sibi iisce opus non esse diceret rogauit an ne amicum quidem xenocrates haberet: Nam mihi uix inquit darii diuitiæ in amicos sufficerent. At cum porus ab eo post pugnam interrogatus quo te pacto utar? regie respondisset. Interrogatusq; iterum nunquid præterea aliud? omnia in ipso regie inesse dixisset admiratus alexander eius uiri tum grauitatem, tum ét probitaté, plus soli ad id quod antea habuisset addidit. Certi F
or aút factus se a quodam conuiciis affici: Regium inquit esse eum qui beneficus est uituperari. Antigonus mirantibus cunctis: q; posteaq̃ senectutem attigisset: humane atq; másuete rebus uteretur. Antea, n. inquit potétia mihi opus erat sed núc & gloria & beniuolétia. Philippo aút filio multis præsentibus pcunctanti: quádo castra mouebimus? quid íquit times? nunqd ne solus tubam audias? Atq; posteaq̃ longá ægrotationé euasisset: conualescereteq;: nihil ait deterius accidat: hæc. n. aduersa ualetudo nos monuit, uæhementius nobis efferendum nõ esse quoniam mortales simus. Dicéte autem quodá omnibus regibus & honesta & iusta esse. Ita per Iouem íquit barbarorum regibus nobis autem ea dũ taxat honesta sunt quæ honesta: & ea solum iustaq; iusta sunt. Marsiæ uero fratri cum aliquádo esset controuersia: rogaretq; & eiusce rei & iudicium domi fieret: at fiet inquit in foro uel cunctis audientibus: si nihil per iniusticiam agimus. Item cum aristodemus amicus quidam qui patre coquo natus eét ei consuleret: ut & sumptus & largitiones tolleret: uerba tua aristodeme respondit ius olent. Thrasillo autem cinico minimũ ab eo petente: at hoc inquit dare regis non est: subdente autem illo ergo da mihi talentum: at non est inquit cinici hoc accipere. Antipater dum permenionem ab alexãdro enecatũ G
accepisset ait: si quidem permenio alexandro tetendit insidias cui fidendum sin minus tetendit quid agendum. Antiochus tertius dianæ sacerdotem quæ mirandum immodum forma præstare uidebatur: cum esset intuitus continuo decessit epheso: ueritus nequid p̃ter animi sententiam quod nephas H
esset agere cogeretur. Themistocles íterrogatus utrum achilles mallet an homerus esse? Tu autem ipse inquit. Vtrum uictor in olympia esse malles an uictorum præco ad Simonidem uero qui iudicium A
quoddam iniustum ab eo cõtenderet dixit neq; illum bonum poetam esse posse: si præter modulum numerũq; cõcineret, neq; se bonum principem: si p̃ter legé iudicaret, at cú duo filiá eius ꝓcarent: ꝓtulisset q;, frugi ac ꝓbũ locupleti alteri: ait se malle uirú q pecuniis. q̃ pecunias q̃ uiro indigerét. Alcibiades adhuc puer cum eo captu in palestra cõpræhensus esset: qué nequiret euadere mordebat luctãtis B
manum: atq; illo dicente: mordes ut fæminæ: minime íquit sed ut leones. Canem quoq; cum optimũ haberet qué unũ septem milibus emerat: ei caudam abscidit: hoc ideo feci inquiens: quo athenienses hac de re loquétis: de me aliud nihil curiosius quæritent. Cum ad periclis fores uenisset: audisset q; nõ esse ociosum, quoniam quo pacto athenien sibus rationem redderet consideraret: Nonne melius est íquit cogitare qui non reddas. Atq; accersitus ab athenien sibus ex Sicilia ad capitis causam: seipsum abscondit: inquiens q̃stultum esse qui cum habet controuersiam non quærit effugere, dum licet fugere. Lamachus manipularem præfectum quendam cum repræhenderet quoniam deliquisset: isq; diceret C
nunq̃ fore ut id amplius faceret: belle inquit bis errare non licet. Iphicrates quoniam cerdonis esset filius: ad Hermodium qui sibi ignobilitatem exprobauit: meum inquit genus a meipso inicium sumit D
tuum autem in te finit. Chabrias dicere consueuit formidabilius esse ceruorum agmen ductu leonis: E
q̃ leonum ceruo duce. Photion atheniésis neq; ridere neq; lachrimare ab ullo unq̃ est uisus. At in contione cum quis dixisset: cogitabundus uideris o Photion recte coniectas íquit. Cogito enim si qua ua F
leo in iis breuitate uti: quæ apud athenienses dicturus sum: Atq; cum aliquando apud populum sentétiam dicens auditoribus gratus esset: ituereturq; omnes: qui communi eodemq; consensu quod dixisset admitterent: ad amicos conuersus ait. Num fortasse mali quippiam locutus sum nescius? Idem cũ ab antipatre rogaretur ut iniusti quoddam faceret. Non potes inquit antipater & amico & assentatore Photione uti. Pisistratus athenien sium tyrannus cum thrasibolus eius amaret filiam: obuiamq; G
factus suauiasset: propterea q; in illum ab uxore exasperaretur ait: Si qui nos amant oderimus quid iis faciemus qui oderunt: uxorem thrasibolo uirginem dedit. Demetrius phalereus monebat Ptolemæum H
regem: ut de regno imperioq; libros sibi compararet atq; perlegeret: Quæ enim amici nõ audent ma I
nere reges, hæc in libris scripta sunt: Lycurgus lacedemonius assuefecit ciues nutrire comam: inquiés formosus coma uenustiores effici, deforniis uero formidabiliores. Idem expeditiões aduersus eosdem hostes sæpius educere prohibuit: ne ii bellicosiores redderentur. Carilaus rex rogatus: cur leges adeo K
paucas lycurgus tulisset: Respondit qui uerborum paucitate uterentur: legibus haud multis indigere. Ad illum uero qui interrogaret: quid nutrirent comam? Respondit. Quoniam ex omni ornatu hic q̃ minimi sumptus est. Theopompus cum quadam in urbe murum sibi quidam ostenderet: Et an sibi L
pulcher altusque uideretur interrogaret? minime si mulierum est inquit. Brasidas cum in Caricis mu- M
rem comprædidisset: morsus eum dimisit: deinde ad astantes ait: nihil est ita paruum: quod si ausit inuadentibus repugnare: non se incolume seruet. Aens Rex ad Mantineam cũ hostes quoniam plures eént expugnaꝝ nequisset ait: Qui multis uellet dominari opus eé ut cũ multis quoq; pugnaret: Cũ ue- N
ro Elii laudarent q; olympiacos ludos p̃clare agerét: at qd inqd admiratiõe dignũ faciũt si q̃ttuor áno rũ curriculo diẽ unũ iusticia utunt. Cúq; laudibus ísisterét ait: qd mirádũ si pulchra í re iusticia utũt pulchre. Lisander amictus quos dionysius tyránus ad eius filias p̃cios issimos misisset: nequaquá acce-

pit:ueteri inquiens ne iiſce deformiores uiderẽtur.Lacedæmonios uero cum ad expugnandos corinthiorum muros timidiores aſpiceret:ut leporem uidit exilientem e foſſa:huiuſmodi inquit hoſtes metuetis:ítra quoꝫ muros ꝑinertia lepores dormitãt.Et cũ megarẽſis uir q̃dã in publico cætu audacter ad eũ ac licẽtius loq̃reť tua ĩq̃t uerba ciuitatis egẽt. Ageſilaus cũ de fortitudíe iuſticiaq; rogareť.utra eſſet melior? nihil ait fortitudine ídigemus:ſi iuſti oẽs ſimus.Itẽ cũ noctu repẽte ex hoſtili ſolo caſtra moturus foret:& eũ cuius amore teneretur ob infirmitatẽ relinqui atq; lachrimare intueretur:duꝫ ẽ inquit miſereſcere ſimul ac ſapere.Cleomenes cum quis ſe gallos ei daturum polliceretur qui pugnando interirent:iſtos mihi des inquit nolim:ſed illos potius qui pugnando interimant:Pedaretus nõ electus in numerum trecentorum:qui quidem in urbe cæteris dignitate præſtabat:hilaris ſurridenſque abibat:gaudere ſe inquiens:ſiquidem trecentos urbs haberet ſeſe meliores.Damonidas in ultimũ chori ordinem locatus a chori magiſtro:pulchre quidem inueniſti inquit:qui etiam ipſe honorabilis fias. Antalcidas cum ſophiſta quidam herculis laudationem lecturus eſſet: ait. quis enim eum uituperat? Epaminondas carnoſioribus ſe infeſtum præbebat:ac talem quendam amouit exercitu:inquiens uix tribus quattuorue clypeis tegi eius uentrem:cuius magnitudine ſuam ipſius mentulam:ne uidere quidem poſſet.Cunq; alio tempore ungentato corpore ac hilari facie apparere conſueſſet:poſtridie ſqualidus ac dimiſa fronte proceſſit in medium:percontantibuſque amicis an ægri quicquam ſibi accidiſſet?nihil accidiſſe reſpondit:uerum ſentiebam me elatiore animo heri fuiſſe q̃ par eſſet.itaq; immoderatam lætitiam hodie plecto.Item cum didiciſſet armigerum permultas ab homine captiuo pecunias recepiſſe:mihi ait clypeum redde:tibi uero faciundo quæſtui tabernam emitto. Non enim amplius æque diſcrimẽ ſubire uelis:qui unus e diuitibus beatuſq; factus ſis.Interrogatus quoq; utrum ſeſe meliorem imperatorem duceret,an Chabriam, an Iphicratem?difficillimum eſt ĩquit quoad uiuimus Pelopidas Epaminonde collega in prætura:cum ad pugnam egrederetur:uxore eum præcante ut ſaluũ ſe faceret:hoc alius ait monendos eſſe:at principem & prætorem ut ciues faceret ſaluus.Item cum quidam dixiſſet in hoſtes incidimus:quid in illos nos magis inquit incidimus: q̃ in nos illi? Cum ſamites poſt aduerſum conflictum ad Marcum curium profecti aurũ darent:rapas elixabat in fictilibus: Sam nitibus autem reſpondit minime ſe auro indigere:qui tali cæna uteretur:atq; malle habentibus imperare q̃ habere aurum.Fabricio cõſuli pyrrhi medicus epiſtolam miſit:qua polliceretur ſi is iuberet: ſe pyrrhum uenenis interfecturum:at fabricius eam epiſtolam ad pyrrhum dedit:ſaniore ut mente uteretur monens:quoniam & amicorum & hoſtium peſſimus iudex eſſet.Cum miles lucanus apud fabium maximum eſſet accuſatus:q; mulieris amore noctu ſepe a caſtris uagaretur:cæterum mirabili armorum uirtute uir eſſe narraretur.mulierem compræhendi iuſſit:& ad ſe duci.ut autem adducta eſt. accerſito homine q; præter legem inquit pernocrates haud nos latuit:at ne prius quidem latuerat q; probitati ſtuderes.quare fortiter tuis ac recte factis errata condonentur.Reliquum nobiſcum eris:habeo enim ſponſorem & adductam mulierculam ei commendauit ac tradidit.Atq; cum iam ſenior eſſet:ac filius conſul de rebus gerendis in publico loqueretur.præſentibus pluribus aſcendit equum atque procedebat:Cunq; lictorem iuuenis miſiſſet iuſſiſſetq; equo deſcenderet:aliis ſeſe auertentibus fabius ipſe equo exiliens præter ætatem accurrit natumq; complexus belle inquit ſapis o fili qui plane ĩ telligas quibus imperas:& cuiuſmodi imperii magnitudinem ſuſceperis.Scipio maior cum a re militari atq; urbana ſtudium ad litteras conuerteret:dicebat cum ocioſus eſſet plura tunc negocia a ſe geri. Idem ubi Carthaginem in deditionem ui accepiſſet:ac milites quidam cæpiſſent captiuam præſtanti forma ac uirginem aducerent atq; illi darent:libenter inquit acciperem ſi priuatus non imperator eſſem.Atq; in ſicilia cum quis percunctaretur cuius rei fiducia ad carthaginem claſſe foret traiecturus: oſtenſis eis armatis exercitatiſq; uiris trecentis:& alta turri quæ emari eminebat. Nemo eſt horum inquit qui ubi ſuper hanc turrim aſcenderit:non ſi iuſſero præcipitem iaciat.præterea cum pecuniæ ſibi a ſenatu ex ærario decretæ eſſent:neq; eo die quæſtores ærarium uellent aperire: ſe aperturum ait: & enim per ſe clauſum eſſe:qui tam ingenti pecunia illud impleſſet.Paulus emilius cum multam ĩ caſtris audaciam garrulitatemq; offendiſſet:quam imperatoris ac minime rerum neceſſariarum ſtudioſi induxiſſent:ut & quieſcerent:ac ſolum gladios acuerent iuſſit:ſibi enim reliqua curæ fore. Cato ſenior aiebat malle pro collato beneficio gratiam non recipere q̃ pro illata iniuria ſupplicium non ſubire:& iis ſemper omnibus qui deliquerent præter q̃ ſibi ueniam dare.At cũ magiſtratus ad delinquentis plectendos hortaretur:dicebat qui & poſſent:& non propulſarent iniuriam:eos lapidibus eſſe obruendos.rurſus iis ſe iuuenibus magis dicebat delectari.qui erubeſcerent. q̃ qui palleſcerent. Dicebat etiam eum ſibi militem odio eſſe:qui ambulando manus:pugnando autem pedes moueret. ac ſterteret magis:q̃ inclamitare.Atque peſſimum eum aiebat imperatorem. qui ſibiipſi imperare non poſſet. At hæc maxime oportere exiſtimabat.ut quiſq; ſuiipſius pudore teneretur. neminem enim unquam ab ſeſe abeſſe.Idem quibus ignoſcendi poteſtas eſſet.ut illi ignoſcerent hortabatur.qua ſemper poteſtate liceret uti.Et qui uirtuti honorem auferrent. eos dicebat iuuentuti uirtutem auferre. Idem neque pro iuſtis rebus magiſtratum aut iudicem orandum eſſe dicebat:neque pro rebus iniuſtis exorandum. At ſenectuti multa cum adſint turpia:ne uitii turpitudo adderetur hortabatur. Atque iratum ab inſano arbitrabatur tempore differre. Item illis minime inuideri. qui fortuna manſuete modeſteque uterentur. Non enim nobis ſed quæ nobis bona ſunt inuident. Præterea qui eſſent in

ridiculis ſtudioſi:aiebat ĩ ſeriis ridẽdos fore.Corripiebat aũt ciues: qui eoſdẽ ſemper ad magiſtratum deſignaſſent: Videbimini enim dicebat exiſtimare;aut nõ multi magiſtratũ faciundũ:aut non multos dignos eſſe qui magiſtratum gerant.Item cũ iuuẽtutẽ doceret audẽter pugnãdum eſſe:dicebat & uerbo magis q̃ enſe:& uoce magis q̃ manu plerũq; uerti & conſternari hoſtes. Scipio iunior polibii præceptũ obſeruans:ſtudebat non prius e foro abire:q̃ aliquem ex adeũtibus familiarem atq; amicũ quouis pacto effeciſſet.Et cũ iuuenis adhuc eſſet:tantã & fortitudinis & prudẽtiæ expectationẽ de ſe præſtitit:ut cato ſenior de iis interrogatus qui ad carthaginem militarent:inter quos erat etiam Scipio diceret.Solus is quidem ſapit ac uiget:adhunc autem umbræ concedunt.Scipio cum Clicinium p̃tereũtem intueretur.Scio hunc ait uirum peieraſſe;at nequeo nemine accuſante: & accuſator eſſe & iudex. Cecillius metellus cũ munitũ caſtellum adoriri uellet: dixiſſetque centurio ſi modo decem uiros amiſerit:fore ut caſtellum caperet:rogauit eũ metellus an uellet unus e decem eſſe?Rurſum cũ iunior quidam tribunus militum quereret:quid facturus foret?Si hanc reſpondit tunicam exiſtimarem mentis meæ conſciam eſſe:eam exutus in ignem mitterem.Gaius marius cum utroq; in cruce uarices pateretur;ſolutus:crus medico execandum præbuit.neq; ullo emiſſo ſuſpitio nec cõtractis ſuperciliis ſectionem pertulit:At cum medicus tranſitum faceret ad alterum crus noluit:inquiens curationem eo dolore dignam non eſſe.Atq; cum aduerſum Teutonas in proximo caſtra poſuiſſet: eo in loco qui parũ haberet aquæ:dicerentq; milites ſiti ſe affici:monſtrato illis flumine quod iuxta hoſtium uallum deflueret:illic nobis potus eſt inquit emendus ſanguine:ii autem duci ſe rogabãt donec ſanguini ineſſet humor:ac nondum præ ſiti conſtringeretur.At cum in bello ciuili foſſã circundatus & obſeſſus: occaſionem ac tempus operiretur.dixiſſetq; Pompeius Silo:O Mari ſi magnus imperator es deſcẽde ĩ aciẽ proinde tu inquit ſi magnus es imperator:coge me uel inuitum in aciem deſcendere. Silla cognomento fœlix:inter maximas ſuas fælicitates duas æſtimabat:pii metelli amiciciam & q̃ urbem athenarũ non æquaſſet ſolo:ſed ſeruaſſet potius.Cum metellus nepos ad Ciceronem dixiſſet:pluris teſtimonio tuo occidiſti q̃ patrocinio ſeruaſti.Etenim plus mihi eſt inquit fidei q̃ eloquentiæ. Interrogãte etiam metello:quis ei pater eſſet?hanc inquit reſponſionem difficiliorem effecit mater tua:fuerat.n. metelli mater impudica:at metellus ipſe & leuis erat & inconſtans & libidinibus deditus. Caſtum aut popilium:qui ſe iuriſperitum haberi uellet:cum & rudis tum & obtuſus eſſet:ubi ad controuerſiam quandam aduocaſſet teſtem,atq; ille dixiſſet nihil ſcire:putas.n.ait de iure te fortaſſis interrogari. Et cum uncõium cum tribus filiabus deformiſſima facie obuium habuiſſet;ſummiſſa uoce ad amicos dixit. Phæbo haud oriente genuit hic pignora.At cum quidam ad pompeium a cæſare trãſfugiſſet:diceretque præ celeritate equum reliquiſſe.melius inquit cicero fuiſſet:ſi de æquo conſuluiſſet. Gaius cæſar cum Romæ pontificatum peteret.haberetq; eius rei æmulum atq; competitorem Catulum qui Romanis reliquis dignitate præſtabat:a matre ad fores deductus:hodie inquit mater uel pontificem filium:uel exulem habebis.Præterea cum Alexander res geſtas legeret collachrimauit:dixitq; ad amicos. Is cum hac eſſet ætate darium uicit:mihi uero in hanc uſq; diem geſtum eſt nihil. Et cũ in alpibus ſterile inopſq; oppidulum præteriret:amicis q̃rentibus an etiam hic ſeditiones aliquæ cõtentioneſq; de principatu eſſent:ſubdubius cogitabunduſq; malim inquit hic primus eſſe q̃ Romæ ſecundus. Rurſum cum a quibuſdam hortaretur ut Antonium atq; dolobellam de quibus male opinabãtur ſibi caueret:Reſpondit non hos ſibi rubicũdos & pinguis timori eſſe:ſed macilentos illos ac palidos: Bruto Caſſioq; oſtẽſis.Et cũ iter cænã dũ ortus eẽt de morte ſermo.quænã foret optima.iopinata reſpõdit. Cæſar auguſtus q̃ primus ẽ auguſtus cognominatus.cũ de adulteris legẽ tuliſſet. qua ſanxerat quo pacto rei iudicãdi ac comp̃hẽdẽdi.puniẽdi eſſent.deinde ira lapſus adoleſcẽtẽ q̃ de Iulia eius filia eſſet ĩſimulatus p̃cuteret manibus.cũq; ille reclamaret.legẽ tuliſti O cæſar ita pœnitẽtia ductus ẽ. ut diem illũ cænã omiſerit.At cũ piſo edes a fundamẽtis ad totũ uſq; tectũ accuratiſſime ædificaret. bono me aío lætoq; inquit facis:q̃ ita ædificas tanq̃ p̃petua Roma futura ſit.Et hæc quantũ ad Plutarchi Chæronẽſis Apophthegmata ſufficiant.Incipit nunc Liber auguſtalis Franciſci petrarchæ.

Liber Auguſtalis imperatorum Franciſci Petrarchæ Incipit.

Voniam in ſuperioribus de philoſophis: Regibus: Conſulibus & aliis p̃clariſſimis uiris:qui ante Chriſti ſaluatoris noſtri aduentum in carne.claruerunt:diſſeruimus. Nunc de iis qui poſt Chriſti natiuitatẽ Romani Imperatores extiterunt paucis agemus.Quod neq; commodius aut breuius a nobis fieri poteſt:q̃ ſi eum librum:quẽ auguſtalem dicimus:continentem ſub compendio breuem omnium auguſtorum deſcriptionem:per laureatum poetã dominum Franciſcum Petrarcham de lanciſa florentinum:editum:huic noſtro operi duximus inſerendum.Cuius quidẽ Petrarchæ uerba ſic exordientis ſunt hæc quia non modicum confert cõmoditatis ad agnitionem geſtorũ: præſertim poſtq̃ uenit tp̃s gratiæ:quo Rex & urbẽ & orbẽ totũ ad unã uoluit redigi monarchiã: noſſe annos q̃bus q̃ſq; principũ ĩperauit:nõ p̃ modũ narrãtis:ſed potius numerãtis ſingulo; tẽpora:breuiter:ĩmo tranſcurrenter perſtringam lucido cũ ſermone.Eſt aũt humiliter præſciendũ: q̃ omnes hiſtoriarum deſcriptores catholici:ſiue in obſequium fidei:ſiue ob alienã cãm:ſicut Oroſius ĩ Ormeſto

mundi:& alii plures incipiũt descriptiones a cæsare augusto:quia sub eo Christus nasci dignatus est: a quo incipit primitiua ecclesia:uel quia diutius imperauit:& salubrius rẽp.gubernauit. Vnde uidẽ uel le:q; cæsar fuerit potius quidã p̃cursor imperii:sicut Baptista fuit præcursor domini. Oẽs uero gẽtiles historiaci incipiunt a Iulio Cæsare:sicut Suetonius & alii:quos magis sequi intendo:quia nõ aliud q̃ ueritatem tradere posteris curauerunt. Primus igitur qui Romanum arripuit imperiũ fuit Iulius Cæ sar Lucii filius:ualentissimus omnium principum:qui in uigore animi non habuit parem nec ante se nec post se. hic uixit annis.lvi. Imperauit autem post finem bellorum suorum annis tribus & vii.men sibus. Interfectus est in medio senatus uigintitribus uulneribus. Cæsar augustus dictus Octauianus a natiuitate:pronepos cæsaris:& filius adoptiuus:successit illi imperio:Hic fuit fæliciss̃imus omniũ pri cipum priorum & posteriorum. Nam alta prudentia sua imperauit prudenter & laudabiliter tot ãnis: quot cæsar uixerat scilicet.lvi. De quibus regnauit xii.cum Antonio & lepido.reliquum temporis so lus & cum magna pace & tranquillitate orbis. Et uixit annis lxxvi.minus.xxxv.diebus Mortuus ẽ fæ liciter apud nolam ciuitatem campaniæ. Tiberius p̃uignus augusti ex Liuia:adoptatus ab eo:fuit hæ res imperii. Hic ut ait Plinius fuit tristissimus hominum senex:fædissimus omni turpitudine luxuria rum & ebrietatum. Fuit tamen strẽnuus uictor in iuuẽtute. de quo dicit Orosius:q; ex mansuetissimo principe conuersus est in scæuissimam bestiam. Cum uero impetrasset in senatu:q; ipse pro deo habe retur:mortuus est graui morbo uel ueneno. Vixit annis.lxxviii. Imperauit annis uigintitribus. Gaius Calligula ꝓnepos tiberii. natus ex germanico filio Drusi:qui frater ipsius Tiberii. Hic fuit uir iuuenis pessimus oĩum:excepto Nerone:omni scelere contaminatus. Vixit annis.xxix. Imperauit ãnis tribus: mensibus decem:diebus octo. Interfectus cõiuratione suorum. Claudius nepos Tiberii:natus ex Dru sio:patruus Gaii Calligulæ:indifferens & uarius multum:qui a primæua ætate fuit semper infirmus: uilis & tristis. Vnde cum debuit succedere Tiberio Gaius fuit sibi prælatus. fuit tamẽ satis utilis: sed infortunatus ĩ uxoribus. De quarum una Messalina scribit Cornelius tacitus:& Iuuenalis dicit. Et las sata q̃uis nondum saciata recessit. Altera uero Agrippina mater Neronis:ipsum claudiũ uenenauit in fungis. Nero de genere Domicia p̃uignus claudi.& gener eius adoptatus fraude agrippiæ. Hic fuit ne quissimus omnium:hostis humani generis. ideo iudicatus est hostis a senatu. interfecit se pugiõe q̃ttu or miliaribus longe ab urbe:cum ĩperasset paulo minus annis.xiiii. uixit annis.xxxii. Et familia cæsaꝝ Nerone defecit:Galba senex de nobili stirpe Sulpitioꝝ septimus post neroné uir uitiosus: cõmissit se totũ regendũ uitiosissimis seruis. unde occisus est in foro a militibus:cũ imperasset mensibus.vi. uixit aũt annis.lxxiiii. Otto octauus ĩpator fuit:nobilis homo:natus ex eqte Ro.nõ poterat esse bonus nec carus bonis. qa fuit homo familiarissimus neroni. fuit tamen dilectissimus militibus q uictus a uitel lio se occidit pugione. cũ ĩperasset xcv:diebus:anno ætatis suæ lviii. Vitellius nobilis de gente uitellio rum. uir ꝓfundæ gulæ & crudelis q a puericia fuit educatus ĩter meretrices tiberii. uituperatissime oc cisus in furore po. ĩter oĩa ludibria & torneaméta. regnauit mẽsibus.viii. uixit ãnis lviii. & nota q; Oro. ottoné & uitelliũ abiecit de numero principũ romanoꝝ. Vespasianus nobilis de gẽte Flauia: successit decimus in ĩperio Vitellio:cũ esset dux belli Iudaici ꝓ Nerone. Hic fuit sapiẽs:senex & utilis reip.q ui xit annis.lix. mensibus tribus:diebus.vii. Impauit annis.x. mensibus.viii. diebus.x. Mortuus ẽ fluxu uẽ tris. Titus Vespasiani filius:clarissimus omni uirtute:glorioſissimũ triũphũ duxit de iudæis simul cũ patre:qa ambo simul ĩperauerũt:ut dicit Plinius optimus testis:& hic amore oĩum tenuit ĩperiũ solus annis duobus:diebus.xx. Vixit annis.xli. & mortuus est febre cũ magno planctu oĩum. Domicianus filius Vespasiani frater Titi:hostis uirtutum:persecutor christianoꝝ & iudæoꝝ. q uixit annis.xly. Im perauit.xv. Occisus est a suis ĩ camera. Nerua senex satis:nobilis:honestus:& modestus:contrarius Do mitiano:factus est ĩperator opera occisoꝝ eius:qui adoptauit Traianũ in filiũ ꝓpter egregiã uirtutẽ. Vixit annis.lxxii. Imperauit ãno uno:& mortuus est morte naturali. Traianus ortus Romæ:cuius an tiqui fuerunt hispani:optimus fuit omnium augustorum:summæ iusticiæ: clæmentiæ & ciuilitatis. Qui uir diuinus mirabili uirtute & fælicitate:romanũ imperium satis ĩfirmatum magnifice amplia uit. Hic uixit annis.lxiii. mensibus.ix.& diebus quattuor. ĩperauit annis.xviii. mẽsibus.vi. & mortuus est ex fluxu uẽtris. Adrianus ut scripsit Sparcianus natus ex Sobrino Traiani:filius adoptiuus eius. cu ius maiores fuerunt in Italia tẽporibus Scipionũ:magnæ conscientiæ:magnæ eloquentiæ:nũc crude lis:nũc clæmens:q plus p̃curit ꝓuincias romani ĩperii q̃ alius ĩperator. Adrianus uitæ tedio afflictus petebat occidi & mortuus est anno ætatis suæ.lxxii. mense.v. cum ĩperasset annis.xxi. Antonius pius gener Adriani: & filius adoptiuus:uir forma pulcher:insignis ingenio & eloquio: magne litteraturæ: moderatissimus:benignissimus:qui romanum imperiũ plus studuit cõseruare q̃ ampliare:habẽs ĩ ore illud uerbũ Scipionis. Malo unũ ciuẽ seruare:q̃ mille hostes appræhendere uel occidẽ. Antonius piit anno.lxx. Imperauit annis.xxiii. Mortuus est ex febre & quasi dormiens. Antonius uerus pii gener:luc cessit ei ĩ impio cũ Lucio fratre suo. Isti duo fratres primi uocati sunt augusti. Iste uerus sapientissime celauit & supportauit uitia fratris:q regnauit secũ. xi. annis. Fuit enim magnus phũs: sanctitate uitæ oĩbus p̃ponẽdus nunq̃ mutans uultũ qui uir tantæ uirtutis poterat dici fælix:si uxorem Faustinã & fi lium cõmodum non habuisset. Imperauit annis.xviii. uixit ãnis.lxi. mortuus est ex morbo. Antonius Commodus supradicti antonii ueri filius paternarum uirtutum hostis:crudelis:luxuriosus. qui a pue ricia fuit toto corpore omni turpitudine fædatus trecentas meretrices: & totidem pulchros pueros ĩ

palacio habens:infamator omniū:ab oībus infamatus.fortis ſolum in pugnis beſtiarum:cōmodus omnibus incōmodis. Cum imperaſſet annis.xiii.ſtrangulatus fuit cū magno cōmodo omnium. Pertinax factus imperator mandato ſenatus fuit genere ignobilis ex patre Libertino: ſed moribus nobilis:ſenex:uenerabilis:temperans:contrarius Comodo:reputatus eſt auarus:dilectus populo:militibus odioſus. Vnde occiſus eſt a militibus in domo ſua.uixit annis.lx.& imperauit menſibus ſex.& diebus xxv.Iulianus Didius poſt pertinacē aſſumpſit īperium qui ſuit nepos Iuliani magni iuriſcōſulti: quod nobilitauit eum.Cuius antiqui fuerunt de Mediolano.Iulianus fuit peſſimus hominum miſerrime uiuens.Vnde odioſus populo:deſertus ab oībus:priuatus eſt impio: autoritate ſenatus in palacio occiſus.Vixit annis.xlvi.& menſibus.iiii.Impauit mēſibus.ii. Seuerus ſolus ī numero principū fuit ex africa:uir fortis magna bella geſſit.terribilis ſenatui & populo.ſed militibus amabilis qui maius ſtipēdiū dedit q̄ alius impator.Hic tatū annonæ reliquit q̄ ſufficere poterat urbi.vii.annos dādo modios.lxx. mille in die.de quo dixit ſenatus q̄ nunq̄ debuiſſet naſci.uixit annis.lxxxix.Mortuus eſt ī Britānia cū imperaſſet annis.xviii. Baſſianus filius Seueri dictus antonius caratallus.ſucceſſit patri in impio.aſperior eo.luxurioſus nimis.qui Papinianum magnū iuriſconſultū trucidari fecit. quia repræhendebat eū q̄ duxerat Iuliā nouercam ſuā uxorē:hic impauit annis quaſi ſex. & occiſus eſt apud Carras iſidiis Macrini præfecti.anno ætatis ſuæ.xliiii.Macrinus occiſo Baſſiano arripuit imperiū. homo oīum uitiorum.uiliſſime natus & uiliſſimus ſeuus ſub Comodo.fuit crudelis. ſanguinaris. inuentor nouarū mortium ſed poſt annum ſui impii fuit occiſus apud anthiochiā ab Heliogabalo. Varius Heliogabalus filius ſupraſcripti baſſiani ex Semirama uulgatiſſima meretrice.ad cuius uoluntatem fecit omnia turpia.impurior omni beſtia.occiſus eſt coniuratione militum.& deiectus in cloacam ſtercoriariam & mater cum eo.digniſſima tali filio luxurioſo. p̄digo.ſcenoſo qui non eſt nominandus hō.ſed hupupa fædiſſima.impauit annis tribus.Alexāder filius Varii:conſobrinus Heliogabali natus ex Mamminea chriſtiāiſſima muliere:accepit imperiū ad remedium generis humani:qui iuuenis uirtuoſiſſimus: purgatis ſordibus Heliogabali remp.ſalubriter gubernauit:conſilio Vlpiani qui fuit legalis ſcientiæ princeps.Habuit Alexāder oēs dotes naturæ:& uitas bonorum prīcipū meretrice ſcripſit:uixit annis xxxix.menſibus.iii.& diebus.vii.Imperauit annis.xiii.Occiſus eſt in gallia a militibus opera Maximiani quod indignatiſſimū uiſum eſt.Nā boni princeps ut plurimū bene mortui ſunt:& mali male. Maximianus natus de regione Thraciæ ex patre & matre barbarus:ſine autoritate ſenatus a militibus appellatus eſt Auguſtus:qui fuit magnus & gigas fortiſſimus:ferus & aſper:ſuperbus:nullum aīal crudelius fuit in terris.Vnde milites in africa fecerunt imperatorē Gordianū ſenem grauiſſimum:ſed Maximianus occiſo gordiano & filio eius iuuene ueniebat cōtra Romā fulminās.ſenatus territus fuit:fecit tres imperatores contra eū.ſ.Pupienū Albinū:& Gordianū paruulum nepotē gordiani ſenis. Maximianus apud Aquileiam occiſus eſt a militibus:cū imperaſſet annis tribus Gordianus tertius q̄ fuerat appellatus auguſtus a ſenatu:cū Pupiēo & Albino:occiſis illis fraude militum. qui īperauerat duobus annis:ſolus tenuit impium ualde puer:cui nihil deficiebat niſi ætas:amabilis & gratioſus.Hic cū bella fæliciter gereret in oriente:conſili. Manſichei ſoceri ſui uiri prudentiſſimi: interfectus fuit a militibus Philippi arabi:dicētis q̄ puer neſciebat regere impium. impauit annis.vi. Philippus de arabia poſt gordianum factus eſt imperator philippum filiū participem regni fecit:qui de uili genere natus ſuperbe imperauit annis.vii.& nihil laudabile fecit niſiq̄ fuit primus īperator chriſtianus:& ambo interfecti ſunt tumultu militari effectu Decii.pater Veronæ.filius Romæ. Et hic nota q̄ omnis auguſtus eſt cæſar & nō econuerſo.Nā cæſar electus eſt a principe uel exercitu. Auguſtus uero cōfirmatus a ſenatu. Decius de pannonia natus:uir īduſtria militari ſtrenuus: occiſi Philippi inuaſit īperium: qđ tenuit ānis tribus:& ipſe cō filio quem fecerat Cæſarē occiſus eſt in medio barbaroꝝ:cū bellum pararet contra Aemilianum qui in Meſſia rebellauerat. Crudelis fuit cōtra chriſtianos. Gallus Hoſtiliāus poſt mortem Decii ſucceſſit in imperio cum Voluſiano ſuo:quod uix tenuit duobus ānis:quo tpe ſecerūt p̄ſecutionē ī chriſtianos:& peſtis peſſima generaliter fuit ubiq̄. Valerianus ab exercitu appellatus é auguſtus:nolente populo & gaudente ſenatu:qa fuit uir nobilis ſanguine:ſcientia & æloquentia clarus:ſed infæliciſſimus oīum.Nā captus é a rege Perſaꝝ in miſera ſeruitute:ſuſtinens ſemper in tergo regē cū aſcēderet equū.Hic uixit ānis.lxx.impauit ānis ſex.Galienus filius Valeriani q̄ iam Cæſar erat:factus eſt auguſtus a ſenatu loco patris: qui luxurioſus marcens ocio dedit ſe totū uoluptatibus neglecto p̄re & īpio.Vnde triginta tyrāni īuaſerūt īpiū.fuit tamē poeta clarus.Vnde cū celebraret ſemel nuptias:tenens ſponſum & ſponſam per manum dixit mirabiles uerſus.Ite ſimul pueri pariter ſudate medullis.Oībus:īter uos nō murmura ueſtra colūbe.Brachia nō hedere nō uīcāt oſcula cōchæ. Claudius ſecūdus īpator factus de uolūtate ſenatus. Diciť in ſe habuiſſe bona oīum prīcipum: ſicut uirtutē Traiani p̄ietatē antonini. p̄uidētiā auguſti.Hic uictis fæliciter gothis mortuus eſt ex familiari īfirmitate uirtutibus ſuis cælū petiit cū īperaſſet quaſi annis duobus.Quo mortuo Quintilius frater eius uir optimus:tenuit īperiū diebus.xvii.& occiſus é.Aurelianus natus ex paruis parētibus barbaris: fuit uir fortiſſimus ī oī genere armoꝝ exercitatus a pueritia:q̄ magna bella geſſit ī oriente: & muros urbis plus āpliauit q̄ aliq̄s alius āte uel poſt:ſed clæmētiā nō habuit q̄ é pria uirtus prīcipū. Triūphus eius fuit glorioſiſſimus. Nā zenobiā magnanimā mulierē:q̄ magnifice uēdicauerat ſibi Siriam duxit ante currū triumphalem ligatam multis cathenis aureis.Impauit annis q̄nq̄ mēſibus vi.Occiſus frau

T
V
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O

de notarii ſui apud Byzantium. Tacitus uir conſularis: ſenex & grauis factus eſt imperator cum ſumma concordia & longa deliberatione militum, ſenatus & populi ſpacio ſex mẽſium, temporatus ſobrius: lectione librorum: delectatus non fecit magnifica propter temporis breuitatem: quia tantum ſex menſibus imperauit, morbo periit. Probus de Pannonia oriũdus de ciuitate Sirmiẽ: nobiliore matre: qui uere probus iudicio omnium bonoꝝ factus imperator remp. quietiſſimã & ſecuriſſimam reddidit: nobiliſſimis uirtutibus clarus: ſub magnis ducibus Valeriano aureliano & Claudio multa bella geſſit fæliciter & probiter: terror barbaroꝝ. Ideo finaliter occiſus eſt apud Sirmiũ quia nimis eos graUabat præliis & laboribus anno imperii ſui quinto. Romanus ue[l] Mediolanẽſis: uiſus eſt militibus dignus imperio poſt mortem Probi: & tamen medius fuit inter principes bonos & malos. Hic capta ciuitate Cararum in perſia: longius ꝓcedendo cũ exercitu fulminatus eſt cũ imperaſſet annis duobus. Carus habuit duos filios Cæſares: quoꝝ minor Numerianus magnus orator poetaq; fuit: & occiſus eſt ꝓditione Apri ſoceri ſui qui uolebat occupare imperiũ. Maior autẽ nomine Carinus oĩum cõtamiNatiſſimus uictus & occiſus a Diocleciano. Dioclecianus cum bonus princeps quæreretur occiſo Numeriano conſenſu oĩum appellatus eſt auguſtus & magnanimus: prudẽs: alti conſilii. Cum aũt ſolus libere imperaret: ſubito ortis magnis bellis. Dioclecianus fecit auguſtum Maximianum quem a principio fecerat Cæſarem: & elegit Conſtantium patrem magni conſtantini & Galleriũ poſt multas bello. rum uictorias Dioclecianus ſenex: reduxit ſe primum ad uitam priuatã apud Solanas ciuitatẽ Dalmatiæ patriam ſuam: & Maximianus coactus ab eo idem fecit apud Mediolanum. & Dioclecianus ĩ oriẽte: & Maximianus in occidẽte crudelius perſecuti ſunt chriſtianos: q̃ Aurelianus: Valerianus: Decius: & cæteri Dioclecianus uenenum bibit anno ætatis xlviii. cũ imperaſſet annis. x. Conſtantius & Galerius cæſares facti auguſti diuiſerunt imperium inter ſe. nam cõſtantius cõtentus gallia & hiſpania: cæteras ꝓuincias collegæ conceſſit. Conſtantius ex patre Eutropio nobili romano fuit uir optimæ conſtantiæ & ciuilitatis: oĩbus amabilis & uenerabilis. Qui mortuus eſt in Britannia: anno pricipatus ſui xiii. relicto filio cõſtãtino ex Helena. Gallerius cũ imperaſſet Illyrico: milites ꝓtoriani Romæ fecerũt imperatorem Maxẽcium filium Maximiani: cõtra quem Gallerius miſit quendã Seuerum: qui cũ incredibili multitudine obſedit romam: & tamen ꝓditione ſuoꝝ a Maxẽcio fugiens occiſus eſt: & Maxencius confirmatus in impio factus eſt ſcæuiſſimus tyrannus Gallerius uero poſt multa mala quæ fecerat in chriſtianos dum putaret uenire in Italiam: morbo faſtidiendo putrefactus cũ uermes inceſſabiliter emitteret de corpore cruciatus impatiens manu ſua ſe interfecit. anno ĩpii ſui. x. Conſtãtinus magnus conſtantii filius: omni uirtute refulgens: optimis principibus compãdus: rogatus a ſenatu & populo romano: ut ciues ſuos liberaret a ſeruitute cruꝺeliſſimæ beſtiæ Maxencii: conuocato Licinio qui impabat in Hiſpania cũ magno apparatu belli uenit cõtra Maxencium quẽ magno prælio uicit: & Maxencius fugiens ſuffocatus eſt in Tiberi. Conſtantinus cũ magna gloria intrauit urbẽ: poſtea Licinium ſibi rebellem ſæpe uictũ tandẽ occidi fecit. Cõſtantinus oĩum uictor eccleſiam romanã reformauit: fidẽ chriſtianã cõfirmauit: ſedem impii tranſtulit in græciã ubi fecit ſecũdam romam. Cõſtantinus cũ magna uirtute & fortuna ꝓſperrima imperauit annis. xxx. menſibus. x. diebus. xi. uixit annis lvi. & mortuus eſt fæliciter. Cõſtans & conſtantinus filii cõſtantini: occiſo fratre eoꝝ conſtantino tenuerunt ambo imperium. conſtans primus arianus perſecutus eſt catolicos: ſed poſt multa p̃lia geſta contra Perſas factus omnibus ĩtolerabilis occiſus eſt anno imperii. xviii. ætatis uero annoꝝ xxx. Cõſtantius poſt fratrem ſolus tenuit imperium annis ſex temperans & placidus q̃uis ariãus. Hic Iulianũ conſanguineum ſuum fecit cæſarem: & ſororium ſuum: & miſit in gallias: qui elatus uictoria inuaſit ĩperium in Italia cõſtantio occupato bellis Partoꝝ. cõſtantius rediens cõtra eum mortuus eſt ĩ uia anno ætatis. xlv. Iulianus ſucceſſit ſolus in imperio uir liberalis: litteratus: æloquens: memorioſus: cupidus gloriæ. Fuit tamen ingratus contra conſtantiũ: & perfidus contra fidẽ. unde uocatus eſt apoſtata: qui ſolus poſt cõſtantium receſſit a fide chriſtiana & chriſtianos odio habuit: quibus ĩterdixit officia & ſtudia ſcientiarum. Iulianus uixit annis. xxxii. Imꝑauit anno uno: menſibus. viii. tranſfixus tælo ĩ deſerto Parthiæ ab uno milite ignoto. Iouinianus de Pánonia oriundus: electus eſt impator ab exercitu Iuliani: qui corpore pulcher: lætus aĩo: exercitũ quẽ Iulianus fecerat paganũ fecit chriſtianũ: & reduxit ſaluum ex periculo magno. Mortuus octauo menſe ĩperii ætatis eius. xxxiii. Valẽtinianus de Pannonia: qui receſſerat a Iuliano: quia uerus chriſtianus erat factus eſt ĩperator a militibus nolẽs: uir pulcher: prudens ꝓbus: ſimilis adriano & aureliano quia fratrẽ ſuũ Valẽtem: & gratianũ filiũ fecit auguſtos. Hic uir ꝑfectus poſt multa bella mortuus eſt ſubita ſanguinis effuſione: ãno impii xi. ætatis uero lv. Quo mortuo Valens tenuit imperiũ ĩ oriẽte: & Gracianus ĩ occidẽte. Valens ĩperator ĩ oriẽte tãq̃ arrianus perſecutus ẽ catholicos chriſtianos. Vnde ꝑcepit ut monachi militarẽt: ſed ifeliciſſime bellũ gerens cum gothis: ꝓdito exercitu: iꝑe uulneratus ſagitta fugiens in uilẽ caſam uiuus crematus ẽ igne cũ ĩperaſſet quaſi annis. iiii. Gracianus poſt mortẽ patrui ĩperauit annis. vi. qui iuuenis: gratus: catholicus & fidelis: cõtra alamãos fæliciter pugnauit: ſub quo tota Italia receſſit a ꝑfidia arrianoꝝ. Gracianus uidens multas gentes infeſtas romano impio: elegit in impatorem orientis theodoſium nobiliſſimum hiſpanũ: qni uir. xxxii. annoꝝ tartaros terribiliter debellauit: & cæteris hoſtibus cociliatis glorioſus fuit apud conſtantinopolim. Valentinianus ſecũdus frater Graciani imperauit, in occidẽte, theodoſius in oriente. Iſte uir bonus expulſus de gallia a maximo tyranno: Theodoſius tyrannũ poté

tem cum paruo apparatu fæliciter uicit a pud Aquilegiã:& captum decapitauit. Valentinianus reſti-
tutus in regno occidentis:cũ in pace regnaret ſtrangulatus eſt apud Viennã fraude Arboguſtri comi- H
tis ſui:cũ impaſſet aunis.viii.Theodoſius magnus cũ iam imperaſſet annis.xiii.cũ Graciano & Valen
tiniano fratribus:ſolus remanſit in ĩperio annis tribus in oriẽte & occidente. Iſte fuit optimus impa-
tor chriſtianorum:ſimilis Traiano a quo originem traxit: de quo mirabiles laudes fecit Ambroſius:
cuius auxilio expulit arianos de Mediolano. Theodoſius cõtra Eugenium qui uſurpabat impium in
galliis.confidens uirtute chriſti:illius auxilio inuocato in alpibus ruit in p̃lium:& ſubito orta ui uen- I
torum cum crudeli tẽpeſtate contra hoſtes theodoſius uictor cũ parua cæde ſuoꝝ Eugenium captũ
interfecit.de qua re memoriam facit Claudianus poeta Florentinus paganus:ut refert Auguſtinus de
ciuitate dei. Theodoſius ãno ætatis.l.fæliciter eſt mortuus apud Mediolanũ:relictis auguſtis duobus
filiis ſuis Archadio & Honorio. Archadius ſucceſſit patri theodoſio in impio oriẽtis:Honorius in im
perio occidentis:ambo uiri boni nõ degenerantes a patre.anno impii.x.Radaguſius rex gothoꝝ cum
infinita multitudine barbarorũ: miſerabiliter uictus a romanis:famæ & frigore occiſus:romæ cũ ſuis
more pecudum uenditus. Archadius anno impii.xiii.mortuus eſt apud Cõſtantinopolim: relicto filio K
ſuo theodoſio in impio orientis. Honorius qui iã.xiii.annis impauerat cũ fratre ſuo: poſtea ĩpauit cũ
theodoſio minore annis.xv.ſub quorum impio alaricus rex gothorum cæpit Romam cum furore &
ſpoliauit:parcens fugiẽtibus ad templa ſanctoꝝ. Sub iſto Honorio multa bella ciuilia & externa ter-
minata ſunt in occidẽte cum modico ſanguine. Ipſe uero occiſus Romæ ſine filiis. Theodoſius mĩor L
filius archadii mortuo Honorio regnauit ĩ oriẽte.xxvii.annis. Hic Valentinianũ conſobrinũ ſuũ fecit
auguſtum. Tempore huius theodoſii Carthago crudelius capta eſt a Genſerico rege iuandelorum:q̃
uiuit:bene naſcitur:bene moritur. At qui male uiuit:bene natus eſſe non poteſt. Quid enim refert q̃ fulgido tramite cæcus interceſſerit? aut quid refert unde ueneris:ſi in culpam & ī miſeriam uenis? Nil etiam tu contra leges:ſed parentes tui egerunt:tu ſecundum leges age oĩa. In hoc quidé nullū penitus tuum crimen fuit de ortu tuo:alii de ſuis:tu de moribus tuis rationem reddes. Vnde morum candor & claritas uitæ:non maculas modo:ſed & memoriam omnem fædæ originis delebunt. hoc remedium dum licet arripe. aliud mihi crede nullum eſt. Doleo. Superbo domino ſeruio. Reſpondeo. Quid ſcis an ipſe ſuperiori domino ſeruiat? forſan uxori:forſan meretriculæ:forſan hiſipſis quibus imperat: poſtremo quæ duriſſima eſt omnium ſeruitus:forſan & ipſe ſibi:hoc eſt uitiis & paſſionibus: ac uiolẽtis affectibus ſuis ſeruit. Quid uis dicam? pauci in ueritate ſunt liberi: & ſiqui ſunt: eo laborioſior eſt uita quo altior. Multo enim citius:multoque facilius fidelis ſerui q̃ regis implentur officia. Vnde Diocletiani iam priuati:& de præterito iudicantis:& experientia docti:dictum memorabile eſt. Nihil difficilius q̃ bene imperare. Doleo. Pauperior ſum in uita. Reſpondeo. Eris lætior in morte. Nemo enim tam pauper uixit:ut moriens nollet uixiſſe pauperior. Domo familia neceſſariis atque ornamẽtis omnibus ſpoliatus:quid agam? quo me uertam? Reſpondeo. Ad eas opes quibus ſpoliari nequeas: quæ te undique comitatum:diuitem. & ornatum præſtent. Doleo. Tenuis uictus eſt mihi. Reſpondeo. Et tenuis uoluptas & munda ſobrietas:an tu gulæ ſtudio contrario malles? Hæc enim tenuitas podagram pellet tuis e finibus:dolorem capitis aufert cerebrique uertiginem:uomitumque:& ructum:& nauſeam:& ſudorem:tediumque & faſtidium tui ipſius:pallorem:alternum:ac ruborem: odorem quoque & oris & corporis ibi atque aliis importunum ſiſtet. præterea pedes inſtabiles:manus tremulas micãs caput quodque eſt optimum:animum ipſum moderabitur frenabitque. Doleo. In paupertate etiã natus ſum. reſpondeo. Quis non nudus de utero matris egreditur? nihil hic præcipuum habent reges. Lactantius firmianus uir doctrinæ multiplicis pauper natus eſt. Flacchus inops uixit: & ſic de multis aliis poetis & philoſophis. Si in his quaſi exemplis humilibus & terreſtribus non moueris:ipſe cæli dominus hic pauper fuit. ut exemplo doceret hanc inopiæ uiam:qua tamẽ ad ueras diuitias pergeretur. Ipſe inquam per quem reges regnant. pauper natus:pauper uixit:nudus obiit:cui cuncta interim obſequebantur elementa. Tu homuncio domini tui ſortem fers moleſte. nec inepte pudet inſolentiæ. Doleo. Pecuniam amiſi dulce uitæ præſidium. reſpondeo. Quid ſcis an animarum potius excidium? plures multo propter opes q̃ propter inopiam periere. Nam &ſi pecunias amiſiſti: & cum illa curas multas:periculumque perpetuum:& laborem cuſtodiæ:& perdendi metum. Sic perdendo pecuniam bona duo:unumquodque præſtantius amiſſo:ſecuritatem & requiem inueniſti. Temporis amiſſionem fleo. reſpondeo. Eſſet hæc eo iuſtior q̃ ſuperior querela:quo leuior eſt pecuniæ iactura q̃ temporis. q̃ nec neceſſaria ad bene uiuẽdum eſt pecunia:& amiſſa inſtaurari poteſt. tempus & neceſſarium & prorſus irrecuperabile eſt:niſi q̃ nolenti pecunia. uolenti autem tempus eripitur. quam cauſam nego ubi qui patitur uolens patitur. Doleo. rerum promiſſa non completur. reſpondeo. Quid de hoc ſingulariter quereris. quod omnibus eſt commune. Nulla quidé res & munus magis inquinat:q̃ dura frons ac lenta dilatio. Sed hic eſt mos cito uultis accipere. tarde auté dare: ad illud alacres. ad hoc mœſti. ad aliud præcipites. ad hoc ſegnes. Ingratitudinis duples radix. duplex materia querelarum. dum & illos mora & celeritas os cõtriſtat. Doleo. Pro altero fidé obſtruxi meam. reſpondeo. Pro teipſo illam ſolues & nil debere:ac ſine compedibus agere q̃ iucũdum ſit tuo diſces incommodo: unde ſi uadem pro amico te dediſti:da poſt hoc amicis egentibus aurum. argentum. uinum. oleum. frumentum. domos ueſtes. prædia. cõſilium. ſolacium. cum amicis denuo omnia partire:unam tibi habe: nulli unquam tuam dederis libertatem. Doleo. domus igne ſubito conflagrauit mea. Reſpondeo. Et templum Dianæ olim arſit Epheſi:quo nil ſæcula illa formoſius uiderunt. Arſit & templum Hieroſolimis cæli deo ſacrum. Arſere urbes. Carthaginem ſemel. & Troiam bis flamma combuſſit. Si tu euaſiſti uiuus: cineré cur fles extinctum. Doleo. Terribile naufragium uix euaſi. Reſpondeo. Neſcio quid terribilius adeo ſit in aquis mori q̃ in terris quidem. In alterutro moriẽdum eſt ſeu quid optabilius: uermium cibum eſſe q̃ piſcium. poſtquam tamen enataſti:cura ne iterum facto uitam remo:aut laceræ debeas tabellæ. diſce terrenum animal terram pati:& cælum potius ambire q̃ pelagus. Doleo. Me fures infeſtant. Reſpondeo. Contra hoc malum nil querelis agitur:ſuppliciis opus eſt. Interim cuſtodia proficit uigilanti. Sunt qui nihil cuſtodiũt:& accuſant fures:cum uetus ſit uerbum. quod occaſio furem facit. Doleo. Prædonibus ſpoliatus ſum. Reſpondeo. Quanuis ciuili lege niſi fallor ſcriptum ſit:quod nullus fur improbior q̃ qui ui rapit:ſunt tamen clandeſtini fures me iudice uiliores. Illi fraude agunt: hi autem ui. Et ideo iuſta ſententia Ciceronis:illi uulpeculis:hi leonibus ſimulantur. Adde quod fures rebus ſpoliant:ingerunt ſuſpitiones:ac prædonibus prædaſſe fere ſatis eſt:ſuſpitionibus non relinquunt locum. Doleo. Ager meliora pollicitus me fefellit. Reſpõdeo. Non te ager fallit:ſed improbitas cupiditaſque animi. Cuncta uobis ad nutum ſucceſſura promittitis uobis inſolentes. Tuus ager morem ſuum tenet: & tu tuum tenes. Terre enim hubertas & ſterilitas alterna: ſed cupiditas tua perpetua eſt. uoſque iniquiſſimi oĩum ĩterp̃tes:cũ illã grate ac ſobrie:hãc patiẽter & fortiter ferre debueritis. illã cõdẽnitis:hãc defletis:Illa tumidos facit:hæc q̃rulos. Terrã bobus ac raſtris:cælũ uotis ac p̃cibus fatigatis. Vẽto& ſpiritus. oportunitas ĩbriũ:germinũ decor. agri ſpecies. puluis Ibernus. lutũ neruũ. æſtiui ſoles maturitas autumnalis:oĩa cupidos in ſpẽ trahũt. Vt arenté ſtuppã flamma omnis incendit: & inanem

A B C D E F G H I K L M N O

puluerem flatus omnis impellit:ſic auarum animum lucrum omne ſuſpendit atq; erigit. Sed frenate miſeri motus inconditos:infinitam concupiſcentiam coercete:& ſpem credulam mille tandem deluſam ſucceſibus caſtigate. Quid nunc cælum terramque reſpicitis:non aliunde ſterilitas q̃ adeo eſt. Illum mortales agere ſinite:& uidete quod agitur & laudate. Sinite opificem operari: & unius artificii perito homini exhibendam reuerentiam nō negetis:deo pudeat terrea uaſcula cæleſtum uigulum arguere. Sed in omnibus illi:uoce atque animo gratias agite:qui neceſſitatum conſcius ueſtrarum: neq; cupiditatum neſcius, illis ſuccurrit, iſtis occurrit, utrobiq; miſericors:utrobiq; terribilis in conſiliis ſuper filios hominum:ut de illo ſcriptum eſt. Sperate iam tandem non in agris ueſtris:ſed in domino, & facite bonitatem:& inhabitate terram & paſcemini in diuitiis eius. iactate ſuper dominum curam ueſtram & ipſe uos enutriet. Qui cæleſti manu editi non niſi terram cogitatis terramque diligitis. Nolite in terram ſpem habere:ſed in illo qui reſpicit terram & facit eam tremere. Qui te deniq; ab agello
P tuo paſſus eſt falli:ut in illo ſpem poneres qui non fallit. Doleo. Arta domus eſt mihi. Reſpondeo. Domus lutea cæleſtem animum non anguſtat. Sæpe parua domus magnæ gloriæ capax fuit. Vix ut domus omnis tibi ampliſſima uideatur:ſepulcrum cogita. Doleo. Carcere claudor indigne. reſpondeo. Melius eſt indignus carcer q̃ libertas indigna: multoq; ſatius immeritum pro iuſticia mala pati. q̃ per ſcelus bonis affluere:quanuis nec mala illa dici debeant:neque hæc bona, ſed loquor ut uulgus. q; do-
R lorem malum ingens:uoluptatem ſummum bonum iudicat. Nimis crebris exagitor laboribus. reſpō deo. Nimium & parum pro uarietate ſapientium accipitur. Ignauo labor omnis eſt nimius: nullus induſtris. honoratum te ingrate accipis. neſcis ut nocte media dum dicatæ deo uirgines ſtratis ſurgunt: algent:uigilant & diuinis officiis exercẽtur. Adulter interim ſuis perfruitur illecebris:dum pro defendenda patria miles in caſtris:pro augenda dux in tabernaculo:pro ornanda ſtudioſus iter libros excubat. leno infamis inter ſuas acies. inq; ſuis tentoriis conquieſcit:quibus uero ſit melius. diffinire nemo cui uel modicum ingenium ſit pudoris heſiſtet. Vnde dura uirtus durus labor: mollis uoluptas: mollis inertia. ſimilia bene cohabitant. inter aduerſa diuorcium eſt. Deniq; quiſq; naſcitur: ad laborem naſcitur. nec regum filios excipio. labor & uirtus noſtræ artes ſunt: non ocium. & uoluptas quibus qui
S applicant animum:hi demum a natura hominum degenerant:atq; in pecudum ſe tranſformant. Doleo. Longum atq; durum iter pedibus mœſtus ago:reſpondeo. Calceatus forſan. Sancti autem patres nudis pedibus deſerta luſtrabant. Nuntii dei omnipotentis apoſtoli mundi climata circuibant. hic ad orientem:ille ad occidentem. hic ad arthon. ille ad meridiem. nauigans interdum:raro id quidem. neque aliter q̃ cogente locorum ſitu. Sed quem precor equitem legis. præter ex omnibus unum Ioannẽ? neq; id amplius q̃ ſemel. idq; perexiguo uiæ ſpacio. dum q; clæmens ſcripſit & eccleſiaſtica habet hiſtoria:ad recuperandum perditi adoleſcentis animum. pium illum feſtinatio purgaret. Quomodo autem equitarent quorum dominus ibat uix aſellum ſemel quidem ille:mox in crucem aſcenſurus: aſcẽdit. Quid igitur ire niſi eques doles? An in hunc mundum intraſti eques? an exibis? O principium humile:O finis humilior. q̃ ſuperba inter utrunq; ſunt media: & in breui curſu. quanta prorſus obliuio
A terminorum. nec unde certe aut quo pergitis meminiſtis. Doleo. exilio pellor iniuſto. reſpōdeo. Quid tu ergo iuſto pelli malles exilio. nempe quod ad iniuriæ cumulum in diuerſum trahitur: habes enim iniuſti exilii comitem iuſticiam:quæ iniuſtos ciues deſtituẽs te ſecuta tecum exulat. Nam & ſi falſo iudicio exularis:eſt qui te uindicet is qui facit iudicium iniuriam patientibus. quiq; ait. mea eſt ultio & ego retribuam eis in tempore. Eſt & ubi non cogitas ipſos iudicans. aut teſtis in pectore magni hi ha-
B bitant ultores. nullus beluæ morſus eſt acrior q̃ conſcientiæ. Peſtem latiſſime ſeuientem horreo. reſpondeo. Eſt hic quoq; nil amplius q̃ mortis eſt metus. quo depoſito. plena ſecuritas parata erit. enimuero his magnis animis non depoſitus modo. ſed ne admiſſus quidem eſſe debet. Nam quid minus ui
C ri eſt q̃ horrere communia? Doleo. graues inimicitiæ mihi ſunt undiq;. reſpondeo. Magnæ inimicitiæ plerunq; magnarum amicitiarum fuere principium & nunq̃ clarior ſanctiorq; fuit populus Ro. q̃ dū multis ac grauibus occupabatur bellis. pax initium mali fuit. ſecum nanq; ſubiit libido blanda. hoſtis ac peſtilẽs. Si igitur inimicitias habes:fac ut iuſticiæ ſis amicus. nullum certius præſidium uera uirtus
D fortunæ minas caleat ac deſpicit. Doleo. Videbar ulciſci poſſe nec potui. reſpondeo. Nō poſſe malum agere potentia maxima eſt. nempe quæ omnipotenti eſt propria. Nam ſi pulcherrimum uindictæ genus eſt nolle ulciſci. pulcherrima neceſſitas nō ſini. ultro uirtutem amplecti optimum. proximum eſt compelli. Si igitur uindicta tibi excidit. colubrum e manu excidiſſe credito. uideto ne iterum ſubrepat:nihil homini tam contrarium q̃ inhumanitas. per hanc enim homo deſinit. idq; ſic eſſe ipſum nomen iudicio eſt. Nullus morbus tam contrarius ne mors quidem. Illa enim ſecundum naturam acci-
E dit. hic autem contra. Scæuire in hominem inhumanum eſt quanuis meritum. Doleo. Pellor e patria. reſpondeo. Pulſum te peſſimis:optimis te inſere. neq; te patria. ſed patriam te indignam rebus proba: ſentiat illa quid perdidit. tu nihil te perdidiſſe ſentias. Neque cum illis eſſe cupias. qui te cupiunt abeſſe:Neque demum quod a te fieri debuit:ab alio factum ægre feras. debuiſti cedere ciuium iuidiæ. utque illam fugeres ultro in exilium ire. Cupiendo igitur quod cogeres. efficias ne cogitaris. Omne
F uiolentum patientia uincitur. & deſinit eſſe uiolentum quod uolenti fit. Doleo. Quodeuerſa eſt patria. reſpondeo. Carthaginem atque Numantiam Africanus minor. Hieroſolimam Titus. aliaſque alii. Romam nullus in totum diruit. ſed ſenectus attriuit ciuium. Quid tu igitur tu-

am patriam reris exemptam imperio fortunæ,cui urbes maxime atq; imperia ſuberint,cælum ruet ac
terra,montes & maria mouebuntur,& creata de nihilo in nihilum redigentur. Tu ruiſſe tuam patri-
am aut mireris aut quereris.Sunt enim ut hominibus:ſic urbibus mortes ſuæ.Doleo. Ambiguus ſta- G
tus eſt mihi,reſpondeo.At non ambiguus deo,id ſatis eſt,illi te ipſum fidens crede: & dic in manibus
tuis ſortes meæ.Id cum pie feceris pone metum,pone ambiguitatem,pone ſollicitudinem. Ille ſcit qd
de te acturus ſit:nullius rei dubius parua quidem ſed firma in nauicula magnũ ſulcas mare:fidus tuæ
que ſalutis amantiſſimus gubernator eſt.Quid refert an uiam uector ignoret:ſi magiſtro nauigii no-
ta eſt.Doleo,Animi diſcordia laboro,reſpondeo,Nullum hoc bello peius nec ciuile quidem,Illud enĩ H
ciuibus inter ſe:hoc homini ſecum eſt:Illud inter partes populi in plateis urbium hoc intus in anima
interq; ipſas partes animæ geritur:Ibi non pater contra filium:nec frater aduerſus fratrem: ſed homo
ipſe contra ſe litigat:quo durante litigio nulla quies animo:nulla poteſt eſſe ſerenitas.Quare ſi diſcor
dat animus:& diuerſis ſecum pugnat affectibus diuerſitatem illam abiice:unum uelle incipe:tunc con
poſita erit & immota pax animi:cum diſcordes affectus quaſi ſedicioſi ciues in unam conueniunt uo-
luntatem.Alioquin ut contrarii & corrupti humores febrem corporum:ſic contrarii affectus febrem
pariunt annorum.Quæ tanto eſt periculoſior:quãto & animus corpore nobilior:& æterna mors ter
ribilior temporali,utrobiq; tamen adhibitum temperamẽtum:& æqualitas quædam ad ſalutem uia
eſt.Inſtantis pugnæ caſum timeo,reſpondeo.Vix bene geritur quod pauide geritur.Timor modeſtus I
cautionem:uæhemens uero deſperationem parit,quarum altera nil in bello melius:altera peius nil in
rebus omnibus.Si tamen bello uinci metuis:pacem quære.Doleo.Eſt mihi collega præceps & incon-
ſtans,reſpondeo,Eſto tu conſtans & modeſtus:ac fortiter atq; induſtriæ miniſterium tuum age:& in-
ter tui collegæ errores tua uirtus emineat,nuſquam enim uirtus clarior eminet q̃ ſuo admota contra
rio.Cur non potius illum regas:q̃ te ille præcipitet?Doleo.Victus ſum bello,reſpondeo. Bello uictus K
libertatem retinet ac uitam uitio autem uictus utranq; amittit. Quiſquis igitur illi ſuccumbit uere
uincitur.Doleo.Tranſuerſo uulnere facies diſtorta eſt,reſpondeo.Non uulnus:ſed cauſam uulneris at L
tende.Iuſto cicatrix bello parta:miris modis honeſtat faciem uiri fortis:formoſum pro iuſticia ſuſce-
ptum uulnus multoq; ſpecioſior eſt mors.Doleo.Proditus ſum ab his quibus fidebam,reſpõdeo. Vix M
fallitur qui non fidit.Enimuero quo maior quiſq;:eo minus poteſt tuto fidere:eoq; plus fidere ac plu
ribus eſt neceſſe.Vnde fit ut commune regum ſit prodi,neq; omnino ullum genus tam noxium huic
malo. Tyrannidem depoſui,reſpondeo.Sæpe ſe nocentiſſimi innocentes putant. Sunt tamen & aliæ N
non minores cauſæ præcipitatæ tyrãnidis: q̃ alienis uxoribus iniurioſum non eſſe:inſolentia ſcilicet:
auaricia:crudelitas & ſuperbia:& inuidia.Et ad ſummam:& reges:& tyranni omnes:& quicunq; in po
tentatu aliquo ſunt:debent ſi regnare diu uolunt acriter excutere:memoriterq; dictum illud Catonis
apud Liuium.Auaricia & luxuria omnia magna imperia ſubuerterunt.Doleo.Superbia extolor,reſpõ O
deo.Cur quæſo?An non te mortalem? an non aſſidue fatiſcentem? an non peccatorem? an non mille
caſibus expoſitum?an non morti incerte obnoxium?an nõ deniq; tu te miſerum meminiſtis? Scire ue
lim quid te horum potiſſime ad ſuperbiam coartat. An fragilitas membrorum: exercituſq; morbo-
rum?an uitæ breuitas?an cæcitas animi inter ſpecies uiliſſimas metuſq; perpetuos fluctuantis?an præ
teritorum obliuio:an ignorantia futurorum & præſentium?an hoſtium inſidiæ?an mortes amicorũ?
an aduerſus perſeuerans?an fugitiua proſperitas.Hæ non aliæ ſunt nobis ad ſuperbiam ſcalæ,his aſcẽ-
ditis ad ruinam.Atqui cætera hominum pericula:&ſi iniuſtam aliquam tamen excuſationem. ſuper-
bia & inuidia nullam habẽt.Quid deniq; ſuperbis terra & cinis.Nihil eſt odioſus deo q̃ ſuperbia. Per
hanc ille pulcherrimus creatus raptim corruit per quam tu peccator uis aſcendere. Si ſic illi ob hoc
unum accidit:quid per hoc aliis culpis adiunctis tibi euẽturum arbitraris.Malum ſarcinis tuis cumu
lum ſuperpoſuiſti.Doleo.Multa quærendi urgeor appetitu,reſpondeo.Nec aduertis quia inter quæ- P
rendum tempus & uita:cui illa quærebantur elabitur.Sic mira perplexitas incidit: dum uita abunda-
re uidemini diuitiis indigetis:dumq; indigentia illa præteriit:ſuperuenit altera:& diuitiis abundantes
uita indigetis.Non hoc ignorabat ille ſapiens qui dixit. Qui aceruat iniuſte: aliis congregat: & in bo-
nis illius alius luxuriabitur.O terribile dictum: ſed commune. quottidieq; ſe oculis ingerens: nec id-
circo proficiens in animis auarorum.Doleo.Aeſtuquatior libidinum,reſpõdeo.Atqui libidinem tor- Q
por gignit:gula autem illam parit. Quid mirum igitur filiam poſt parentes ſequi. Gulam certe & lu-
xuriam communes uobis eſſe cum beluis:maximeq; beſtialem uitam ueſtram fore ſapientibus uiſum
eſt.Itaq; cum ſint alio grauiora:nullum uilius.Vnde inquit Seneca,Blandiſſimæ dominæ nos comple
ctuntur ut ſtrangulent.Non aliter ergo q̃ latrũculi uiatoribus inſidiantes:eoſq; ſubducentes declinan
dæ ſunt: Ira æſtuo,reſpondeo. Furis ergo. Ira furor breuis eſt inquit Flaccus. Vix autem iracundus R
unquam adeo quiſquam fuit:ut nulla re laceſſitus iraſceretur:niſi forte Celius:qui clienti ſuo ſibi in
omnibus conſentienti:atq; omnia confitenti iraſcens exclamauit.Dic aliquid cõtra ut ſimus duo.Du
rũ caput q̃liter tuliſſet iniurias:q obſequiũ nõ ferebat deus ipſe quottidie uerbis & rebus offẽdit nec
ſemp iraſcit uos oẽ uerbũ caſu elapſum ad iniuriã captialem trahitis:ĩpatiens genus.Doleo.Gula ſolli A
citor,reſpõdeo.Prope id qdẽ nulla res tam uilis tam ſollicitos uos habet.Terrarum tractus cælique &
maris abdita penetratis:meditati eſtis retia & hamos & uiſcum & laqueos:& rapaces imperio parer̃ &
prædari uobis docuiſtis,ad nil aliud niſi ut gulæ ſatiſſiat:quã nõ modo explẽdo:ſed ornãdo fatigatis:

& anguſtum uentrem uaria arte laxatis:ac punitis obſequendo.cui aliquanto utilior fames eſſet uti-
B liſſima uero ſobrietas.Inuidia crucior.reſpondeo.Simul & peccas & plecteris:expedita iuſticia. Sed an
non ſatis eſt ueſtris propriis malis angi quæ tam multa ſunt:niſi & aliena bona uos crucient:undique
miſeri & inſani.Eſt autem inuidia lippa.longinqua non uidet.uicinitas atque proſperitas iuidiæ ſunt
C parentes .Doleo.Inuidetur mihi a multis. reſpõdeo.Linque honores & officia publica:deſine inceſſu
elato:& ſuperbo comitatu per oraciniũ uolitare.nec uultu nec uerbo nec habitu digito te notandum
præbeas.Vulgus & liuor in plateis habitant:ſicut & mala ferme omnia.quidem hoſtes nullo melius
modo quam fuga uincuntur ac latebris.Tolle mali materiam:malum omne ſuſtuleris. Minis opibus
modum pone.quicquid eximia ſpe inflammare animos poteſt uel abiice uel abſconde. Siquid eſt quo
carere nolis aut nequeas modeſte utere.Inuidiam quam inſolẽtia exaſperat humilitas lenit.Animi ag-
grauor corpore.reſpondeo.Torpor ex imperfecta uoluntate oritur: mox ut bonum bene uelle cæpe-
D ris:ardor erit atque impetus:qui cum ad multa ſit peſſimus:optimus eſt ad uirtutem.Doleo.Malo un
de non timui circunuentus ſum.reſpondeo.Si timuiſſes deceptus forte tam facile non fuiſſes. Et nũc
cogita an tu aliquando aliquem fefelleris.Eſtis enim fere omnes ad fallendum proni.feres autem faci
lius ab altero tibi fieri:alteri quod feceris.Sed uos & quæ facitis aliis nõ ſentitis:& quæ ab aliis uobis
E fiunt pati non poteſtis:rerum omnium iniquiſſimi iudices.Doleo.Infamia premor graui. reſpondeo.
Si iuſta non infamiam ſed infamiæ cauſam defle.Sin iniuſta:errores hominum alto animo proculcaſ:
tua te conſcientia ſolare.Vnde ſi flagiciis collecta:grauis fateor. Si caſus:facilis. Si honeſti ſtudio: glo-
rioſa.Si quidem bonis actibus quæſita infamia laus eſt.Inſultent fatui:tu exulta lucro nobili.pauciſſi-
mis enim accidit:omni ſemper infamia caruiſſe.Delicatiſſima res eſt fama hominis:& quæ ſæpe rubi-
ginem leuibus contrahit ex cauſis:& ad ſummam ut nil clarius fama eſt ſic nil obſcurari pronius: nil-
F que peregrinarum ut ſic dixerim capacius impreſſionum.Doleo.Alieno crimine infamor.reſpondeo.
Alieni te criminis dolor attingere poteſt nõ infamia.unde ſi alieno crimine mœſtus es:eſto tua lætus
G innocentia.Indignum laudaſſe pudet ac pœnitet.reſpondeo.Pudor & pœnitentia & dolor ſcalæ ſunt
& gradus quidam ad reſipiſcentiam & ſalutem pauci ſunt qui ad rectum iter: niſi per deuia multa ce-
ſpitando perueniant.Si quidem indignum ſciens laudaſti:repræhenſibilis. At ſi ignorans: excuſabilis.
Minus eſt malum falli q̃ fallere.falli enim alienum:fallere autem proprium fallentis eſt crimen. Vn-
H de indignum laudare malum.uituperare tamen immeritum multo eſt peius. Doleo.Spernor.reſpon-
deo.Circa hoc uerbum unum quattuor bona dixere eſſe aliqui. Vnde uerſus. Spernere mundum ſper
I nere nullum:ſpernere ſeſe.Spernere:ſe ſperni quattuor iſta beant.Hoc tibi ultimum opus eſt.Nõ poſ-
ſum æquo animo repulſam pati.reſpondeo.Cur petendi tibi arrogas licentiam ac negandi aliis eripis
libertatem?Quid?q̃ ſæpe indigna petitio:dignam repulſæ præbuit materiam.Quid?q̃ ſæpe etiam pe
tenti repulſa utilis fuit:cui quod petierat impetraſſe damnoſum erat.Multi ſe magna meritos putãt.
unde penitus nil merẽtur:hinc repulſæ dolor.hinc quærelæ iſtæ quibus orbis terræ:& omnis uita ho
K minum plena eſt.Potentis domini graui premimur iugo.reſpondeo.Raro equidem tyrannus abſque
culpa ciuium ſurrexit in populo.Vetus eſt autem uerbum.Ede quod nutriſti. nam ſi omnis poteſtas
a deo eſt:ſeu ad bonorum exercitium:ſeu ad malorum pœnam:par eſt ut diuino imperio te ſummitti
ſentias:non humano.Cuius ſi miniſter immitior uidetur.patientia fortaſſis efficiat ut miteſcat:uix eſt
ullum tam ferox ingenium:ut non obedientia & obſequio leniatur. uel ferendum deniq̃: uel ponen-
dum eſſe quod premit.Nempe nihil eſt certius præter impatientiam quæ moleſtiam non minuit ſed
aceruat. Vnde ſi peſſimus eſt uobis dominus:non erit diu.ſi bene philoſophis uiſum eſt: uiolẽtum ni
hil eſt diuturnum. deniq̃ unum uos omnes habetis hoſtem notum.unus multos ille habet incogni-
L tos:periculoſior ſtatus.Doleo.Serui fugiere.reſpondeo.Sponte igitur fecere quod cogendi erant.grati
am habeto depellendi immanes beſtias tibi demptus eſt labor: qui niſi fugiſſent tu fugere debuiſſes.
Nunc tu liber.nunc tu ſecurus.nunc domus tuæ dominus.remanſiſti:fugitiuos uendicandum ius eſt
domino.tu te dominum diſſimula.Nec hoc iure utere:ſi boni eſſent non fugiſſent. malos amiſiſſe nõ
M iactura:ſed quæſtus eſt.Doleo.Graues uicinos perfero.reſpondeo.Multum cunctis in rebus ualet opi
nio.leues finge animo leues erunt.multi etiam ſuam culpam proximis imputant.acutius aliena cernũ
tur:diſcutiuntur exactius:ſeuerius iudicantur.ſuarum rerum nemo & mittis arbiter & pius eſt iudex.
Vnde ſi penitus ab hac peſte uis abſolui:in ſolitudinem te reconde.Sic enim res habet ut ubi eſt ma-
ior locorum uicinitas:ibi maiorem uideas diſtantiam animorum. Rara ſine iurgiis & rancore uicina
eſt.Nemo ueſtrum niſi fallor Arabum aut Indorum regibus inuidet.lippus eſt liuor longinqua non
N aſpicit.Doleo.Villicus eſt mihi nequiſſimus.reſpondeo.Aut uillici nequiciam tolerare cõdiſce: aut fa
mem perpeti.Mutare enim uillicum non proderit.ad unũ modum ferme facti ſunt niſi q̃ ſemp peior
eſt ultimus.Sunt.n.ĩta furtis additi:ut eis aliquãdo ſit cultius id modicũ qđ furãtur: quam q̃cquid ex
omni iuſto labore p̃cipiunt.& hoc ipſum tamen ferendũ eſt:nec queri unus debet quod omnibus eſt
O commune.Doleo.Diſcipulum habeo indocilem.reſpõdeo.Perdis operam.littus aras:fæmina proiicis:
P natura non uincitur.Doleo.Amicos experior infideles.reſpondeo.Impoſſibilem rem narras. ne forte
autem amicos credideris qui non erant. Nempe id non modo poſſibile ſed commune eſt. In ami-
cicia conſilio utere Catonis: qui amicicias quæ non placent ſenſim diſſuendas eſſe finit: non ſu-
bito diſcindendas: ne geminum graue damnum ſimul & amici perditi eſſe uideantur. & quæſiti

hoſtes:niſi forte acrior caſus ac more impatiens maturo conſilio uti uetet. Doleo. Multi mihi ſunt ingrati,reſpondeo. An tu idem multis fueris recordare. Vna enim ingratitudo aliam parit: ſicut in rebus unum ſæpe peccatum alterius pœna eſt. Graue crimen ingratitudo. eam uituperaſ ſuperuacuum omnium nempe mortaliũ hãc ſermo condẽnat. Nulla uirtus tã laudata eſt quin uituperatores inueniat. Gratitudinẽ nulla barbaries gentiũ:nulla mos: imanitas nõ laudabit. Nemo uſquam nõ uituperabit ingratitudinẽ. Si fur,ſit ſiccarius,ſit proditor,ſit ingratus:uitium ſuũ excuſare nõ audebit: ſed negare. Quæ quanuis ita ſint,nihilominus tamen innumerabiles ſunt ingrati. Nec eſt uere uitium aliud:qđ tam multis uerbo damnatum:tam multi rebus ipſis amplectantur ac teneant. Quid concludam? dãnandum utique non ſolum uerbo:ſed animo maxime atque iudicio:& in ſe cuique bono fugiẽdum: in altero tolerandum. Doleo Moleſtiſſimam habeo uxorem,reſpondeo. Habes unde patientiæ laudẽ quæras:unde diſcas requiem optare,unde peregrinari ames:reditumque oderis,unde uocem exerceas ac uacillum. Doleo. Impudica eſt mihi uxor,reſpondeo. Pudicicia inſignis imperioſas facit matronas. nihil metuit quæ ſibi nihil eſt conſcia,huic malo hoc ſaltem boni ineſt:etiam moleſta minus incipiet: minuſq; inſolens. Sæpe enim obſequentior in reliquis uiro eſt quæ ſe meminit impudicam. Denique ſi coniugalis tibi fides frangitur:uide ne tu hanc aliis non maritis tantum: ſed uxori tuæ fregeris. Nã ſunt qui ab uxore exigunt quod non præſtant qui laſciuiam ſuam titulo urbanitatis excuſant alienã: ut grauiſſimum ſcelus ſeueriſſime punientes:qui cuncta cum ſibi permiſſerũt:cuncta aliis negent iniquiſſimi iudices qui de pudicicia iudicent impudici. Doleo: Vxor ſterilis eſt mihi. Reſpondeo. Vnum coniugalis incommodi remedium ſterilitas obſequioſas facit atque humiles. Quæ plurimos parit: iã non uxor credit eſſe:ſed domina. ſterilis autem flet & tacet: Annam Helcanæ meminiſti. Vnde puerperam emulantem:nutrices litigantes:infantulos uagiẽtes audire:ſterilitas omnia tædia hæc ſummouet. Doleo. Rapta eſt mihi uxor,reſpondeo. Si incommodum corporis curanti præmium debetur:qđ non leuanti animi angores & modeſtias debeatur? Siquis tibi medicus tertianam febrem abſtuliſſet: & gratiam illi haberes & precium dares:quid nunc facias continuam auferẽti? Neſcis quid raptori debeas. Nam & ſi coacta iuit uxor,ignoſcito,at ſi uolens:uno actu duplex tibi quæritur uindicta. Nam & adultera ſuum ad tortorem adiit:& ille tuum uirus ſuam tranſtulit in domum. Qualem enim mœchus ſperet quæ tali fuit marito. Doleo. Vxorem bonam ac decoram perdidi,reſpondeo. Stulti ẽ compedes ſuos quanuis aureos amare. nunquam fortaſſis opimiorem quæſtum lux attulit una. quãtis cõpedibus elapſus es. quãto naufragio enataſti. iam ſine aduerſario tui rerumque tuarum dominus eſſe incipis. Ante lucem lectulo matutinus domo egredi:ueſpertinus regredi. ſolus autem cum quibus uoles totos dies agere permitteris. Doleo. Iudex me priuauit ſponſa,reſpondeo. Adulter aut raptor forſitan te priuaſſet. leuius eſt ſponſam amiſiſſe q̃ coniugem. In illa enim ſpes perditur:in hac res. leuior autem ſpei iactura q̃ rei eſt. deniq; ſi in iudicio ſuccubuiſti:dignus es uiciſſe. Nam duobus de una muliere certantibus:qui mulierem habet is perdidit. qui uicit:hic eſt uictus qui uincitur hic eſt uictor & liber. Doleo. Filia laſciuire incipit,reſpondeo. Occurrere principiis:dura ferro:tenera digitis conuellun tur. Qui ſibi uel alteri habitum quærit a teneris annis incipiat. facile & tractantur mollia & flectunt. Vnde lautas dapes & ueſtes illi molles ac fulgidas anuloſq; & armillos detrahe:& qcquid ẽ illud quo & ipſa ſibi placet:& aliis placere ſtudet. Obiice illi domeſticas curas:penſa acus & colos:& ſiquid ẽ operis quod ſuaues ac moles manus in callum donet. Seduc eam a ſpectaculis:a curſu populi feſtis etiam diebus illam domi contine. Nullum uagis ac diſcolis cogitantibus tempus linque. occupatio & labor & incultior habitus & uictus aſperior & ſeceſſus:inq; unum aliquid iugis intẽtio. Ad hæc teſtis carus & uerendus frequens admonitio:dulces minæ:& ſi quando re,exigat aſperæ. hæ ſunt caſtitatis aduerſus impudiciciam ſere ac uectes:qui & inſultantes ocioſas animo paſſiones arceant: & ingreſſas eiiciãt. Doleo. Numeroſa prole prægrauatus ſum,reſpondeo. Sic dicis quaſi fælicitate deprimaris tua:& uota prima mortaliũ tibi cumulatius obueniſſe fers grauiter:mi genus ipatiẽtiæ. Nã his eos paſcet:q te a iuuẽtute tua paſcit i ſeniũ q nõ ſolũ hoies:ſed piſces & quadrupedes paſcit & uolucres. Doleo. Nouerca ſupbiſſima eſt mihi,reſpõdeo. Et fœminæ ppriũ ſupbia eſt:& nouercæ eſt:ſi geminæ cauſæ unũ pariunt effectum:nõ eſt quod ſtupeas:eſt quod feras:teq; prenignum & filium bonum probes. Nulla autem re q̃ humilitate melius uincitur ſuperbia. Vnde ſi impia atq; importuna eſt tibi nouerca:ſis illi pius & patiens. pietatem patri debes:patientiam fœminæ:reuerentiam nouercæ. Nam &ſi tibi iniurioſa eſt:iniurias contemne. Muliebres enim iniuriæ contemptu magis meliuſq; q̃ ultione plectuntur. Doleo. Durum patior parentem,reſpondeo. Duricies patris ſæpe filio ſalubris:ſemper damnoſa mollicies:non linguæ tantum:ſed nec uirgæ parcendum docti conſuluere. Nam quæ tibi duriſſima: illi forſan utilia uidentur:cui & certius iudicium & incorruptior eſt affectus. Adoleſcentia non niſi quæ ſub oculis ſunt metitur:ætas maturior omnia circunſpicit. Deniq; ſi durum habes patrem:habes qui amorem:ubi pudorem:ubi patientiam tuam probes nullum imperium in terris iuſtius q̃ patris. Nulla honeſtior ſeruitus q̃ filii. Nil tam ſuum cuiq; eſt q̃ filius patri. nihil cuiq; indignius eripitur. Doleo. Habeo filium contumacem:reſpondeo. Dum aliquid uel minimum ſpei eſt:ſemper ad miſericordiam inclina:mementoq; te patrem non eſſe iudicem. Neq; hic tibi Terentianũ illud excidat:pro peccato magno paululum ſupplicii ſatis ẽ patri. Magis autem animum premit pungitq; acrius ſuperbi filii uerbũ unũ irreuerẽtius platũ. q̃ ſeueri patris quæcũq; duricies. Ille.n. iniuriã facit: hic iure ſuo utit. Doleo.

Filius qui meus dicebatur alienum audio,reſpõdeo.Cur hoc aliis potius q̃ uxori credis, qua hoc unũ ſaltem nemo certius nouit,Illa certe tibi filium dedit quem nunc alii nituntur eripere. Audiſti credo in patrum memoria uir illuſtris fuit:cui forma & genere par uxor obuenerat:ſed fama pudiciciæ ambigua.Ex hac unicus infans pulcherrimus natus erat:quem die quadam in gremio habens mater:grauem curis & ſuſpirãtem uirum aduertiſſet:quæſiuit quænam tanti cauſa ſuſpiri eſſet:rurſus ille ſuſpirans:uellem inqt dominii mei dimidiã partẽ paciſci ut mihi ita cõſtaret hũc puerũ meũ:ſicut conſtat eſſe tuũ.Ad hoc illa nihil fronte mota uel aĩo.Enimuero inqt nequaq̃ tãti p̃cii eſt opus. da mihi cẽtũ prati iugera ubi greges meos paſcam:& de hoc ipſo certũ te faciã.Cũq; ille impoſſibile prorſus id diceret:conuocatis qui prope erant proceribus:& ſponſione ĩterpoſita:natũ illa ulnis extulit.Eſtne inquit meus uere inquit.cũ uir annuiſſet.illa brachiis protenſis illi puerum porrexit: & accipe ait dono eum tibi. Iam haud dubio tuus eſt. riſu abſtantium aborto pro uxore diffinitum:& uir omnium ſententiis condemnatus eſt.Doleo.Filium amiſi.reſpondeo.Si pium nihil eſt quod iam illi timeas in tuto é, at ſi imperium numeratorẽ annoꝝ:tuæ ſtimulũ ſenectutis amiſiſti.Doleo patrẽ amãtiſſimũ amiſi. reſpõdeo.Incipe iã de aliis curare:q̃ te curet amplius nõ erit.Neq; ſcis qd ſit patrẽ p̃dere niſi filiũ habuiſti.Doleo mater obiit mitiſſima.reſpõdeo.Mater ſubſiſtit duriſſima:quæ te & matrẽ quã req̃ris uno gremio ſeruabit:cuius in utero fuiſti:illa huius in utero tecum erit:te & illam ut credimus die ultimo perituram. Doleo Amiſi fratrem.reſpondeo.Fortaſſis uitæ tuæ æmulũ & gloriæ obicẽ. fratris ĩperio nullus hoſtis infeſtior.Doleo.Eſt mihi diſcors domi frater.reſpondeo.An & hoc miraris eſſe magna ĩ domo:quod in ipſis materni uteri fuit anguſtiis:ubi olim &ſi maioris miſterii uelamentum eſſet: certe non diſcordes fratres legimus:ſed bellantes.Eſtne igitur nouum ſi faciunt armati quod non nati ſolent:Doleo.Amici abſentia me affligit.reſpõdeo.Eſt id fateor cõe mulieꝝ atq; oĩum muliebriter amãtium:quorum delectatio omnis in ſenſibus eſt.Nihilominus de his ipſis poeta loquebatur ubi ait.abſentem abſens auditq; uidetq;.Interdum autem non cognoſcitur amicus niſi abeſſe cæperit.Sicut cũctis in rebus.ſic in amicis copia ingens guſtum hebetat:penuria acuit.Quod ſi magiſte.amoris intermiſſionem amãtibus utilem dicit:quibus omnibus ĩ præſentia eſt uoluptas:cur nõ eadẽ utilis ſit amicis:quorum in uirtute iucũditas tota eſt:q̃ abſentiæ nullũ ſentit ĩcõmodũ:cũ ubiq; p̃ſens ſit. Noli ergo deſiderio ſuccũbere:ſed amicũ mẽte amplectere:quem tibi nec diſceſſus eripiat nec mors ipſa. Doleo.Innumerabiles uſq; ad tædium me honorãt.reſpõdeo.Tu uero dei munus agnoſcito.Ille te honorat ut te illum & honorare delectet:& ĩhonoraſſe pœniteat .Omnis honor & quodcunq; homini abhoſie bonũ fit a deo eſt.Quãuis aũt nõ ſit optãda cælebritas p ſeipſam:ferẽda é tamẽ:& amãdæ cauſæ ipſius uirtus & ĩduſtria:neq; unq̃ ut illa careas deſerẽdæ.Multo é glorioſus labor optabilior q̃ ignaua requies.Item malos mores hominum ægre fero.Si caritate motus laudo. Si ira uel ĩdignatiõe nõ laudo.Quid ad te enim quibus moribus ſint alii:dũmodo tu ſis bonus.An nũc primum ĩtellis uulgi mores?An tibi negociũ paruum ſentis:uitã tuã cõponere?nõ ĩuigiles alienæ.& id aggrediar. quod nec ars uſquam efficere ualuit. nec natura. Vnde nihil unq̃ ſperes.niſi tædia & labores fuerint. hæ tamen & philoſophis curæ:quorum alter in publicum egrediens ſemper flebat.alter contra mores hominum ridebat neuter ſine cauſa.ſed iſtud pietati.hoc ſuperbiæ propinquabat.Item:Enormes ac ſubitos hos habitus ferre non poſſum.Male p uim dehoneſtari ferres ſi neceſſe eſſet.qui ſponte ſua alios deformatos pati nequæas.Sine illos indui ut libet.tu ut licet atq; libet induere.atq; ita te ulciſcere.Non minus laſciuos oculos honeſti habitus offendunt q̃ modeſtos inhoneſti. Quid quæreris?fæditas aliena tuo adiacet decori.Item tot fraudes:tot artes auariciæ.tot ſpecies libidinum.quis ferat? Quæ tibi merito diſplicent:declina.& q̃ in aliis damnes.ne in te damnẽt alii caueto.Item:Quis hoc gulæ regnum?Maxime inter ebrios ſpacioſa ſobrietas.ubi æq; boni omnes.nullus excellit.Item. Quis tam multa mendacia.Si mendacio offenderis ueritati ſtude.Itẽ.Quis tot ferat inſolentias?humilitas eo acceptior quo pluribus eſt obſeſſa ſuperbiis.Item. Vulgi contentionibus feſſus ſum. Vulgo aures dũ præbueris:non quieſces.Itẽ. Vulgi ſtrepitu fatigor.uulgi uerba deſpicito.pene.n. qcquid uulgus loquit aut nihil aut falſum eſt:idq; non aliter q̃ mugitus bouum:aut balatus pecudum:aut urſorum murmur.quid.n.tibi beluaꝝ uoces ſunt uel inertiũ uel ferarũ.Itẽ.Latratibus canũ uexor. Qui uulgi latratus ferre didicit. nullos horrebit canes.Item.Pulicibus inquietor. Sanis cogitationibus conquieſce. Cogita nihil mali præter peccatum homini contingere.Multis non hæc modo facilia:ſed q̃ uidẽt grauiſſima p̃fuerũt. Quid ſcis an ſi pulices abirent: ſopor nimius aut malæ libidines ſubirent. Crede bene ĩ oĩbus tecum agi:bene erit.Si igit nocturno pulicũ p̃lio uictus es:qd ſupbis igit umbra & cinis?qd erigeris iners luctũ a pulicibus uictus:cõtra deũ calcitrãs:iumẽtũ ĩdomitũ ac ſtolidũ.Itẽ.Mures thalamum infeſtant. Quid ſcis an ipſi ĩ thalamo exorti:quẽ tu forſan p̃grinus ĩhabitas.de te iuſtius q̃ri poſſint:q̃ natale illis aduena ſolũ eripis.Sed omiſſis iocis hoꝝ oĩum rõ una eſt.Idcirco eqdẽ his infeſtis uitã agitis:ut diſcatis alterã optare:atq; illuc aĩum habeatis :ubi nec mures nec fures:nec araneæ:nec tineæ: nec dãna: nec tædia illa ſunt.Item.Magno torqueor calore. Expecta hiemis tædium hoc pulſare feſtinet. Item. Mœſto ac turbido atteror litigio.Pro re aptis ipotecis uſus es.ubi enim lis:ubi nec gaudium nec tranquillitas eſſe poteſt.tu ſi litibus uis carere:litium cõtemne materiam.Auaritia lites parit:& partas alit. Doleo.Mortem timeo.reſpondeo.Et naſci timuiſſes & uiuere:uitæ limẽ initium mortis eſt.Nam qc quid eſt natum moritur:quicquid moritur natum erat.Quammulti ægre nomẽ illud audiũt:qd ſem

per internam aurem pulsare debuerat:nempe sine quo nō est qui seipsum corrigere possit. Recusatis ecce mortem cogitare quā confestim & cogitare oportebit:& pati:cuius passio faciliter sequereť:si cogitatio p̄cessisset;nunc simul in angustiis altera alteram exasperat. Omne enim īopimum & subitum aīam quatit. Aeque stultū est uel appetere id frustra:uel uitare uelle qđ nequeas. Atq; nil dānosius in humanis malis:q̄ dei suiq; ipsius & mortis obliuio:quæ tria sic connexa sunt ut uix ualeant dissoluī. At uos uestri memores uideri uultis:& principii:& finis īmemores. Vna est moriendi necessitas:tā&si multa sint mortis genera ut uitæ:hanc tu cupis excutere:quā nec patres tui,nec ulli unq̄ reges gentiū excusserunt;nec excutient quidē. Optate ergo bene mori:qđ ip̄m nisi bene uixeris frustra est. Optate inquā & enitimini & qđ in uobis é facite. Reliquū illi cōmittite qui uos in hāc uitā ultro uocauit: & non rogatus manū dabit. nō mori aūt nolite optare, nō modo enim impudēs arrogāsq; sed in efficax etiam & inane uotū est. Assuescite o mortales naturæ legibus:& īeuitabili iugo colla summittere;& si uosmetipsos amatis q; nati estis:amate non q; nati esse uelletis. Neq; enī natura nobis:sed illi obsequi par est. Mortē mihi cōcire ꝓpositū est. respōdeo. Ré unā nunc metuere nūc optare:hæc tota uestra cō stantia est. Nunc tu mortem muliebriter formidabas:nūc eandem inhumane appetis. rogo quænā subita mutandi causa est? Si tædio uitæ:familiare hoc uitium stultoꝝ omniū: Sapientibus enī omnis uita iucunda ē:lætam libēter:tristem ferunt patienter. Et si rebus ipsi nequeūt:patiētia delectanť. Nihil in rebus lætius:nihil diutius est uirtute. Illa ē quæ molesta lenit;obliqua dirigit:dura mollit:ac mittigat ardua:atq; aspera quæq; complanat:cessant querimonia:cessant p̄cipicia:& ad summā:sapiētis uita nil serenius nilq; trāquillius. Hic aūt animoꝝ flatus atq; angores:hæ nubes & ꝓcellæ:quæ in scopulos fragilē uitæ tubam tradunt:e sola tristitia oriūtur. Sin aūt morbi impatiētia mori eligis stulte qui dem eligis ac supbe. Sine dominū de suo corpore qđ ipse fecit statuere: an qđ tibi in tuo ædificio uis licere:in quo nō lapides tu fecisti in quo deniq; p̄ter structurā nihil ē tuum:id ī suo licitū domīo omnium nō uis? qui nō in illo tantū carnem & ossa & sanguinē & spūm. sed cælū & terras & maria & oīa quæ in his sunt creauit ex nihilo. Nec dicas apud temetipsum. corpus meū graui dolore āgitur:nō tu dominū sed usum corporis accepisti breue ad tēpus. luteæ te dominū domus credis. īquilinus es. qui fecit oīa is est omniū dominus. Igitur uitā æquanimiter perferēdā. mortem fortiter spectandam. hæc nostri remedii summa ē. Doleo. Morior. respondeo. Omnes hi qui modo lectulū tuum ambiunt. omnes præterea quos uidisti unq̄. omnes de quibus audisti aliquid aut legisti. iter hoc egerunt acturique sunt. uno dum moreris carnis tributum. naturæ debitum persoluis. fac libens quod uel nolēs faceres deniq; non moreris:sed obdormis:uitæq; fessus ut arbitror requiescis. Vadis in æternam requiē:ubi nunc primum uiuere incipis:bona mors initiū est uitæ. Doleo. Morior ante diem & dum bene agere cogitabā. respondeo. Ante diem nemo moriť:sed nō omnibus dies idē īmo ut eximius uates ait. Stat sua cuiq; dies. ad quā quisq; dū uenerit metam attigit. Et quid q; bene agere cogitabas:nec agebas? sic fortassis in ꝓpetuum cogitasses. Sunt qui bene agere cogitāt nunq̄ tamen īcipiunt. Quod si bene agere cæperas ne dubita:q̄is boni operis finem mors ꝓuertat:apud cæca hominū iudicia fortasse aliud. sed spernendū apud infallibilē rerum æstimatorē nil tibi subtrahitur. ītegra merces tua est: nō actuū modo:sed uotoꝝ. Quid si plus uixisses? nūquid ideo non uixisses modicū? Quid plus inquam habet qui diutius uixit:nisi forte curas:labores:dolores:& tædia:& forte peccata. Est in expectatione fateor plusculum aliquid. at cū spaciū utrunq; transierit(mihi crede)nihil inuenies quo plus uixisse facilius sit. Doleo. Morte pereo uiolenta. respondeo. Si nolens moreris uioléta mors omnis é. at si uolens:nulla. Persuasum aūt multis scio in mari miserum mori:q; ætherus atq; ardens spūs suo contrario uideť opprimi. Sed de hac re nautæ nescio cuius responsionē ꝓpo: quem cum quidam interrogasset: ubinā pater eius obiisset? in mari inquit. cumq; idem ille de auo & proauo atq; attauo nomiatim ex ordine quæsiuisset:responsumq; idē de singulis accepisset:intulit:& nunquid tu inqt mare īgredi non times? Respondit nauta dissimulans. Et ubinā tuus pater obiit? suo ait in lectulo. ubi auus inquit? & is ait & proauus & maiores mei omnes suis in lectulis obiere. Tū nauta:nunquid tu tuū in lectulū non times ascendere? Elegāter quidē aliquātoq; plus q̄ nauticæ de morte igiť natura uiderit quæ mortales fecit. ad de genere mortis:de loco & tēpore uiderit fortuna. unde nō ubi:sed qualiter moriaris ad rem pertinet. ubiq; bene mori licet:ubiq; male nō. Non ī loco:sed in aīo ē qđ fælicē morte facit aut miserā. Et quid refert corpus terrenū terræ reddas:an pelago? Doleo. Ignominiose morior. respondeo. Nemo bonus male moritur:nemo malus bene. honestam mortem non funeralia: non ministeria: non purpuræ faciunt eximiæ: non immersi clypei atq; enses: & flens dominum familia: & uulgi clamor ac lamenta:sed uirtus & clarum meritis uiri nomen. dura mors fortasse uidebitur ignominiosa:certe non fuerit:immo uero nonnunquam eo clarior quo durior. Et ad summam omne genus mortis honestare potest uirtus uirtutem nulla mors inquinat. O si domi morerer. respōdeo. Multa ibi forsitan uideres quæ mortem tibi efficerēt grauiorem. Vnde ideo te summotum crede:ut reiectis curis oībus deū solum cogitares. Quid de liberis:quid de patrimonio sperē nescio? respōdeo. Et patrimoniū domīos inueniet:& liberis sua sors erit. Nam a terreno patre desertos:ī suam curam cælestis pater accipiet: nō relicturus ut tu. neq; orphanos facturus. Ille eos nutriet & docebit a iuuentute eorum: modo dociles se præbeāt:& usq; in senectam & senium usq; ad mortem & sepulchrum non destituet. Spes nascentis hoīs deus non genitor:q̄is diues:q̄is ille rex:non est ædificandum in arena:sed in petra. Omnis spes

de homine breuis & caduca eſt,filii igitur tua ſpe deluſi:ponant ī deo ſpem ſuam.& cantent cum Da-
uid.Pater meus & mater mea deriliquerunt me:dominus autem aſſumpſit me.Multorum īdolem fi-
liorum & uirtutum ſæmen mentibus inſitum:parētum blāditiæ extiterunt:ſicut ex aduerſo molicīe
ſæpe excuſſit orbitas ac paupertas.Quid agat uxor poſt me amātiſſima neſcio,reſpōdeo.Tuo iugo ab
ſoluta uel ſubibit:uel libera ceruice uagabitur:quid ad te? Quid cū te uaſerit actura ſit cogitas?cū ti-
bi ſubiecta quid egerit neſcias.Magna pars mortaliū quid domi ſuæ fiat neſcia:quid ī cælis agitur:qd
ue in terris agendum ſit quærit.Sine quid deinceps agat uxor ipſa:eadem uel maritus alter uiderit:ad
A te amplius cura illa nō pertinet.Quid de me poſt facta dicent homines?reſpōdeo.Intempeſtiua ſollici
tudo hoc a iuuentute ,puiſum eē debuit.qualis fere uita hominū talis ē fama. Sic habeto: qualis quiſ-
que dignus ſit fama poſt mortē:nulla re melius q̄ morte cenſeri.Quippe cum multos per omnem ui
B tam inglorios & obſcuros ſola(dictu mirabile)mors illuſtret. Doleo.Nati quos optabam ſperabamq;
ſuperſtites præceſſerunt,reſpondeo. Habes ad quos ire cupias:non a quibus doleas abire non exiguū
C ſolam dubitari autem nequit:quomodo multi fælicius obituri fuerint:ſi ſine filiis obiiſſent. Doleo;
Inſepultus ero turpis aſpectu,reſpondeo.Parum ne oro negocii tui habes:ni ſuſcipias alienū. prouide-
ant quos res tangit,hanc tu enim turpitudinem non uidebis. Et hæc de remediis aduerſæ fortunæ.
Sequuntur proſperæ eiuſdem.

Franciſci Petrarchæ:de proſpera fortuna remedia.

D Audeo ætas florida eſt & multum ſupereſt uitæ. Reſpōdeo.En prima mortaliū ſpes: quæ
multa hominum milia & fefellit & fallet.Inane gaudium:& breue:flos iſte dum loquimur
E areſcit.Gaudeo.Forma corporis elegantiſſima ē.Reſpondeo.Fragili niteris fundamento.
Corpus ipſum umbræ in moré præterit:& tu momentaneū corporis accidens tibi manſu
rum ſpondes.Reuere quærūt accidentia ſtante ſubiecto:nequeunt illo ruente nō ruere. Tuum igitur
breue caducūq; donū:inane gaudiū ſine īuidia tibi habeto.habes tu formoſe hoſté tuū domi:quodq;
eſt peius delectabilem ac blandum habes raptoré quietis & temporis:perpetuūq; tortorem.habens &
materiam laboris huberrimā,habes uelū oculis:laqueū pedibus:aliis uiſcū. haud facile ſeu uera diſcer
nere:ſeu ueritatem ſequi poteris:ſeu in altū euolare aio,multos enim ad honeſta pergentes forma de-
tinuit:detorſitq; cōtrariam in partem,habes poſtremo diſcriminū cām,fométa libidinum: nec mino
rem quærendi odii q̄ amoris aditū,fies mulierculis forſan amabilis:odioſus uiris:aut forte ſuſpectus:
quoniam nulla re magis q̄ forma corporea cōiugalis zelus accenditur.Nulla aūt res ardentius appeti
tur q̄ forma,nulla animū mouere potentior:atq; ideo nulla ſuſpectior.O quot delectabilius abſtinét
formoſi iuuenes:quot ſuſcipiunt labores,quanta ſibi inferunt ſupplicia:ut formoſiores non ſint qui-
dem:ſed appareant.quāti ſit forma uiui hominis mors oſtendit,nec mors ſola:ſed ſenectus & pauco-
rum ſpacium annorum:īmo uel unius lucis repétina febricula.Poſtremo ut nihil extremum incidat:
per ſe ſæpe ſtando durandoq; conſumit:& in nihilum redit.Neq; tantū gaudii ueniens tulit: quantū
fugiens fert doloris.Veris ergo ac manſuris bonis delectari conuenit:nō falſis ac labentibus. Si id ef-
ficis:ut uirtus animi corporis formæ iuncta ſit:tum demū undiq; fortunatus eris:formaq; clarior ui-
debitur:& uirtus gratior. Quare nō mihi uiſus eſt errare Virgil,qui ait. Gratior eſt pulchro ueniens
F e corpore uirtus.Gaudeo. Valetudo corpori,bona eſt.Reſpondeo.Bene utere:alioquin leue bonum.
G Multis periculoſa & peſtilens ſanitas fuit qui tutius ægrotaſſet.Gaudeo.Ancipiti ægritudine abſolu-
tus ſum.Reſpondeo.Creditorē habes infallibilem:dilata ſolutionis dies eſt:ſed nō caſſa,habes ægro-
tari iterū & mori:& ſomnus:& uigilia: & labor: & requies: & morbus: & ſanitas æqui ſunt gradus ad
H morté.Gaudeo. Vaſtum & prævalidum corpus eſt.reſpōdeo. Nemo milone robuſtior:clariores mul
ti. Taurina ē gloria, præſtantiſſima rerum uirtus mole corporea nō eget:in animis habitans. & certe
I uide nequid aggrediare uiriū fiducia quo imbecillis appareas.Gaudeo.Incredibilis mihi ꝓnicitas mo
do eſt.reſpondeo.Cum oēs homines exceſſeris:lepuſculum non æquabis. Gaudeo.Ingenium magnū
K eſt.reſpondeo. Bonum cupio & modeſtū:magnitudo ſola ſuſpecta eſt. Sæpe magnū ingeniū magno-
L rum initium malorum fuit.raro enim magni errores niſi ex magnis īgeniis prodiere.Gaudeo memo
ria prompta eſt.reſpondeo.Malem uoluntas prona caſtūq; deſiderium & honeſta cōſilia & actus ino
cui & uita probri neſcia.Nam ſi tibi memoria multaꝝ rerum eſt:multis in rebus pauca delectāt: plu-
rima cruciant:& ſæpe delectabiliū mœſta recordatio eſt. Et ſi apud te tenax eſt memoria:ſatis erit ſi
cæleſtium præceptorum quæ tā pauca ſunt numero,ſi dei unius:ſi tuimet apud te recordatio habea-
M tur.Gaudeo.Sapiens ſum,reſpondeo.Crede autem nunq̄ ſi uerus eſſes hoc diceres. Sapiens enim quā
tum ē quod ſibi deſit intelligit.non gloriatur itaq;:ſed ſuſpirat. Credere ſe ſapiēté primus ad ſtultitiā
gradus eſt:ꝓximus cōfiteri.Nec moueris ſi uulgo ſapiēs dicaris. uulgus enim īſanos ſapientes dicere:
& ſapientes inſanos iure ſuo didicit,quod ē ut falſa ꝓ ueris & uera pro falſis habeat. Nihil é a ueritate
N remotius q̄ uulgaris opinio.De uera religione mihi placeo,reſpondeo. Placere ſibi ſuperbiæ eſt. hæc
autem uera religio eſt:quæ te deo & deum tibi religat.humilitaté piis mentibus inſerit. inſolentiā ex
tirpat.Sit tibi ergo gaudere permiſſum ut quanto lætior quātoq; religioſior:tāto ſis humilior:& opi-
bus bonis affluentior,illi gratiā agens qui tibi ex hac mortalitate rectum iter oſtēdit ad æternā uitā.
O Gaudeo.Quiſquis ego ſim opinio hominum de me bona eſt,reſpondeo.Opinio ré nō mutat.Opinio
nomen eſt rei ambiguæ,certiſſima res eſt uirtus.Si bonum te communis habet opinio:quid ſi malus

nõ dictũ sit prius.An ita me cõparé nõ ppeti meretricũ cõtumelias.Siqdẽ hercle possis nihil prius neque fortius.Eludet ubi te uictũ senserit.Proinde tu dum tps é etiam atq; ét cogita. Quæ res.s.amor ĩ bb
se neq; consiliũ neq; modũ habet ullũ hanc cõsilio regere nõ potes. In amore hæc oĩa insunt. ĩduciæ. bellum.pax rursum.Incerta hæc si postulas rõe certa facere nihilo plus agas q̃ si des operá ut cũ ratiõe insanias.Hæc uerba una falsa lachrimula quá oculos terédo misere uix ui expresserit restinguet & te cc
ultro accusabis & dabis ei ultro supplicium.O indignum facinus.Te redimas captum quãti queas.mi dd
nimo:si nequeas paululo at quãti queas.& ne te afflictes:Ecca ipsa egreditur nr̃i fundi calamitas.Nam quod nos capere oportet:hæc ĩtercipit.Vereor ne illud g:auius tulerit.neue aliorsum atq; ego feci ac- ee
ceperit.Totus tremo horreoq; postq̃ aspexi hanc.Bono animo sis:accede ad ignem hunc iam calesces plus satis.Quid hic stabas?cur non recta introibas?De exclusione uerbum nullum. Hæ mihi patét fores.sum apud te primus.Vtinam esset mihi pars æqua amoris tecum.Ne crucia te obsecro animæ mi. Ita ut res erat faciundum fuit.Huc qua gratia te accersi iussi ausculta.Hac lege tibi meam astringo fidem.Plenus rimarum sum hac atq; illac perfluo.sine me peruenire quæ uolo.Tute scis q̃intimum habeo te.& mea consilia ut tibi credam omnia.Imprudens harum rerum ignarusq; omnium. Ego quãtum suspicor ad uirginem animum adiecit.Sola sum.habeo hic neminem neq; amicum neq; cognatũ gg
quamobrem cupio aliquos parare amicos beneficio meo.id amabo adiuta ne quo fiat facilius.Tandẽ hh
perdoluit.Nempe omnia hæc uerba nunc huc redeunt.Num ubi meam benignitatẽ sensisti in te clau dier.Potius q̃ te inimicum habeam faciam ut iusseris.Vtinam ista uerba ex animo ac uere diceres: Si istuc crederem sincere dici:quiduis possé perpeti.Labascit uno uictus uerbo q̃cito.Sine te exoré. Morigerandum est.In hoc biduum uale.Volo dies noctesq; me ames.me desideres.me somnies.me expectes.de me cogites.me speres:me te oblectes:mecũ tota sis.meus fac sis postremo animus:quando ego A
sum tuus.Hi mi forsitan paruam habet fidem:atq; ex aliorum animis nunc me iudicat. Ne istuc tam iniquo patiare animo. Munus nostrum ornato uerbis quoad poteris. Ego rus ibo atq; ibi manebo. B
Eiciunda hercle hæc est mollicies animi.Mihi indulgeo nimis.Stat sententia.Dii boni quid morbi é: C
adeon homines immutarier ex amore:ut non cognoscas eundem esse.Dii immortales homini homo quid præstat?stulto intelligens quid interest.Conueni hodie hominem.sentum squalidum ægrũ pannis.annisq; obsitum.Quo redactus sum:omnes noti me atq; amici deserunt.Simul consilium cum re D
amisisti.Omnia habeo;nec quicq̃ habeo:nihil cum est:nihil desit mihi tamen.Hoc nouum est aucupi E
um.Est genus hominum qui se primos esse omnium rerum uolunt nec sunt:hos cõsector:simul quic quid dicant laudo rursum si negant laudo id quoq;:negat quis nego:ait aio.postremo imperaui egomet mihi omnia assentari:is quæstus nũc est multo huberrimus.Scitum hercle hominem. Hic hoíes prorsus ex stultis insanos facit.Ocium & cibus quid facit alienus?Hic homíes frigent. Nebuloné hũc F
certum é eludere.Plurima salute parmenonem summum suum imptit gnato.Vro hominé. Vt falsus G
animo es.Omnium rerum uicissitudo est.Sine biduum hoc prætereat.Mihi nunc uno digitulo fores H
aperis fortunatus.ne tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.Nescio quid circunspectat.Illã econ I
spectu emisi meo.O faciem pulchram deleo omnes dehinc mulieres ex animo:tedet me quottidianarum harum formarum.Nescio hercle ego:neq; unde eam?neq; quorsum eam? ita ꝓrsus sum oblitus K
mei.Vtilitatem in ea re ego faciam:ut cognoscas meam.Digna res est:ubi tu neruos intẽdas tuos.Haud similis é uirgo uirginum nostrarum.Noua figura oris:color uerus: corpus solidum & succiplenũ: anni sedecim:ac flos ipse.Mecum stomachabar modo:neq; quenq̃ hominem arbitror esse. cui magis L
bonæ fælicitates omnes aduersæ sint.Homo incuruus tremulus.labiis dimissus. gemens. Conclamatum est.Duras partes fratris prædicas.Faciam sedulo:ac dabo operam.Aderit una in unis ædibus: cibum nonnunq̃ capiet cum ea.Dixti pulchre nunq̃ uidi melius consilium dari.Garris.Intelligo.Non é profecto.Istæc in me cudetur faba.Aetas itidem fallam ut ab eis fallimur. Verum uide ne post conferas in me culpam.Dii uortant bene.Serio triumphat:non tam ipso quidem dono q̃ abs te datum est. M
Labore alieno magnam partam gloriam:uerbis sæpe in se transmouet:qui habet salem qui in te é.Regem elegantem narras.Homo est perpaucorum hominum.Lepus tute es & pulpamentum quæris.Facete.lepide:laute ut nihil supra.Effertur imprimis hoc prouerbium.Par pari referto uerbum quod eã mordeat.Mihi istuc in mentem nõ uenerat.Quod principium orationi dedit adueniens. Perpulchra credo dona haud nostris similia. Res indicabit.Fac periculũ in litteris:fac in palestris:in musicis: quæ liberum scire æquum est:adolescentem solertẽ dabo.Quem ego esse infra homines puto infimos omnes.Non conuenit una ire cum amica imperatorem in uia. Quid tibi ego multa dicã: domini similis N
es.Abi præcurre ut sint domi parata.Hoc sperat se posse a me euellere.O capitulum lepidissimũ. Ruseo.Malam in rem hinc abi.Nũc mihi hoc negociũ cæteri dedere:ut illum quærã:ibo ad eum uisam si domi é.Nequeo satis mirari:neq; cõiicere.Lubet prius qd sit scisciteri.Quid gestio?aut qd lætus sum O festus dies hominis.Nemo est omnium quem ego nũc magis cuperem uidere q̃ te. Noscis q̃ elegãs

O ſpectator formarum ſim. Quid ex ea re tandē caperes cōmodi? Num parua cauſa ē? aut parua rō? Con
ſimilem luſerat iam olim ille ludū. Dū hæc mecū reputo, tēpla cæli ſumma ſonitu cōcutit. Os tuū im
pudens uidere nimiū uellē: quis eſſet ſtatus: flabellū tenere te aſinū tantum Perſtrepūt (ita ut fit) domi
ni ubi abſunt. Somnus uirginem opprimit. An ego mihi occaſionē oſtentatam: tam breuē: tā optatā:
P tam inſperatā amitterē? Id faciebat retinendi illius cauſa. Ad eam rem tēpus non erat. Sibi putabat ad
Q ductum ante oculos æmulum. Tendebat inde ad iurgium. Vt primū potuerit ſe illinc ſubducet ſcio.
Dum rus eo: cœpi egomet mecum inter uias: ita ut fit: ubi quid in animo eſt moleſtiæ: aliā rem ex alia
re cogitare & omnia in peiorem partem. Nunc ſi detur mihi: ut ego unguibus facile ī oculos inuolue
R uenefico. Neſcio quid profecto abſente me turbatum eſt domi. Abi hinc quo dignus es cū donis tuis
S tāillepidis. Quid iſtuc eſt rei? Vtinam ſic ſint qui male mihi uolunt. Obſecro tā nefandū facinus tu ne
audiſti quidem? Exi foras ſceleſte. O illud uide os ut ſibi diſtorſit carnifex. Varia ueſte exornatus fuit:
T nunc tibi uidetur fædus quia illam non habet. Eſt uetus, uietus, ueternoſus, ſenex, calore muſtellino.
V Hem quæ hæc ē fabula: eo redigis me ut qd egerim egomet neſciam. O ſceleſtū atq; audacem homi-
X nem. Etiam nunc credis indignis nos eſſe irriſas modis. Poſſum ne ego hodie ex te exculpere uerum.
Y Parmenonis tam ſcio eſſe hanc tegnam: q̄ me uiuere. Tu pol ſi ſapit: quod ſcias neſcis. Hac re & te om-
Z ni turba euolues: & illi gratū feceris. Data mihi hercle uerba ſunt. Vicit me uinum quod ego bibi. Ne-
aa que pes neq; mēs ſatis ſuum officium facit. Sine cerere & libero friget uenus. Iamdudum ætate lites ſa
bb ctæ ſunt inter nos maximæ. Miror ubi ego huic anteuerterim. Credo equidem illum iam affaturum
cc eſſe. Si illam digito attigerit uno: illico oculi effodientur. Vſq; adeo ego illius ferre poſſum ineptias: &
dd magnifica uerba? uerba dum ſint: uerum enim dum ſi ad rem conferentur uapulabitur. Ad te attinet
hæc omnis res. Educta eſt ita ut teq; illaq; dignum eſt. Nec expecto pro illa abs te quicquam precii.
Nemo eſt hominum qui metuat minus: atq; ita opus eſt. Hoc cogitato qui cum res tibi eſt. Eſt minus
ee potens q̄ tu: minus notus, minus amicorum hic habens. Tu quod cauere poſſis ſtultum eſt admittere.
ff Opus eſt patrono quem defenſorem paro. Hanccine ego ut contumeliam tam inſignem in me accipi-
am gnato: mori me ſatius ē. Sequimini me primum ædes expugnabo: uirginem eripiam: male mulcta-
bo ipſam. Vbi centurio eſt? manipulus furum. Ego ne imperatoris uirtutem noueram: & uim militū?
ſine ſanguine hoc non poſſe fieri. Ego hic uero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo. Illuc eſt ſa-
gg pere ut hoſce inſtruxit ipſius ſibi loco cauit: tum ut pyrrhus factitauit. Quam mox irruamus. Omnia
hh conſilia prius experiri q̄ armis ſapientem decet. Nunq̄ accedo quin abs te abeam doctior. Faciam ut
huius loci dieiq; mei ſemper memineris. Miſeret tui me qui hunc tantum hominem facias inimicum
ii tibi. Diminuam ego caput tuum hodie: niſi abis. Os durum. Noui ego ingenium mulierū: nolunt ubi
tu uelis: ubi tu nolis cupiunt ultro. Num tu iſtuc aperte dicturus es quicquid eſt? Quem lupo commi
kk ſiſti. Diſpudet ſic mihi data eſſe uerba. Credin te impune abiturum. Vnam hanc noxam omitte: ſi ali-
am admiſero unq̄ occidito. Non meam ſcæuicia ueritus es. Vix me contineo: quin inuolue in capillū.
Miſa hæc faciamus. Nam ſi ego dignus ſum hac contumelia maxime: at tu indignus qui faceres mihi.
ll Neq; quid nunc conſilii capiam. Nunc dehinc ſpero æternam iter nos gratiam fore. Sæpe ex huiuſmo
mm di re quapiam: & ex malo principio magna familiaritas conflata eſt. Ego in eam partem accipio: Vnū
nn hoc ſcito contumeliæ non me feciſſe cauſa ſed amoris. Non adeo inhumano ingenio ſum neq; tam i-
oo peritus ut quid amor ualeat neſciam: Ab iſto cherea tibi cauendum intelligo. Nunc ego in hac re mi-
pp hi oro ue adiutor ſis. Ego me commendo tuæ & committo fidei & mihi patronum te cupio. Vis ne i-
terea dum is uenit domi operiamur potius q̄ hic ante hoſtium? Quā tu rem acturus obſecro es? Cre-
de hoc meæ fidei. Moue te ocius. Nihil promoues. Spero me habere qui hunc meo excruciem modo.
Reuiſo quidnam cherea hic rerum gerit. Quantam & quamueram laudem capiet parmeno. Ea confe
qq ci ſine moleſtia ut potiretur: ſine ſumptu: ſine diſpendio. Hoc ego mihi reputo palmarium me reperiſ
ſe: quomodo adoleſcentulus meretricum ingenia: & mores poſſet noſcere mature: & cum cognouerit
perpetuo meretrices oderit, quæ dum foris ſunt uidetur nihil mundius: nec magis compoſitum quic-
q̄: nec magis elegans: quæ cum amatore ſuo cum cœnant liguriunt, harum uidere ingluiem, ſordes, in
opiam, q̄ inhoneſte ſolæ ſint domi, atq; auidæ cibi: quo pacto ex iure extermo panem atrum uorent:
noſce omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis. Ego pol te pro iſtis factis & dictis ulciſcar ſcelus: ut ne impu
ne ī nos illuſeris. Colligauit primo eū miſeris nodis. An nō tibi hoc maximū ē? Dicā & ſi mihi magnū
A malū ſcio ꝑatū. Neceſſe ē huic ut ſubueniā. Tu iſti narrato ordine oē ut factū ē. Ex meo ꝑpinquo ru-
re hoc capio cōmodi neq; agri neq; urbis odiū me unq̄ ꝑcipit, ubi ſacietas cæpit fieri cōmuto locum.
Saluū te aduenisſe here gaudeo. Quē ꝑſtolare? Lingua hæret metu. Quid tu trepidas? Hoc primū ar-
D bitrari id qd res ē uelis: qcquid huius ē factū: culpa nō factū eſt mea. Oportui rē prænarraſſe me. Ve-
nit aliud ex alio malū. Ne me ſpectes: me ipulſore hoc nō facit. Omitte de te dicere. Iſtud quicquid eſt
primum expedi. Audaciam meretricem ſpecta. Nunquid eſt aliud mali damniue: quod non diſſeris re
E liquum? non dubium eſt quin mihi magnū malum ex hac re ſit. Nunq̄ pol hominem ſtultiorem uidi,
F nec uidebo. Non poteſt narrari quos ludos præbuerit intus. Callidum & diſertum credidi hominem.
Quid illi credis animi tum fuiſſe? Ita ne lepidum tibi uiſum eſt ſcelus nos irridere? Nullus ſum. Qua
G ſpe, quo conſilio huc imus? Thaidi medenda: & faciam quod iubeat. O populares: & quis me uiuit ho-
die fortunatior? nemo hercle quiſq̄. Nam in me plane dii poteſtatem omnem ſuā oſtēdere: cui tā ſubi

to tot contigerunt commoda.O parmeno mi:o mearum uoluptatum omnium inuentor.perfector.i ceptor.scis ne in quibus sim gaudiis?Fratri meo gaudeo esse amorem omnem in tranquillo. Quid cō memorem primum:aut laudem maxime?illum qui dedit mihi cōsiliū ut facerē: an me qui ausus sum incipere:an fortunam collaudem quæ gubernatrix fuit.quæ tot res:tantas:oportunæ ī unum conclu sit diem?an mei patris festiuitatem & facilitatem?O iupiter serua obsecro hæc bona nobis. Dii nostrā fidem:incredibilia sunt ꝓmeno modo quæ narrauit.Quanto minus spei est:tanto magis amo.Perfice hoc precibus.precio:ut hæream in parte aliqua tandem apud thaidem.siquidem si tibi collibuit est fa cile.Hoc si effeceris:quod uis donum a me & præmium optato id optatum feres. Si efficio:hoc postu lo.ut mihi tua domus te præsente & absente pateat inuocato.& ut sit locus sp.Do fidem ita futurum. Cur in his ego te conspicio.regionibus?Edico tibi:si te in platea offendero hac post unq̄ peristi. Non cognosco genus uestrum tam superbum.Prius audite me paucis:quod cum dixero si placuerit facito te.Fatuus est insulsus.tardus.stertit noctesq̄ dies.Vnum etiam uos oro:ut me in uestrum gregem reci piatis.Satis diu iam hoc saxum uoluo.Isti te ignorabant:sed postq̄ eis ostendi mores tuos & collauda ui:secundum facta & uirtutes tuas impetraui.Bene feci‹sti gratiam habeo maximam. Nunq̄ etiam fui usq̄ quin me omnes amarint plurimum.Dixin ego uobis in hoc esse aticam eloquentiam. Nihil prætermissum est. Vos ualete & plaudite.Hæc ex Eunuco.

Ex Heautontumerumenon Terentii elegantiæ & autoritates.

E cui uestrum sit mirum:cur partes seni mihi poeta dederit quæ sunt adolescētium: id pri mum dicam: deinde ueni quid eloquar. Nunc q̄obrem has partes didicerim paucis dabo. Id esse factum hic nō negat.Arbitrium uestrum:& uestra existimatio ualebit. Causam hāc iustam esse:aīm inducite uestrum:ut aliqua pars laboris minuatur mihi.Experimi in utrā que partem:ingeniū quid possit meum. Exemplum statuite in me.Virtus tua me inducit:uicinitasq̄: quam ego in proxima parte amicitiæ puto facit:ut te audacter moneam:& consulem familiariter. An nos sexaginta nactus es:aut plus eo ut coniicio:& tamen nullum remittis tempus laboris:neq̄ te respi cis.Tantum ne ab re tua est ocii tibi:aliena ut cures:eaq̄ quæ nihil ad te attinent?homo sum humani nihil alienum puto.Sic est mihi usus:tibi ut opus est facto face.An cuiq̄ est usus homini ut se cruciet? de te tantum meruisti?Ne lachrima:atq̄ istuc quicquid est:Fac me ut sciam:ne retice: ne uerere crede inquam mihi aut consolando.Aut consilio.Aut re adiuuabo te.Sine me:uacuum tempus ne quod dē mihi laboris.Ah æquum non facis.Sic meritum est meum.Hæc clam me omnia fecit.Vbi rem sciui cæpi non humaniter:neq̄ ut animum decuit ægrotum adolescētuli tractare:& uia peruulgata patrū quottidie accusabam.Erras si credis & me ignoras.Ego te meum tātisper dici esse uolo.dum quod te dignum est facies:sed si id non facis.ego quod me in te dignum sit facere ĩuenero.Adeo res ad id redi it.Clam me est profectus:menses tres abest.Ambo accusandi. Animi est prudentis signum: & non in strennui.Pro se quisq̄ sedulo faciebat:ut illam mihi lenirent miseriam.Illa ætas magis ad hæc utenda idonea est.Inscripsi ilico ædes.Nec fas est ulla me uoluptate hic frui.Ingenio te esse in liberos leni pu to:& illum obsequentem. Verum neq̄ tu illum satis noueras:neq̄ ille te.Spero illum tibi saluum esse affuturum prope diem.Commodum si est:dionysia hic sunt hodie:apud me sis uolo.Quæso tandem aliquantulum pati parce.Idē absens facere te hoc uult filius.Lachrimas excussit mihi miseret me eius. Quid crepuerunt fores?quisnam egreditur?Solicitudinem istam falsam:quæ te excruciat mittas. Ad uenientem e naui egrediētem ilico adduxi ad cœnā:nam mihi magna cū eo iam indiesq̄ a pueritia fu it familiaritas. Volutatem magnam nuntias.Hanc lætitiam nec opinanti:primus obiiciam ei:atq̄ eti am nunc tempus est. Quid reliqui est quin habeat:quæ quidem esse in homine dicuntur bona: paren tes:patriam incolumē.amicos:genus.cognatos.diuitias.atq̄ hæc proinde sunt:ut illius animus est qui ea possidet:qui uti scit ei bona sunt:ei qui non recte utitur mala.In metu esse hūc illi est utile. Quem ferret si patrem non ferret suum?Hoc scitum est:periculum ex aliis facere:tibi quod ex usu sit.Quam iniqui sunt patres in omnes adolescentes iudices qui æquum esse censent:nos iam a pueris illico nasci senes:neq̄ illarum esse affines rerum quas fert adolescentia:ex sua libidine moderantur nos:nunc q̄ ē: non quæ olim fuit:mihi unq̄ si filius erit:nonne ille facillime me utetur patre? Nam & cognoscēdi & ignoscendi dabitur peccatis locus.Haud scit quam mihi nūc surdo narrat fabulam. Is suarum rerum satagit. Nihil esse mihi religio ē dicere.Si mihi secundæ res de amore meo essent:iādudum scio uenis sent internuntii.Concurrunt multæ opiniones quæ mihi animum exaugeant:occasio.locus. ætas. Ei nihil iam præter præcium est dulce.Nescio quid profecto mihi animus præsagit mali. Nostin mores mulierum:dum moliuntur:dum conantur annus est.Abi tu illis obuiam propera:quid stas? Ve misē ro mihi:quāta de spe decidi.Quæ res te solicitat?Nūc demū ītelligo.Edes nostræ uix capient scio: qd comedēt?qd bibēt?O iupiter ubinā ē fides.Ego ꝓpter te errās mea patria careo demēs.Nemo est mi serior me.Hic de nostris uerbis errat.Nā & uita est eadē:& animus erga te idē ac fuit.Quottidianæ ui tæ cōsuetudo cuiusq̄ ingenium ut est declarat maxime.Obsecro ne me in lætitiam frustra coniicias. Magnum est hoc signum dominam esse extra noxum:cum eius tam negliguntur ĩternuntii. Caue ne falsam gratiam studeas inire.Quid ait ubi me nominas.Præ gaudio(ita me dii ament)ubi sum nescio. Non fit sine periculo facinus magnum & memorabile. Mitte ista atque ad rem redi. Vis amari: uis potiri:tuum esse in potiendo periculum nō uis:haud stulte sapis.Si quidem id sapere est:uelle te id

H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
Y
Z
aa
bb
cc
dd
ee
ff
gg
hh
ii
kk
ll
mm
nn
oo
pp

quod non poteſt contingere. Aut hæc cum illis ſunt habenda. Aut illa cum his ſunt amittenda. Oran
qq do iam ſurdas aures reddidiſti mihi. Longum eſt ſi tibi narrem quãobrem id faciam. Nihil ſatis firmi
uideo: quamobrem accipere hunc mihi expediat metum. Ademptum tibi iam faxo omnem metum ĩ
rr aurem utrãuis ocioſe ut dormias: Fruare dũ licet. Nam neſcias eius ſit põt poſthac. Et me & meũ amo
ſſ rem & famam permitto tibi. Tu es iudex: nequid accuſandus ſis uide. Ridiculum ẽ te iſtuc admoner:
Quaſi iſtic minor res mea agat᷑ q̃ tua: Hic ſiquid nobis aduerſi euenerit, tibi erunt parata uerba mihi
uerbera. Quapropter hæc res neutiq̃ neglectui ẽ mihi. In eum iam res rediit locum. In tempore ueni:
quod rerũ omnium eſt primum. Perdocta eſt probe. Vide nequid imprudens ruas. Patrem nouiſti ad
A has res q̃ ſit perſpicax. Quamcito ſunt conſecutæ mulieres. Abeas ſi ſapis. Te laudo: te fortunatum iu
dico id cum ſtuduiſti: iſti formæ ut mores conſimiles forent. Niſi perſpectum aliquid interea nobis ẽ:
deſerte uiuimus. Hoc beneficio utriq; ab utriſq; deuincimini: ut nunquam ulla amori ueſtro incidere
poſſit calamitas. Me ſcio ſemper quidem feciſſe ſedulo: ut ex illius incommodo: meum comparem cõ
modum. Tu me ſola reducem in patriam facis. Me miſerum non licere meo modo & ingenio frui. O
mi expectate clinia ſalue. Saluum aduenisſe te gaudeo. Vos dudum expectat ſenex. Luceſſit. Cur ceſſo
B pulſare hoſtium? Celem tam inſperatum gaudium? Nam quantum potero adiuuabo ſenem. Nos enĩ
C ſenes eſt æquum ſenibus obſequi. Diem adimere ægritudinem hominibus conſtat. Nuntium appor
to tibi: cuius maxime te fieri participem cupis. Valet atq; uiuit. Timet ne duricia tua illa antiqua etiã
D adaucta ſit. Peſſime in te conſulis: ſi tam leui animo atq; uicto eſſe oſtenderis. Satis iam ſatis durus pa
ter fui. Ah uæhemens in utranq; partem es nimis: aut largitate nimia, aut perſimonia: in eandem frau
E dem ex hac atq; ex illa incides. Pitiſſando modo mihi quid uini aſſumpſit. Vt me tuarum miſertum ẽ
miſerarum fortunarum. Faciat quod lubet, ſumat, conſumat, perdat decretum eſt pati, dum illum mo
do habeam mecum. Illud permagni referre arbitror. Conferunt conſilia adoleſcentes. Hui quam fene
F ſtram ad nequiciam patefeceris. Deteriores ſumus. Videris uerum atq; ita ut res eſt dicere. Somnũ ego
hac nocte oculis non uidi meis. Cedo manum dextram. Scin quid nunc te facere uolo? Sirus ẽ appræ
G hendendus atq; adhortandus mihi. Paululum hoc negocii mihi obſtat. Dii noſtram fidem: itan com
paratam eſſe hominum naturam omnium aliena ut melius uideant & iudicent q̃ ſua: an eo fit? quia ĩ
re noſtra aut gaudio ſumus præpediti nimio: aut ægritudine? hic mihi nunc quanto plus ſapit: q̃ ego-
H met mihi. Diſſolui me ocius operam ut tibi darem. Intendenda eſt in ſenem fallacia. Ille ſeruus tardiu
ſculus eſt: idcirco huic noſtro tradita eſt prouincia. Viſa eſt in te (quod dici ſolet) aquilæ ſenectus. Mu
lier commoda facta eſt: & quidem forma luculenta. Habet patrem quẽdam auidum, miſerum, atq; ari
dum. Tibi timui male. Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum ẽ. Iocon an ſerio illa dicat neſcio.
Ad ſenem aliquam fabricam fingit. Facile equidem facere poſſum ſi iubeas: & enim quo pacto id fieri
ſoleat calleo. Non eſt mentiri meum. Non uſus ueniat ſpero. Nunq̃ commodius nunc q̃ herum audi-
I ui loqui. Quiſnam a nobis egreditur foras? Quis iſtic mos eſt? ita ne fieri oportet? Acta hæc res eſt. Fa
cis adeo indigne iniuriam illi qui non abſtineas manum. Nam quidem iſtæc contumelia eſt: hominẽ
K amicum recipere ad te: atq; eius amicam ſubagitare. Heri in conuiuio q̃ immodeſtus fuiſti. Noui ego
L amantium animum: aduertunt grauiter quæ non cenſeas. Mihi fides apud hunc eſt. Multa fert libi-
M do: ea facere prohibet tua præſentia. Ego de me facio coniecturam. Nemo eſt meorum amicorum ho
die apud quem expromere omnia mea occulta audeam: apud alium prohibet dignitas: apud alium ip-
ſius facti piget: ne ineptus: ne proteruus uidear. Præcipio tibi hominis frugi & temperantis fungaris
officio. Neq; id iniuria quin mihi moleſtum. Vin tu homini ſtulto mihi auſcultare? Abi deambula-
N tum. Dii te eradicent Sire: qui me iſtinc extrudis. Mihi minus minuſq; obtemperat. Ex alio aliud inci-
dit. Optata loquere. Niſi me animus fallit: hic profecto eſt anulus quem ego ſuſpicor. Quid uult ſibi
O hæc oratio? Hic ego te interea operibor. Neſcio quid triſtis eſt: non temere eſt: metuo quid ſit. Ne iſte
P magno iam conatu: magnas nugas dixerit? Vis me iſtuc tibi: & ſi incredibile eſt credere: credo? Neſcio
quid peccati portat hæc purgatio? Mihi maximopere es interminatus. Tantam ne eſſe in animo inſci-
tiam decet? Si peccaui mihi Chreme feci inſciens. Tot peccata in hac re oſtendis. Quambene uero abs
Q te proſpectum eſt. Satis eſt dum uiuat modo. Quid cum iſtis agas? qui neq; ius neq; bonum: ac æquũ
R ſciunt: melius peius: profit ne: an obſit? nihil uident niſi quod lubet. Peccaui fateor nunc te obſecro:
quanto tuus eſt animus grauior natu: tanto ſit & ignoſcentior ut meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid
S præſidii. Plus ſpei uideo q̃ uolo. Vt præter ſpem euenit. Quantimui male: ne nunc animo eſſes duro.
T Non licet hominem eſſe ſæpe ita ut uult: ſi res non ſinit. Niſi me animus fallit: haud multũ a me abie-
rit infortunium: ita in anguſtum oppido nunc meæ coguntur copiæ. Crucior tantum bolum mihi eẽ
ereptum tam ſubito e faucibus meis. Quid agam aut quid comminiſcar: ratio de integro ineunda eſt
mihi. Nihil tam difficile eſt quin quærendo inueſtigari poſſit. Iſtud tibi ex ſententia tua obtigiſſe læ-
V tor. Cui æq; audiſti commodius quicq̃ euenire? Ego nunc non tã meapte cauſa lætor: q̃ illius. Te ſcio
honore quouis dignũ. Da te mihi uiciſſim. Amici quoq; res eſt uidẽda: in tuto ut colloceť. Fere deo-
X uitam adepti ſumus. Fruſtra operã opinor ſumo hãc. Quo ore appellabo patrem. Quid dicam? quam
Y cauſam afferam? Recta uia narrat ordine omnem. Tu quidem illum prodis plane: Huic equidẽ cõſilio
Z palmãdo. Tu fortaſſe de me qd fiat paruicuras: dũ illi cõſulas. Quid ſi nũc cælũ ruat. Tergo pœnas pẽ
det. Satis ſcite ꝓmittit tibi. Argẽtũ cudo qd̃ tibi dẽ. Dignũ me putas qué illudas? Ne ille haud ſcit: hoc

paululum lucri quantum ei damni apportet? Tu neſcis id quod ſcis: ſi ſapies. Ita medii ament: ut nunc aa
menedemi uice miſeret me: tantum aduenisſe ad eum mali. Te mihi ipſum iamdudum optabam dari.
Gloriari eueniſſe ex ſententia. Verum eſt illud quod dicunt: ius ſummum ſæpe ſumma malitia eſt. Ali bb
is ſi licet, tibi non licet. Nulla eſt tam facilis res quin difficilis ſit: quam inuitam facias. I tu hinc quo di
gnus es: qa pene tua me ꝑdidit ꝑteruitas. Bono animo ſis. Ludis fortaſſe me. Ipſa re experiebere. Quid cc
ſtas lapis? Quã multa iniuſta ac praua fiunt moribus. Multo oĩum nũc me fortunatiſſimũ factũ puto dd
eſſe gnate: cũ te intelligo reſipiſſe. Serua (quod in te eſt) filiũ & me & familiã. Quæſo quid hominis es?
An ne oblitus es? iter nos qd ſit dictũ. Quanta de ſpe decidi? Vah fruſtra igit ſum gauiſus miſer. Ne ꝑ-
pediem (ut iſtã rẽ uideo) iſtius obſaturabere? Ego domi ero ſiqd me uoles. Te ſciente faciã qcquid ege
ro? Ego me nõ tam aſturũ: neqꝫ ita ſpicacẽ eſſe id certe ſcio. Caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. Exupe- ee
rat eius aſtutia oĩa. Iam deſine deos cõgratulando obtũdere. Nihil credis intelligere niſi idẽ dictũ ſit cẽ
ties. Vultus quoqꝫ hoĩum fingit ſcelus. Magis ſi magis noris putas rẽ ita eſſe. Te miror q alia tam pla- ff
ne ſcias: & iſta ignoras. An dubiũ id tibi eſt quenq̃ aĩo tam comi eſſe & leui putas: q ſe uidẽte amicam
patiat corrũpi ſuã. Præ iracũdia nõ ſum apud me. Nõne hoc flagiciũ ẽ: te aliis cõſilium dare: foris ſape
re, tibi nõ poſſe te auxiliarier? Fac ut audeat tibi credere: oĩa abs te petere & poſcere. Quot incõmoda gg
tibi in hac re capies: niſi caues. Ita dictu opus ẽ: ſi me uis ſaluũ eſſe. Id emirari te ſimulato. Hic ita ut li- hh
beros ẽ equũ dictis confutabitur. Ego ſi uiuo adeo exornatũ dabo: adeo depectũ: uſqꝫ dum uiuat: me- ii
minerit ſemp: qui ſibi me ꝑ ridiculo: ac delectamẽto putet. Nõ (ita me dii amẽt) auderer facer hæc uni
uiduæ mulieri: q in me fecit. Ita ne tãdẽ q̃ſo ẽ menedeme: ut pater tã ĩ breui ſpacio oẽm de me eiecerit kk
animũ patris, qdnã ob facinus, qd ego tantũ ſceleris admiſi miſer: uulgo hoc faciũt adoleſcẽtes. Scio ti ll
bi eſſe hoc grauius multo ac durius cui fit, ueꝫ ego haud minus ægrepatior id: qui neſcio, nec rõnem
capio niſi qꝑ tibi ex aĩo bene uolo. Quicquid huius feci: tibi ꝑſpexi & ſtultitiæ tuæ, ubi te uidi eſſe aĩo
omiſſo: neqꝫ cõſulere ĩ longitudinẽ. Quãtas turbas cõciui inſciẽs Emori cupio. Prius quæſo diſce qd mm
ſit uiuere, ubi ſcies: ſi diſplicebit uita: tũ iſtæc utitor. Nec tu arã tibi: neqꝫ ꝓcatorẽ paras. Irrides me ĩ re nn
tãta: neqꝫ me quicq̃ cõſilio adiuuas. Nõ aberit longus. Ego dicã qd mihi ĩ mente ẽ: tu diiudica. An tu oo
ob peccatũ hoc eſſe illũ iratũ putas? Matres oẽs filiis in peccato adiutrices: auxilio ĩ paterna iniuria ſo pp
lent eſſe. Rem ꝑfer palam. Sat recte hoc mihi ĩ mentẽ uenit. Adoleſcẽs qui in minima ſpe ſitus erat: tã
facillime patris pacẽ ĩ leges cõficiat ſuas. Seni noſtro fidei nil habeo. Profecto niſi caues, aliquid gnato
cõficiet mali. Quõ tã ineptũ qcquã tibi uenire ĩ mentẽ mi uir potuerit? Oh iniquus es qui me tacere
de re tãta poſtules. Iſtuc noſtris inimicis ſit. Tu ſimilis ẽ ꝑbe. Si unq̃ ullum fuit tẽpus: cũ ego uolupta- A
ti tibi fuerim: obſecro eius ut memineris. Inopis nunc te miſereſcat mei. Obſecro te ne iſtuc ĩ aĩum in- B
ducas tuũ. Caue poſt hac ſi me amas: nunq̃ iſtuc uerbũ ex te audiã. Si me metuis mores caue in te eſſe
iſtos. Nõ ſunt hæc parẽtis dicta: Nõ patiar flagiciis tuis me ĩfamẽ fieri. Pudet dicere hac præſente uer
bum turpe. Quã ego nũc totus diſpliceo mihi: pudet: neqꝫ qꝑ principiũ ĩcipiã ad placãdũ ſcio. Enimue C
ro Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcẽtulũ: nimiſqꝫ ĩhumanæ. Da ueniã chremes: ſine te exorẽ. D
Hæc dum ĩcipias grauia ſunt: dũqꝫ ignores: ubi cognoris facilia. Ruffam ne illam uirginẽ dabis, ceſiã. E
ſparſo ore, adunco naſo non poſſum pater. Siro ignoſcas uolo: quæ mea cauſa fecit. Hæc ex heauton-
timeromenon. Sequuntur ex Adelphe.

Ex Adelphe Terentii elegantiæ incipiunt.

Vod illi maledictum uæhemens eſſe exiſtimant: eam laudem hic ducit maximã. Profecto F
hoc uere dicunt homines. Si abſis uſpiã: ut ſi ubi ceſſes: euenire ea ſatius eſſe quæ ĩ te uxor
dicit: & q̃ in animo cogitat irata: q̃ illa q̃ parentes propicii: uxor ſi ceſſas: aut te amare cogi
tat: aut te amari: aut potare: aut animo obſequi: & tibi bene eẽ ſoli: cũ ſibi ſit male: Ego qa-
non redit filius: quæ cogito? & quibus nunc ſolicitor rebus? ne aut ille alſerit: aut uſpiam ceciderit aut
perfregerit aliquid. Vah quẽquã ne decet hoĩem iſtituere in animo aut parare: qꝑ ſi carius q̃ ipſe ẽ ſibi. G
Ego iam inde ab adoleſcentia hanc clæmentem uitam urbanam: atqꝫ ocium ſectatus ſum: & qꝑ iſti for
tunatum putant uxorem nunq̃ habui: Nam qui mentiri aut fallere inſuerit patrem: aut audebit: tãto H
magis audebit cæteros. Pudore & libertate libero retinere ſatius eſſe credo q̃ metu. Hæc fratri mecũ I
non conueniunt: neqꝫ placent. Nimium ipſe durus eſt præter æquum & bonum. Errat quidem longe K
mea ſententia: qui imperiũ credat grauius eſſe aut ſtabilius: ui qꝑ fit: q̃ illud qꝑ amicitia adiũgitur. Hoc
paternum eſt potius conſuefacere filium ſua ſponte recte facere: q̃ alieno metu: hoc qui nequit: fateat
ſe neſcire imperare liberis. Quẽ neqꝫ pudet quicq̃: nec metuit quenq̃: neqꝫ legẽ putat ſe tenere ullã. In
ore ẽ oĩ populo. Deniqꝫ ſi cõferendũ exẽplum eſt. Tu illũ corrũpi ſinis. Hoie ĩperito nunq̃ quicq̃ iniu- L
ſtius ẽ: qui niſi qꝑ ipſe facit: nihil rectũ putat. Hæc nõ ſinit egeſtas facere nos. Tu nũc tibi id laudi dicis, M
qꝑ tu feciſti ĩopia? iniuriũ eſt. Fac dũ pietatẽ licet. Tu hõ rediges me ad ĩſaniã. Nõ ẽ flagiciũ facere hoc N
adoleſcẽtulũ. Ah auſculta ne me obtundas de hac re ſæpius. Diis gratia. Pater eſſe diſce ab his qui uere
ſciunt. Natura tu illi patres: cõſiliis ego. Curemus æquã utercqꝫ ptẽ: Si tibi iſtuc placet, profundat, per-
dat, pereat, nihil ad me attinet. Sperabã iam deſeruiſſe adoleſcẽtiam gaudebã. Volo hoĩem conuenire O
ſi apud forum eſt. Obſecro populares: ferte miſero atqꝫ inocẽti auxilium: ſubuenite inopi. Ocioſe cla- P
mas. Ne te ignarum fuiſſe dicas meorum morum: leno ego ſum. Crede hoc meum ius proſequar. Ne-
que tu uerbis ſolues unq̃ quod mihi in re malefeceris. Iuſiurandum dabitur: te eſſe ĩdignũ iniuria hac

Q Istuc uolo ipſum ego experiri. Quid tibi rei mecũ eſt? Si moleſtus pgis eſſe: iã ĩtro arripere: atq; ubi uſ-
R que ad necẽ operiere loris. Omitte iſta atq; ad rẽ redi. Leno ſum fateor: & pernities cõis adoleſcentiũ:
S perituris ſum peſtis. Illuc q̃ſo: redi quo cæpiſti. Minime miror qui inſanire occipiũt ex iniuria Cogito
T id quod res eſt. Nunq̃ uidi iniquius certationẽ compatã: q̃ hæc q̃ hodie ĩter nos fuit: ego uapulando:
V ille uerberando: uſq; ambo defeſſi ſumus. Adoleſcenti morẽ geſtũ oportuit. Pecuniã ĩ loco negligere:
X maximũ ĩterdũ eſt lucrũ. Hominũ homo ſtultiſſime. Ego ſpẽ p̃cio nõ emo. Nunq̃ rẽ facies: ubi neſcis
ineſcare hoĩes. Animus tibi pẽdet. Inieci ſcrupulũ homini. ſcio te nõ eſſe uſum antehac amicicia mea,
Y ſedulo faciã. abs quis hoĩe cũ ẽ opus beneficiũ accipe gaudeas. Quid ego nũc te laudẽ: ſatis certe ſcio:
nunq̃ ita magnifice quicq̃ dicã: id uirtus q̃n exuperet tua. O feſtũ caput. qui oĩa ſibi poſtponenda puta
Z uit eſſe p̃ meo cõmodo maledicta. famã meũ amorẽ. & peccatũ in ſe trãſtulit. In tuto ẽ oĩs res: omitte
uero triſticiã tuã. Verer ĩ hos te laudare corã. ne id aſſentãdi magis gratia: q̃ q̃ gratũ habeã facere exi-
ſtimes. Age inepte: quam nõ morimus nos ĩter nos. Stultitia eſt iſtæc nõ pudor: tam ob paruulam rem
aa pene ex patria receſſiſſe. Ego aũt iam trãſacta re cõuertam me domum cum obſonio. Quæſo quando
bene ſucceſſit: hilarẽ nũc ſumamus diẽ. Nunq̃ unũ ĩtermittit diẽ qui ſemp ueniat. Solus mearũ miſe-
bb riarũ es remediũ. Ve miſero mihi: tot res repẽte circumfallãt: unde emergi nõ poſſum. uis. egeſtas. iniu
ſticia ſolitudo. ĩfamia. Quem neq; fides: neq; iuſiurãdum: neq; miſericordia ulla repſſit neq; reflexit.
cc Hem me miſerum uix ſum compos animi. ita ardeo iracũdia. Nihil eſt q̃ malim q̃ illam totam famili
am mihi dari obuia: ut ego iram hãc ĩ oẽs eos euomã oẽm dũ ægritudo hæc eſt recẽs: ſatis id mihi ha
beã ſupplicii: dum illos ulciſcar modo. Sed ceſſo hey hoc malo ĩpartiri p̃pere. Mi geta animũ recipe.
dd Alienus eſt a noſtra familia. Lachrimas omitte: ac potius q̃ ad hãc rẽ opus eſt porro cõſule. Iam primũ
ee illũ alieno aĩo a nobis eſſe: res ipſa ĩdicat. Peior res loco nõ poteſt eſſe: q̃ ĩ quo nũc ſita eſt. Hic de grege
ff illo eſt. Si me ſenſerit eũ q̃ritare: nunq̃ dicit carnifex nõ oſtẽdam id me uelle. Omnem rem modo tibi
quo pacto haberet enarraui ordine: nil uidi quicq̃ lætius. Huic mãdes: ſiquid recte curatum uelis. Eſt
gg Hercle inepta (ne dicam dolo) atq; abſurda. Iſtuc eſt ſapere: nõ quod ante pedes modo eſt uidere: ſed ẽt
illa quæ futura ſunt proſpicere. Inepta lenitas patris: & facilitas praua. Fratris me quidem pudet piget
que. Non quia ades præſens dico hoc. Eſt ille futilis ut ſomnium. Sex totis mẽſibus prius olfeci q̃ ille.
hh Vigilantiã tuam mihi narras. Vt quiſq; ſuum filium ſuum uult eſſe ĩta eſt. Adortus eſt iurgio fratrẽ.
ii Flagicia facere te. & hæc te admittere decet indigna generi tuo? Spero eſt ſimilis maiorum ſuorum. In
kk ſpicere tanq̃ ĩ ſpeculo uias hominum iubeo: atq; ex aliis ſumere exemplum ſibi. Hoc laudi eſt. hoc uĩ-
ll tio datur. Non ocium eſt nunc mihi auſcultandi. Piſces ex ſententia nactus ſum. hi mihi ne corrumpã
tur cautio eſt. Vt homo eſt ĩta morem geras. Quid agas hic. ubi ſiquid bene præcipias: nemo obtem-
mm peret. Amicus nobis iam inde a puero ẽ: homo antiqua fide ac uirtute. Facinus indignũ quod narras.
Niſi facient quæ illos æquum eſt: haud ſi aufferrẽt. In te ſpes oĩs nobis ſita eſt: te ſolum habemus: tu es
nn patronus. tu es pater. ille tibi moriens nos cõmẽdauit: ſi deſeris nos tum p̃imus. Neq; boni neq; libera
lis functus officium uiri eſt. Nam hoc quidẽ ferendũ aliquo mõ ẽ: pſuaſit nox. amor: uinum. adoleſcẽ-
oo tia. humanum eſt ubi ſic factum. Deferor doloribus. Num illa p̃turit quæſo? Fidẽ nũc ueſtram implo
rat quod uos cogit: ut id uoluntate impetret: Vna a pueris paruuli ſumus educati. una ſemper militiæ
pp & domi fuimus paupertatẽ una p̃tulimus grauẽ. Fratrẽ cõueniam: is quod mihi dederit de hac re con
ſiliũ: id ego ſequar. Tecum hoc animo cogites. Quã eſtis maxime potẽtes. diuites. fortunati. nobiles: tã
qq maxime nos æquo animo: æqua noſcere oportet: ſi uos uultis p̃hiberi probos. Fiẽt quæ fieri æquum
rr eſt omnia. Nimia illæc licentia profecto euadet ĩ aliquod magnum malum. Ibo & requiram fratrem:
ſſ ut in eum hoc euomã. Bono animo fac ſis: & iſta q̃ potes fac cõſolare. Vt res geſta eſt narrabo ordine.
tt Vtinam quidem (quod cum ſalute eius fiat) ita ſe defatigarit uelim: ut triduo hoc perpetuo: p̃ſus ele-
cto nequeat ſurgere. Hunc diem nimis cupio: ut cæpi perpetuum in læticia degere. Ego illius ſenſum
uu pulchre calleo. Cum feruet maxime tam placidum q̃ ouem reddo. Homini illico lachrimæ cadũt qua
xx ſi puero præ gaudio. Lupus eſt in fabula. Hoc malum infœlicitatis nequeo ſatis diſcernere niſi me cre
do huic eſſe natum rei: ferẽdis miſeriis: primus ſentio mala noſtra: primus reſciſco omnia: primus por
yy to: enũtio: ægre ſolus ſiquid fit fero. is ſolus neſcit omnia. Nõ puduit ſe uerberare hominem ſenẽ: quẽ
ego modo puerum tantillulum manibus meis geſtaui. Laudo: patriſſas. abi: uirum te iudico. Ilic conti
A nebit poſt hac ſi ſapiet manus. idẽ ſẽſit te eẽ huic rei caput. I ſane: ego te exercebo hodie ut dignus es.
B Quod quidem erit belliſſimum carpam: & ciatos ſorbilans paulatim hunc producam diẽ. Ego in hac
re nihil reperio: q̃obrem lauder tantopere. Te nunq̃ aliter atq; es in animum ĩduxi meum: Si ita æquũ
C eſſe cenſes: aut ſi ita opus eſt facto eamus: Dolore ac miſeria tabeſcit. Omnes quibus ſunt res minus ſe
cunde: magis ſunt (neſcio quomodo) ſuſpicioſi: ad cõtumeliam omnia accipiũt: magis p̃ ſuã impoten
tiam ſe ſemp credũt negligi. Teipſum purgare ipſis corã placabilius eſt. Diſcrutior aĩo: hoccine de im-
prouiſo mali mihi obiici tãtum: ut neq; quid de me faciã neq; qd agã certũ ſit: membra metu debilia
D ſunt: animus timore obſtupuit: pectore nihil cõſilii queuit. Vah quomõ me ex hac turba expediã: tãta
nũc ſuſpitio de me ĩcidit: neq; ea ĩmerito. Satis diu dedeſti uerba nobis. ſatis adhuc tua nos fruſtra ẽ fi-
E des. Ceſſatũ uſq; adhuc eſt: nũc porro expgiſcere. Quid hic negocii huic eſt? Factũ uobis duriter: miſe-
F ricorditerq; atq; etiam (ſi eſt dicẽdũ magis aperte) illiberaliter. An ſedere oportuit domi uirginẽ tã grã
dem. O mi pater: ut me hoc delictũ admiſiſſe ĩ me: id mihi uæheméter dolet: & me tui pudet. Nam in

genium noui tuum liberale. Prodidiſti te & illam quod quidem ĩ te fuit. Abi domũ ac deos compre G
care. Dii me pater omnes oderint, ni magis te q̃ oculos nunc amo meos. Defeſſus ſum de tot ambulã-
do ut ſire te cum tua demõſtratione falſa magnus perdat iupiter preptaui uſq; omne opidum. Noua H
capitalia. Si non ipſa re iſtuc dolet tibi ſimulare certe eſt hominis. Mutare nũc cum nequeo æquo ani
mo fero. Ita uita eſt hominũ quaſi cum ludas teſſeris, ſi illud quod maxime opus eſt iactu nõ cadit: il- I
lud q; cecidit forte id arte ut corrigas. Meretrix & materfamilias erit una in domo. Vt uideo tuam eẽ
ineptiam facturum credo, ut habeas qui cũ cantites. Omitte tuam iſtanc iracũdiam: atq; ita uti decet K
hilarem ac lubẽtẽ fac te in nuptiis. Ego hos cõueniã, poſt huc redeo. Vxor ſine dote ueniet intus, pſal L
tria eſt, domus ſumptuoſa, adoleſcens luxu eſt perditus: ſenex delirans, ipſa ſi cupiat ſalus, ſeruare pror
ſus hanc familiã nõ poterit. Edepol ſiriſce te curaſti molliter: laute q̃ munus adminiſtraſti tuum. Tu iã
uerba fundis hic ſapiẽtia. Exemplũ hominibus curarem ut eſſes. Sane nollẽ hunc exitum. An tibi ma- M
uis diſpergi cerebrum hic. Tandẽ reprime iracũdiã atq; ad te redi. Rẽ ipſam putemus. Nam uetus uer N
bum hoc quid eſt: cõmunia amicoꝝ eſſe ĩter ſe omnia. Oĩa hæc ſi uoles in aĩo uere cogitare: & tibi & O
mihi & illis depreſſeris moleſtiã. Multa in homĩe ſigna inſunt: e quibus coniectura facile fit: duo cum P
idem faciunt: ſæpe ut poſſis dicere, hoc licet facere impune huic: illi nõ licet. nõ q; diſſimilis res ſit: ſed
q; is qui facit ẽ diſſimilis. Ad oĩa alia ætate ſapius rectius: ſolũ unũ hoc uitiũ ſenectus affert homĩbus: Q
attentiores ſumus ad rẽ oẽs q̃ ſat e. q; illos ſat ætas acuet. Da te hodie mihi exporrige frontẽ. Ita tẽpus
fert faciundũ eſt. Cras cũ prima luce hinc ibo. Hodie hilarẽ te mõ fac. Hilarẽ hũc ſumamus diẽ. Nũq̃ R
ita quiſq̃ bene ſubducta rõne ad uitã fuit, quin res: ætas uſus ſemp aliquid apportet noui, aliquid mo-
neat: ut illa quæ te ſcire credas: neſcias. & quæ tibi putaris prima: in expiundo repudies. Re ipſa reppe- S
ri, facilitate nihil eſſe homini melius, neq; clæmentia. Ego ille agreſtis, ſcæuus, triſtis, parcus truculen-
tus, tenax: duxi uxorẽ, contriui in quærendo uitã atq; ætatẽ meã: Illi credũt conſilia oĩa. Ego quoq; a T
meis me amari & magnipendi poſtulo, hoc uerũ eſt & ipſa re expiere prope modũ. Maximi precii eſſe
te hominem iudicaui animo meo. Is mihi, pfecto eſt ſeruus ſpectatus ſatis cui dominus curæ ẽ. Medi- V
to eſſe affabilis. Te amo plus q̃ hoſce oculos. Cur non uxorẽ quæſo accerſis? Dii tibi bene faxint, cũ te X
uideo noſtræ familiæ tã ex animo bene factũ uelle. Ego uero iubeo & hac re. & aliis omnibus q̃maxĩe
unã facere nos familiã colere, adiuuare adiungere. Natu ſum grandior. Quid tu aſine auſcultas huic. Y
Ego nouus maritus anno demũ quinto & ſexageſimo fiã atq; anũ decrepitã ducã. Quaſi hoc non ſit
maximũ. Et ſi hoc mihi prauum, ineptũ, abſurdũ atq; alienũ a uita noſtra uidetur, ſi uos tãtope iſtæc
uultis fiat. Hegio eſt cognatus ꝓximus, affinis nobis, pauper, bene nos facere ipſi aliquid decet. Agelli Z
eſt hic ſuburbe paululũ: quod locitas foris: huic demus qui fruaẽ. Bene & ſapienter dixit dudũ, uitiũ
cõmune oĩum eſt: q; nimium ad rem ĩſenecta attenti ſumus hanc maculã nos decet effugere. Suo gla-
dio hũc iugulabo. Ego quidẽ hodie mea ſententia iudico ſirum fieri eſſe æquũ liberũ. Quodnã ob fa bb
ctum? Ego iſtos uſq; a pueris curaui ambos, ſedulo docui, monui, bene p̃cepi ſemper q̃ potui oĩa. O le cc
pidum caput. Oĩbus gratiam habeo. & ſeorſum p̃terea tibi. A me argentũ quãti ẽ ſumito. Dii tibi oro
omnes ſemp oĩa optata offerant. Proceſſiſti hodie pulchre. Quæ res tamrepente mores mutauit tuos dd
quod ꝓpluuiũ? quæ ẽ iſta ſubita largitas? Quod iſti facilẽ & feſtiuũ putant: id nõ fieri ex uera uita: neq;
adeo ex æquo & bono, ſed ex aſſentãdo, ĩdulgendo. & largiẽdo. Si id uultis quæ uos potius ꝓpter ado ee
leſcentiã mĩus uidetis: magis impẽſe cupitis: cõſulitis paꝛ: hæc repræhendere & corrigere me: & obſe
cundare in loco: ecce me habetis: quod id faciam uobis. Sequunt nunc ex hechira.

Ex Hechira Terentii elegantiæ & autoritates ſequuntur.

Cio dubiam fortunam eſſe. ſenicam. ſpe incerta. Certum laborem mihi ſuſtuli. Nunc tur- ff
ba nulla eſt ocium & ſilentium eſt: agendi tempus nunc mihi datum eſt. Facite ut ueſtra gg
autoritas: meæ autoritati fautrix adiutrixq; ſit. Is in tutelam meum ſtudiũ ſuum: & ſe ĩ ue
ſtram commiſit fidem. Mea cauſa cauſam hanc accipite. Ego te ſedulo bacchis & moneo hh
& hortor ne cuiuſq̃ te miſeret: quin ſpolies, mutiles, laceres: quenq; nacta ſis. Iniurium ẽ ulciſci aduer ii
ſarios? aut qua uia te captent illi eodem ipſos capi? Biennium perpetuum miſera illum tuli. Commo-
de finem ſtatuiſti oratõni tuæ. Haud propterea te rogo ut hoc proferam ſed ut tacitus mecũ gaudeã.
Nunq̃ tam dices cõmode: ut tergũ meum: tam in fidem cõmittã. In quod me cõieci malũ? Vt ad pau- kk
ca redeam. Diebus ſane pauculis poſt me ſolum ſeducit foras. Nolo ludibrio haberi. Maligna multo:
& magis procax ilico facta eſt. Illico it uiſere eam. Proh deum fidem atq; hominum: qd̃ hoc genus ẽ? q̃
coniuratio hæc? ut omnes mulieres eadem æq; ſtudeant: neq; declinatam quicq̃ ab alienaꝛ ĩgenio ul
lam reperias: atq; adeo uno aĩo omnes ſocrus oderunt nurus: uiris eſſe aduerſas. æq; ſtudiũ eſt: ſimilis
pertinacia eſt: in eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ ad maliciam: & ei ſi ullus ẽ ludo: magiſtrã
hãc certe ſcio. Me abs te merito eſſe accuſatum poſtmodum reſciſces. Vt uos mihi domi eritis, ꝓinde ll
ego ero fama foris. Iam pridem quidem audiui: cæpiſſe tui odium philomenam. Vide q̃ĩmerito ægri- mm
tudo hæc oritur mihi. Ego uos ſolui curis exteris. Tuos eſſe illi mores morbũ magis q̃ ullam aliam rẽ nn
arbitror: Ego & ſi ſcio: meum ius eſſe: ut cogem te quæ imperem facere: ego tamen patrio aĩo uictus oo
faciam ut tibi cõcedam: neq; tuæ libidini aduerſabor. Neq; adeo me clam eſt: q̃ eſſe eum ter laturum.
Et benignitatem & diligẽtiam ueſtram noui: quam exhibetis erga filiam: & quæ dicis eſſe oĩa ut dicis pp
animum induco: & te hoc mihi cupio credere. Aliud fortaſſe aliis uitii eſt: ego ſum animo leni natus:

ſ

qq non possum aduersari meis. Ne nos sumus mulieres æque omnes inuisæ uiris ꝓpter paucas quæ omnes faciunt: dignæ ut uideamur malo. Ita me dii ament: quod me accusat nunc uir sum extra noxam.

rr Non facile est expurgatu. Ita animū induxerunt. Nunq̄ secus habui illam: ac si ex me eēt nata. Nos oēs sumus huiusmodi: quibus est aliunde aliquis obiectus labos: omnē quod intra tempus est prius q̄ id rescitum sit lucro est. Nunc aduentū tuum omnes scio reuerituros. Leuia sunt quæ tu ꝑgrauia in ani

ss mum īduxit tuum. Quid consolare me an quisquā gentiū est æq; miser. Matris ferre iniurias me pie-

tt tas iubet. Pueri inter sese q̄ pro leuibus noxis iras gerunt: quia qui eos gubernat animus: eum infirmū gerant: itidē illæ mulieres sunt ferme ut pueri leui sententia: fortasse unum aliquod uerbum inter eas iram concinerit. Trepidari sentio & cursari rursum. Nescio quod magnū malum ꝓfecto me celāt. In-

uu uisos nos oēs istis sentio. Nā qui amat cui odio ipsius é: bis facere stulte dico laborē īanē ipsius capit:

A & illi molestiā affert. Diis gratias habeo: istoc uerbo animus mihi rediit: & cura ex corde excessit. Me-

B liuscula est. Nequeo mearū rerum iniciū ullū īuenire idoneū: unde exordiar narrare. quæ nec oppinā-

C ti accidunt. Intro me corripui timidus. Extemplo eius morbū cognoui. Nam neq; ut celari posset: tē-

pus spacium ullum dabat. Ad genua accedit lachrimans misera. Hoc ꝓfecto sic est ut puto oībus: ut

D res sese dant: ita magni atq; humiles sumus. Cum orata eius reminiscor: nequeo quin conlachrimē mi

ser. Quæ fors uel fortūa nobis te hodie obtulit. Si unq̄ erga te: animo me eē amico sensisti: rogo id fa-

E cias: quod in rem sit meā. Pollicitus sum: & seruare in eo certū est quā dixi fidē. O fortūa ut nunq̄ es p

FG petuo bona. Aliquo modo mihi é hinc ablegandus. Ain tu tibi hoc incōmodū euenisse iter? Non uer

H bis dici potest tantū q̄ reipsa nauigare incōmodū est. O fortunate nescis quid mali p̄terieris: qui nūq̄ ingressus es mare. Nam alias ut omittā miserias: unā hanc uide: dies triginta: aut plus eo in naui fui. tū interea semp mortem expectabā miser: ita usq; aduorsa tēpestate usi sumus. In arcē transcurso opus é.

I Cadaueroſa facies. Nā me parenti potius q̄ amori obsequi oportet. Benefactū: te aduenisse adeo quod

K maximū est saluū atq; ualidum. Homo uoluptati obsequens fuit dum uixit: & qui sic sunt haud multum hæredes iuuant: sibi uero hāc laudē relinquunt: uixit dū bene uixit. Tū igitur nihil attulisti huc plus una snīa. Impune optare istuc licet. Omnē rē scio ut sit gesta aduenīens audiui oīa mō. Inuidos dii perdant: qui hæc libēter nuntiāt. Ego me scio cauisse: ne ulla merito cōtumelia fieri a nobis posset. Si

L memorare hic uelim q̄ fideli & benigno aīo in illā & clæmēti fui: uere possum ī te ex ipsa re id magis

M uelim rescisscere. Haud inuito ad aures mihi sermo accessit tuus: cū te postputasse omnes res ꝓ parēte

N ītelligo. Vide ne impulsus ira praue īsistas Pamphile. Quibus iris īpulsus nūc in illam iniquus sim: q̄

O nunq̄ quicq̄ erga me emerita est: nam fuisse erga me miro ingenio expertus sum. Quia paululū uobis accessit pecuniæ sublati animi sunt. Audiuisse uocē pueri uisus est uagientis. Vxor se duxit foras. Cre-

P do: neq; adeo arbitrari patris est aliter. Amicā habere: id uitium nunq̄ esse ego adolescētiæ: nam id oī-

Q bus innatū est. Id nūc res iudiciū hæc facit. Dissimulare humanū est. Nūc tibi me certū est contra gra

R tiam referre: ut apud me p̄miū positū esse pietati scias. Nihil pol iam istæc res mihi uoluptatis ferunt:

S dum ætas tempus tulit ꝓfuncta satis sum: satietas iam me tenet studioꝝ istorum: hæc nūc cura é mi-

T hi maxīa: ut ne cui meæ longinquitas ætatis obstet: morte ne exoptet meā. Hæc res nō minus habet me male q̄ te. Istuc est sapere: qui ubicūq; opus sit aīum possis flectere: quod faciūdū sit. Iam nos fabu

V læ sumus: senex atq; anus. Nulla tibi hic iam cōsultatio est. Censente posse reperire ullā mulierē quæ

X careat culpa? an quia nō delinquunt uiri? Quæ hæc amicitia est? Enīuero ꝓrsus iam tacere nequeo. In

Y eandē uitā reuolutum te denuo uideo eē. Plane hic diuinat. Dabo iusiurandū nihil eē istorū. Nō hoc

Z de nihilo é. Iam ea ætate sum: ut mihi ignosci æquū sit. Qui post factā iniuriā se expurget: parum mi-

aa hi prodest. Facilem beniuolū lingua tua iam me tibi reddidit. Nostra porro utere amicitia ut uoles.

bb Reprimā me ne ægre ex me quicq̄ audias. Hoc te moneo unū qualis sim amicus: aut quid possim po-

cc tius q̄ inimicus periculū facias. Nihil me apud tibi defieri patiar: quin qd' opus sit benigne p̄beat. Cū

dd tu satura atq; ebria eris: puer ut satur sit facito. Nostras mulieres suspectas fuisse: falso nobis reipsa iue

ee nimus. Modo exple aīum. Scio meū cōspectū his fore inuisum hodie. Nupta meretrici hostis é a uiro

ff ubi segregata é. Ne meā eē herus opam deputat parui p̄cii. Ibi totū desedi diē. Tua qd' nihil refert pro

gg cōtari desinas. Hodie quiescēdi potestas haud data é mihi: ita cursitando atq; ambulādo totū hūc cō-

hh triui diē. Nam memini (ab hīc mēses decē fere) ad me nocte pria cōfugere anhelantē domū: sine comi

ii te: uini plenū. Hæc tot ꝓpter me gaudia illi cōtigisse lætor. Nūq̄ aīum q̄sti gratia ad malas adducā ar-

tes. Ego dū illi licitū est usa sum benigno & lepido & comi. Multa exquo fuerint cōmoda: eius īcōmo

kk da æquū est ferre. Vide ut mihi hæc certa & clara attuleris: ne me in breue hoc cōiicias tēpus: gaudio hoc falso frui. Quis me est fortunatior: uenustatisq; adeo plenior? ego ne tibi pro hoc nuntio quid do nem nescio? Egon qui te ab horcho mortuum me reducere relucem feceris: sinam sine munere a me abire? ah nimium me ingratum putas. O mea bachis seruatrix mea: antiq̄ tuam adeo uenustatem ob-

tines: ut uoluptati obitus, sermo, aduentus tuus quocunq; aduenēris semper sit. Ac tu ecastor morem antiquum atq; ingenium obtines: ut hominum unus homo te uiuat nusq̄ quisq̄ blandior. Nunq̄ an-

te hanc diem meis oculis: eam quod nosse uideram: perliberalis uisa est. Benefactum & uolupe est. Hi quos par fuerat rescisscere sciunt: quos non autem scire est æquū: neq; rescisscent neq; sciēt. Spero hanc rem esse euenturam nobis ex sententia. Plus boni feci imprudens q̄ sciens ante hunc diem unq̄. Sequū

tur ex Phormione.

Ex Phormione Terentii elegantiæ & autoritates ſequuntur.

aliquos nullũq; leuet. tantũ ut noceat cupit eſſe potẽs. Ceſpes tirio mollior oſtro ſolet impauidos du- A
cere ſomnos: aurea rũpunt tecta quietẽ: uigileſq; trahit purpura noctes. O ſi pateãt pectora ditũ: quã
tos ĩtus ſublimis agit fortuna metus: brutia choro pulſante fretũ mitior unda eſt. pectora paup ſecu-
ra gerit: tenet epatula pocula fago: ſed nõ trepida tenet ipſa manu. capit faciles uileſq; cibos. ſed dũ ſtri
ctos reſpicit enſes: aurea miſcet pocula ſanguis. Nec ſibi fœlix pauper: niſi fœlices cecidiſſe uidet. Quiſ B
quis medium defugit iter: ſtabili nunq̃ tramite curret. Miſeranda ferre licet ipſa neges: uultus loquitur
quodcunq; negas. Decus illud orbis atq; præſidiũ unicum quem fata terris in locũ dederunt Iouis.
Miſerias ꝓperant ſuas audire miſeri. Fare quo poſita in ſtatu iam noſtra domus eſt. Nemo nocens ſibi C
ipſe pœnas irrogat. Sed locum uirtus habet inter aſtra: Ante naſcetur ſeges in ꝓfundo uel fretum dul- D
ci reſonabit unda: ante diſcedat glacialis urſæ ſidus: & ponto uetito fruetur: q̃ tuas laudes populi quie
ſcant. Non duces ſcæuos miſeranda tellus habeat. Nunq̃ ſtigias uertitur ad umbras inclita uirtus. ui- E
uite fortes. nec lætheos ſcæua per amnes uos uata trahent. ſed cum ſummas exiget horas conſumpta F
dies: iter ad ſuperos gloria pandet. Ad quos nos ſuperos perducat qui uiuit & regnat per infinita ſæcu-
la benedictus Amen.

Orationes & cõmendationes diuerſaꝝ rerum præclariſſimæ. Et primo de diuiniſſimo Euchariſtiæ ſacramento Laudatio.

Voniam illuſtriſſime princeps & pater Reuerendiſſime poſt exactos multorum clariſſimo
rum autorum flores & autoritates: parum aut pene nihil: meo quidem iudicio uiderer ægiſ
ſe: niſi cum tu modo fila (ut ſic loquar) habeas apta: telam tibi textã & ex integro cõpoſitã daré: quam
tamẽ nemo melius: nemo ꝓfectius: nemo deniq; elegãtius: q̃ tute: cũ oĩum ſcietiaꝝ diſciplina: & in pri-
mis eaꝝ quæ ſunt humanitatis artiũ refulgeas: dare poſſet. Iccirco nũc pro laudabili noſtri opis cõple
mento nõnullas inſignes & præclaras: rebus in diuerſis accipe cõmendatões. Et ĩ primis de diuiniſſi-

mo Eucharistiæ sacramento oratio siue commendatio in hunc incipit modum. Quom id meam
uenit in mentem lectissimi patres: sūmos in omni genere dicēdi oratores: priusquā medium oratiōis
cursum attigissent his sup rebus: quas fluxas: uarias: imbecillesq; palā cōcernimus: sæpenumero in fre-
quēti sapientissimoꝝ uirorū corona: quales hic astare intueor: labātes atq; ppe modū elingues euasis-
se. Nō possum nō animo cōmoueri: q; ipse omnium ferme disciplinaꝝ ignarus: & expers: huic loci tot
ubi uiros cōspicor: qui nō modo genere: opibus: sed sapientia: moꝝ grauitate: prudētia: copia disci-
narū: omniq; laude & gloria illustrantē: uenerim ad ornādū: & de his præsertim rebus: quæ uniuersam
ingenii hūani præstantiā: ab oībus trāscendere iudicantē. Neq; id uelim cupiā supcilio: aut insolentiæ: a
qua semp abhorrui: uel demū inanis gloriæ cupiditati ascribatis: sed meorum iussis superiorum: quo
rum tanta in me est autoritas: ut maluerim meas uobis ineptias: quam ullum ab ipsis resistendi ge-
nus: meas ī rōnes accusari. Verum uestrā cū facilitatē: benignitatēq; maximā: qui ante hac huiuscemo
di de rebus uerba fecerūt: cūctis fueritis imptiti: uos: quoad a me fieri pōt oratos uelim: eadem quoq;
in præsentiarū me reddatis accumulatissimū. Dicendū mihi est itaq; uiri clarissimi iamiam: ne uerbis
uos teneam pluribus suspēsos: de ineffabili Eucharistiæ sacramento: inauditā cuius altitudinē: admira-
bileq; numē. nemo unq̄ tam excellēti fuit ingenio prædītus: tātaq; disciplinarū copia: q; pro īcredibili
rei magnitudine satis posset explicare. At priusq̄ exordiar: quādo minimis ēt rebus diuinū implorare
præsidiū cōsueuimus: prius clæmentissimā christi omnipotētis genitricē uirginē Mariā. ut suū unige
nitū potentissimū fautrix sit ppetua mihi uenerāter his uersibus inuocandū duxi. Salue sancta parēs
iterū regina poloꝝ. Salue stella maris mœstoꝝ portus & aura. Ad te cōfugio deposco supplico & oro.
Casta mihi faue & cœptis his ānue meis. Quod diuinissimū eucharistiæ sacramentū testimonio mul
tiplici ac uerissima historia nostris a maioribus pditū est. Iesus oīpotens cū hæc īferiora deserer cælū
q; cōscendere statuisset: hoc de quo agimus mirabile sacramentū die Iouis postrema cœna suis oībus
astantibus discipulis instituit: ppetuū sue passionis ueros iter christicolas monimentū: quo figuræ ue
teres absoluerent & in primis refocillarent: suarū qui curarū atq; solicitudinū ppetui comites extitis
sent. Pane quippe ac uinū (mirabile dictu) uerissimā in carne suam ac sanguine certissimū ea tēpestate
cōmutauit. quod sane sempitærnū misteriū suis primū apostolis sumendum ppriis manibus obtulit.
quod ea rōne sic inuentū & a sūmo deo cōstitutū autumāt: ut quēadmodū humana imbecillitas dul-
ci arboris lætiferæ fructu ceciderat. sic hoc libamine suauissimo freta exurgeret: sublimesq; sedes un-
de scaturierat multo scāderet facilius: quādo id priscū edulii genus primi quo nostri sunt cōfuncti pa-
rētes pniciosum ac lætale: hoc uero salutiferū atq; p necessariū cunctis mortalibus affuerit. Veꝝ enī
uero: oīum quæ uisa uel audita sunt iccirco mirificētissimū cernit: q; accidētia suo sine subiecto cōsi-
stant: quod physici naturæ terminos pmetientes uix auderēt pfiteri. Cæterum hæc humanis sensibus
minime percipi possunt: quādoquidē uniuersam pspicacitatē atq; excogitationē humanā admodum
excellere uideant. fidei autē integerrimæ quæ nobis meritū affert acumulatissimū operā enauemus
oportet: ut quæ cereris ac bachi specie cōplecti suis pro accidētibus uident in uerissimā sūmi saluato-
ris carnē sanguinēq; purissimū uerbis sacratissimis transfusa ac substātialiter cōmutata ex aīo arbitre
mur: ut altitonātem cæli ac terræ creatorē maximū sub aliena specie delitescentē qua in re ipsa fides
uersatur flagrātissime: astare certo cōfidamus. Neq; illud minus admiratōe dignū extiterit: q; tam & si
hoc sanctissimū nostri redēptoris corpus ptes in uarias fuerit cōsectū: illud tamē quauis pticula inte-
gerrime continetur: nec ullam ea sectione mutilationem aut læsionem: quod cæteris in corpori-
bus neutiquam lex naturæ patitur: potest accipere. Sumit unus: sumunt mille: nec tamen ille con
sumitur. hunc nempe diem memorabilem admodum omniq; ætate cælebrandum censuerim: quo
tam uenerandissimum nobisq; saluberrimum mortalibus obsonium diuina clæmentia est con-
stitutum: quem sacrosancta uniuersalis ecclesia solēnitate atq; uaria celebritate diebus a contiguis
se iunctum esse uoluit. Nam cum diuæ cærimoniæ proximis dieculis lucubri ac mœsto ritu pa-
ractæ sint: hæc tamen lux expectatissima earum nobis maiorem multo festiuitatem atq; in cele-
brandis officiis iucunditatem uisa est aceruatim contulisse: ut huiuscemodi obseruatione annua
hilarem tantæ institutionis magnitudinem comprobaret: planissime nobis aperiens hac ratione:
supercælestes atq; per beatas sedes haud dubie comparatū iri. Prospicite quæso uiri spectatissimi:
quæso nunc prospicite: quanta nobis omnibus præpotentissimi satoris nostri facilitas emicuerit:
inauditaq; benignitas. Nam cum maiores nostri uario circunducti errore: diuersa animantium ge
nera prophanis penatibus simulacrisq; inanibus suis in auspiciis: ac bene speratis rebus sæpenu-
mero litarent: illisq; inter sacra abuterentur. hic clæmentissimus totius orbis opifex refulgentissi-
mum corpus suum in odoriferam alimoniam nostrorumq; leuamen scelerum nobis ultro ope-
rauit. Prisca enim gentilitas Saturnum: Iouem: Mercurium: Neptunum: Plutonem: Bachum: Apolli-
nem: Palladem: Iunonem: Cererem uario supplicationis ac uenerationis genere: rationibus postha
bitis omnibus summo studio coluit: quibus præcioſa puluinaria: statuas ingentes: delubraq; con-
stituit elaboratissima: quos sane diuos nihil sensus habuisse luce phæbea multo est limpidius. Quo
genere largitatis a sūmo deo huberisq; munificētiæ donati sumus: quæso aīum aliq̄tisper aduertite.
Hic hic āt Iesus optius nō hircia nobis: nō uitulia: aut alioꝝ aīantiū uiscera: ut mos apd priscū hoīum
gēus fuit: nr̄as īter dapes aut epulas ppiauit: ueꝝ seip̄m: oēm hoc pacto liberalitatē exupans: i sēpitær-

nam ſalutem humano ſumendũ generi offerre nimiꝝ eſt condignatus. Cui beneficio ĩmortali qui referre queat data quoꝙ opa ſcio neminẽ: quãdo illũ q ex nihilo cũcta creauit: cuius ĩ manu uita morſq; ſedet & uiſere & ptractare liceat: ſupioribus qd̃ neutiq̃ noſtris maioribus hunc ante diem conceſſum fuit. Quid igit̃ hoc munificentius? qd largius? quid beneficẽtius iueniri aut excogitari põt? uel deniq; ſalubrius? Hoc. n. diuino munere reatus oẽs diluũtur: locupletioré ipſæ uirtutes aceruũ corrogãt: robur corporis: cõcupitaq; uiuacitas ĩſtaurat̃: tartareas ſedes effugimus: diuinã in nos gratiã illico ꝯtrahimus: hũanas fælicitates reſq; ſecũdas facilius enãciſcimur: ac demũ ſempitærnã ad gloriã celeri alaꝝ remigio cõuolamus. Vellẽ uiri doctiſſimi quẽpiã mihi offerri qui ſua explicaret prudẽtia q ſnã cibus hoc ſapidior: quis dulcior: fructuoſior eſſe põt? An manna qd̃ deus omnipotens maximuſq; ſuum ad populũ e cælo tranſmiſit: oĩs alimoniæ ſaporẽ ueriſſimũq; guſtũ redolẽs: ſtupẽdiſſimo hoc munere fuit ſuauius? Qui recte ſapit id certo dixerit: nec minima ex pte huic ſacratiſſimo miſterio illud cõparãdum. qd̃ ſane hanc, pfuſam largitatem fore: ſi pphetis credimus multis ante ſæculis poſteritati præfigurarat. Noſtraꝝ qppe dapũ copia, quibus ſplẽdide ĩ dies fungimur nos ſæpiuſcule morbis afficiunt: quibus extrema ad fata miſere cõtrudimur. hoc aũt cibo nitidiſſimo r̃ficimur oẽs atq; cura leuamur: quo uniuerſa labes oĩſq; macula prorſus abolet̃: animæ quoq; ac corpis incolumitas fit (nec uana loquor) multo uegetior. Mirificẽtiſſimã itaq; hãc largitionẽ dixerim uerbiſq; ad cælũ efferendam: ubi elargitor ſuũ in munus apte conflat̃: & datũ idem ſuo cũ datore cõſiſtit. Cuius ſane rei nec mediocris admiratio ut paucis uos cõmonitos redderẽ me coegit plurimũ: tametſi integritatẽ ueſtrã oĩs uirtutis: præſertim huiuſce ſacramẽti ſtudioſiſſimã ĩtellexiſſem. Vos igit̃ in primis uiri religioſiſſimi: quibus flaminii dignitate ac excellentia datũ eſt hoc diuinũ pabulũ efficere: cauendũ uobis cẽſeo: ne id agatis cũ ſcelere: ueſtris uolutãdo animis: uſos inter digitulos oĩum regẽ principem uerſari ſempitærnũ: qui cũcta regit atq; ſtabili ſceptro gubernat. Idem quoq; his q bus præfecti eſtis agendũ cõſulite: ne qd̃ alimẽto debet eſſe ppetuo: perennẽ pariat pniciẽ atq; calamitatẽ truculẽtiſſimã. Vos ſubinde ſcholaſtici nõ modo ſemel ſingulos in ãnos quo oẽs obſtrigimur: uerũetiã ſæpius tantũ munus reuerenter aſſumite: ſi maxime cupitis oĩs doctrinæ eruditionẽ aſſequi. Vos poſtremo uiri Bambergẽſes tantæ urbis aſſidui accolæ quæ omni amœnitate eſt cõfertiſſima: q bus tot tantaq; bona pta ſunt: huius diuæ largitatis quæſo uiuite memores: atq; ſeruetis oro: quæ præſenti die Chriſtus præpotens ac clæmentiſſimus ſuis ĩmitatoribus cuſtodiẽda mãdauit quæ etſi a nobis oĩbus diligenter obſeruata fuerint: hic inter mortales gratiã: ſempitærnãq; apud cælites gloriam enanciſcemini: ad quam nos perducat qui uiuit & regnat per infinita ſæcula benedictus Amen.

In ſacratiſſimũ Chriſtianæ eccleſiæ doctorem beatum
Hieronymũ laudaciuncula fæliciter Incipit.

Niaduerto nõ mediocre: ac pene Ethna monte (ut dici ſolet) me grauius onus: hodierna die ſubire atq; ſuſtinere: præſtãtiſſimi ſimulq; deuotiſſimi uiri: poſtq̃ factũ ſit: nõ tã ſpõte mea: q̃ maioꝝ meoꝝ: q bus refragari aut q cq̃ denegare nefas eſſe ducã imperio: ut ĩ hac ãnua beati Hieronymi celebritate: de tã diuino ſacratiſſimoq; doctore in tot præſtãtiſſimoꝝ uiroꝝ cõſpectu aliquid pferre nõ uererer. ſed magis auderẽ: maxime ne huius tam eximii alioꝝ præconis præclariſſima omnia ſilẽtio inuoluerent̃ præconia. potiſſimũ cũ qd̃ copioſiſſime ipſe aliis laudandi officiũ ſemp exhibuit præſtititq;. Is quaſi optimo iure ſuo ab aliis repoſcere debere uideat̃. pfecta uero & undiq; ſanctiſſimoꝝ uiroꝝ accumulata laude: nihil ſane maius: præclarius: aut diuinius mihi uideri ſolet. quandoq dem ad eã exprimendã explicandãq; is demũ idoneus eſſe atq; aſpirare poſſe uideat̃: cuius ingenium fulgẽtiſſimo ſapientiæ præradiat fonte: aut mirandis ita præponderat uirtutibus. Scitũ eſt enim illud grauiſſimoꝝ auctoꝝ eum optime poſſe alioꝝ laudes, pſequi: qui oĩum laudatiſſimus ſit. quiq; quid deceat. quid nõ: quo uirtus quo ferat error ut Flaccus inq t nõ tantũ uerbo prædicet: quantum uitæ & exẽplo cõprobet. A quo qdẽ gradu q̃q̃ me lõge abeſſe ſentiã: tamẽ ĩmortalis dei fretus fauore: & maioꝝ meoꝝ: ut pauloãte dixi pene coactus uolũtate: rem nõ minus difficilem q̃ officioſam nõ minus arduam q̃ debitam: nõ minus admirabilem q̃ piis oĩbus pergratã futuram aggreſſus ſum: ut ſi minus omnia q̃ diuini penitus eſſet ingenii: ſaltem aliqua pro ingenioli mei paruitate de uenerabiliſſimi patris Hieronymi laudibus nobis in medium afferam. Mihi uero de tam eximio ſacratiſſimoq; doctore ſæpe multum cogitanti illud in primis in mentem uenire ſolet: q tam præſtantiſſimus uir fuerit: ut ſiue eius excellentiam quandam cum aliis contentione conferas: ſiue eamipſam per ſe ponderes: uix tanto uiro parem: aut non multo maiorem in omnium ſanctoꝝ decalogo inuenire queas. Beatiſſimus itaq; Hieronymus Stridone Dalmaciæ oppido oriundus fuit. Cunq; ea gens barbara & impe ritiſſima uixq; a brutorum uita ulla in parte diſtans & differens eſſet: ex ea tamen (ut aiuut) ueluti de ſpinis roſa floruit. & a deo floruit: ut cum alii laudem gloriam & ſplendorem a patria ſua aſſequi ſoleant: hic miris floribus ſuis ideſt ſcientia & uirtutibus famoſam patriam & prouinciam ſuam reddiderit. Cum enim illud intelligeret prudentiſſimus adoleſcens: q ea ad quæ capeſcenda miro quodam ardore anhelabat ſibi a patria ſua minime præſtari poſſent eam deſeruit: ſeq; tum Romam illa quidem tempeſtate ut rerum dominam: ita & omnibus optimis artibus & diſciplinis refertiſſimam: tum & ad alias prouincias contulit: & ad eas præſertim ex quibus uti mercatores præcioſa quædam aduehere ſolent: ſic & ipſe ſibi præcioſas uirtutes & diſciplinas uendicare poſſet. Qua

in re tã diligens tã assiduus tam accuratus fuit ut id nulla lingua hũana facile explicari possit. Nã ut frequẽtia eius ieiunia:crebras carnis maceratões:iuges orões & psalmodias omittã:quæ in illo iocus luduscꝫ(ut dici solet)fuerũt:cũ eis tanꝙ remissiõe & recreatõe quadã uteret:post uæhemẽtissimã suorum studioꝝ intentionẽ. Vt ea inꝙ omittã opepræciũ est eius circa disciplinas ĩtelligere diligentiam: cũ nullũ doctorẽ in aliqua sibi cõgruẽte facultate excellentẽ persenserit quãdo illũ licet lõgissimo regionũ tractu distantẽ adire & ꝑiter audire oẽmcꝫ illius eruditõem tanꝙ sitibũdus abbibere atcꝫ arripere uõluerit. Tã uero assiduus extitit ut nullũ tps siue diurnũ siue nocturnũ fuerit:qd' tũ uigiliis tũ lucubratõibus ignauũ aut feriatũ sibi præterire passus sit:sibi uel cibũ & somnũ reliquacꝫ corpori necessaria subtrahẽs hoc est geniũ suũ ut Comicus inqt defraudãs. Tã accuratus demũ appuit ut ĩfinita pene librorꝝ uolumina euoluerit:euoluta ĩtellexerit:ĩtellecta ꝑfundæ memoriæ mãdarit. Qui qdem magni assidui claricꝫ labores id peperũt ut noua boni ĩtellectus mũdo lux dareť:quæ tanta in Hieronymo fuit:ut qcqd is nõ teneret aliis facile ignoraret. Hinc uero tot parta sunt claritatis luce radiantia uolumina:hinc tot arduæ solutæ enodatæcꝫ quæstiones:uerã christianã religionem cõcernentes. hinc deo cooperante cõstitutæ confirmatæcꝫ sentẽtiæ. hinc solida christianorꝝ & occidentalis ecclesiæ iacta corroborata stabilitacꝫ fundamẽta. hinc demũ ꝑcopiosus omnibuscꝫ uitã celestem cupientibus parentibus emanauit cibus. Quapropter dies me ꝑfecto deficeret:si singulos enumerare ueli fructus:quos diuina Hieronymi sapientia:tũ in uita ediderit:tũ post mortẽ posteris reliquerit:ut nõ iniuria tot sibi excellẽtes dignitates primariascꝫ dotes tributas legamus:quot uix uniuersæ reliquorꝝ sanctorꝝ turbæ ascribere ualeamus. Cum quæ singulis aliis pecularia data sint:ea omnia pariter in Hieronymo locũ sedẽ atcꝫ domiciliũ ꝑprium habuerit. Exquo factũ est ut nedũ pii zelatores illius:uerũ etiã inuidi pariter & æmuli id ipsi Hieronymo tribuerint:quod paucis aut nullis potius cõtribuãt:ut diuinissimus Hieronymus nõ solũ angelos & archangelos caritatis in deũ ardore:sed etiam patriarchas autoritate:ꝑphetas ꝑscientia:apostolos uariis linguarũ doctrinis euangelistas ueridica seriosacꝫ scripturarum luce martyres fide & laborꝝ ꝑferentia:confessores innocẽtia:sacerdotes ministeriorum diligentia:monachos & hẽremitas solitaria meditatione:leuitas sacrorum ministerio:uirgines humili puritate aut suparit: aut certe æquarit. Et ne singula eius dona ꝑcurrã oẽm spiritũsanctũ sibi domino ĩfundẽte uendicauerit. Quo in eo coopante:ea inter mortales documenta ediderit meritacꝫ sibi adeptus fuerit:ut facillima sibi ratione ꝓximã excelso & ĩmortali deo in cælis sedem parauerit. Quam intercedentibus eius ꝑcipuis meritis nobis post debitã corporis obediẽtiam:& carnis iugum: omnimo dãcꝫ animi deuotionẽ ille tribuere ac collargiri digneť:q est trinus & unus in sæcula sæculorꝝ. Amẽ.

Qui populi doctor Hieronyme sancte uocaris:
Nos tibi deuotos iam quæsimus ut tuearis.

De omnium artium & scientiarum laudibus oratio ornatissima.

Vm de summis & maximis rebus a me hodierno die dicendu m sit uiri insignes & patres optimi:necꝫ ea in me extet uirtus atcꝫ exercitatio dicendi:ut mea oratione ea possim attigere: quæ ad dignitatem huiusce rei pertinerẽt:tamen cum me uel ad humanitatem uel ad sũmã in me beniuolẽtiam uestram refero:nihil est quod in hac re uel de sapiẽtia uestra aut de ingenio meo diffidam:cũ præsertim has ornatissimas sedes atcꝫ subsellia tot doctissimis uiris referta esse cõspiciã: qui ut in hoc ipso præclaro dicendi genere:ita in cæteris rebus principes mea sententia nõ iniuria dici possunt. Cũ enim ex hoc loco ante me q̃plures pro singulari modestia uestra nõnihil laudati discesserint:ut hi nõ solũ in dicendo acerrimi & graues:uerũetiam ornatissimi atcꝫ copiosi a uobis omnibus iudicati sint:nihil est quod uobis & audientibus & iudicãtibus nõ bene ꝑerem. Et si forte de me a uobis tale iudicium minime expectẽ:quod si me uel ad rei amplitudinẽ: uel ad dignitatem uestrã: uel denicꝫ ad eam ipsam ĩmensam & sũmam dicendi materiam:de qua apud uos oratio mea habẽda est refero:non puto laudi meæ detractum iri. dicendum quidẽ a me est ꝑclarissimi patres & doctores egregii de his artibus & disciplinis:quas liberales & mathematicas appellãt. cuius rei & si tanta sit amplitudo atcꝫ laus siue gloria:ut in tam læta & singulari materia nemini uel mediocriter instructo deesse possit oratio: qua satis eius rei dignitatem:uel extollere:uel laudare possit nullum tamen in hac
A re prætermittam officium:quod ad enarrandas eius rei laudes pertineat. Grammatica igitur primum sit:cæterarum scientiarum regula:ordo:& fundamẽtum:& adeo fundamẽtum ut quicunꝫ in ea clau
B dicarit sibi ad cæteras disciplinas iter indubitato clauserit. Logicam uero siue dialeticam quicunꝫ tenuerit:quid uerum:quid falsum:quid antecedens:quid cõsequens: quid cõsentaneũ quid repugnans quacũcꝫ in re sit facile nouerit. ut nullo fallaciarꝝ laqueo implicari nullo errore labi. nulla falsitate ar-
C ripi possit. Sed quibus honoribus? quaue dignitate Rhetoricam. i. eam quam bene differendi rõnem appellant prosequar? cum huic uni iamdudum uosipsi bonam & magnam laudis partẽ attribueritis. q̃tum.n. apud cæteras artes ualeat. & si uobis omnibus uiri insignes notũ esse arbitror. illud tamẽ aliarum scientiarum pace dicam. qꝫ omnes fere aliæ artes ac disciplinæ sine hac una ieiunæ & non satis ornatæ habeantur. efficit quocꝫ ut de una quacꝫ scientiarum copiose & subtiliter differamus. Tantum uero nostris temporibus apud nos lumen & dignitatem attulit. ut nõ satis docti habeantur qui in hac una saltem mediocre eruditi non sint. nonnihil etiam ad animorum uim rationemcꝫ atti-

net:quod facile uidemus ſi ueterum exempla cõmemorare uoluerimus.In ea cognouimus q̃plures omne ſtudium adhibuiſſe ut in aliqua eius parte floreret.Audiuimus illoſipſos priſcos oratores Catones atq; Graccos quoꝝ eloquẽtia actũ eſt:ut ea re ſũmis honoribus & dignitatibus adaucti fuerũt. Audiuimus alios quoꝝ eloquẽtia impio Romano profuit Ciceronẽ ĩ primis Craſſũq; Antonium & alios q̃plures:qbus tantũ hodierno die debemus:quantũ his q̃ noſtris tp̃ibus ſũmã laudẽ & ornamentũ attulerunt.Sed quid hunc ulterius locũ oratione mea ĩ dicẽdo ꝓſequor:quaſi hæc uobis incognita aut noua eſſe putẽ.Satius ergo ducã:ſi aliqua de aſtroꝝ numeroꝝ mẽſuraꝝ ac oĩs melodiæ ſcientiis & ꝓportiõibus dixero:quæ cũ ſemp ĩ maxĩo hoĩum ſplẽdore fuerĩt:ita digniſſimæ cognitu extiterũt quæ ex quattuor reliqs Aſtronomia uidelicet & Ariſmetyca Geometria & Muſica conſtãt.Tãto ꝓfecto ĩ his ſit artibus utilitas:ut ſine his ducibus & magr̃is nihil diuinũ ſiue humanum:nihil iferius ſiue ſupius: nihil puũ ſiue magnũ:nihil ſuaue ſiue abſonũ p̃cipi cognoſci aut ĩtelligi pene q̃at. Quo fit ut optĩo ſane iure a maioribus noſtris liberales uocitatæ ſint artes:ſiue q̃ ab oĩ ignorãtiæ nubilo ſtudio ſoꝝ mẽtes liberarent.ſiue q̃ eas utpote digniſſimas ac nihil ſeruile ĩ ſe habẽtes nulli licebat ediſcere: niſi libero liberaliterq; educato homini.Iã uero haꝝ oĩum artiũ matrẽ & ꝓcreatricẽ quãdã ac omniũ reginã phĩam qs ſatis ꝓ dignitate laudare? q ue eius dignitatẽ & munus recẽſere ualeat? q̃do ip̃a donũ deoꝝ dicat: quãdo ipſa uitæ gubernatrix:q̃do ipſa cãꝝ oĩum rõ & explicatio una oĩum uoce atq; ſententia p̃dicet aſſeratꝫ atq; cõprobet.ut nõ ĩmerito poeta latinus ĩ eius laudẽ illud ꝓtulerit.Fœlix q̃ potuit reꝝ cognoſcere cãs:Atq; motus oẽs & ĩexorabile fatũ:Subiecit pedibus ſtrepitũq; acherõtis auerni.Per eã nãq; philoſophiã omniũ uegetaliũ:ſenſibiliũ.rõnalium ſuprõnaliũq; corpoꝝ nobis(ut dici ſolet)ad unguẽ cauſæ rõnes & effectus exprimũt atq; deſcribũt.Per eã oĩum mortaliũ uita ſalutiferis ac diuinis p̃ceptis excolit.Per eã ciuitates populi nationes ſanctiſſimo iure ſociatæ regũt ꝓtegũtur & amplificant.Eius uero ſtudio q allecti atq; incẽſi ſũt philoſophi noĩant:ideſt ſapiẽtiæ amatores.Qua ꝓfeſſiõe nulla certe dignior p̃ſtabilior aut admirabilior ac ĩ uita humana cẽſeri debeat.Demũ philoſophiæ effectũ ideſt medicinã ipſam miræ utilitatis eẽ qs ambigat? quãdoq; dẽ ea ſit ars qua uas animi ideſt corpus hũanũ ſanet & ĩcolume p̃ſeruet.quemadmodũ.n.philoſophia ipſa animoꝝ quos ſanet morbos tollat:ita & hæc corporibus ipſis quoꝝ curationẽ ꝓfiteat:medeat.Qua duplici utilitate nihil ſane ad ſalutẽ uitãq; hoĩum p̃ſtantius inueniri poſſet.Eius nãq; medicinæ dignitas & exiſtimatio uel priſcis illis tp̃ibus tanti fuit ut nõ mortali ſed deo ipſius artis attributa ſit inuentio.Cui aũt deo? quem uitæ quem ueritatis quẽ ſapientiæ quẽ diuinatõis p̃ſidem ſemp celebrauit antiqtas. Vel ipſo de ſe hũc in modũ teſtificante.Inuentũ medicina meũ eſt opiferq; per orbẽ.Dicor:& herbaꝝ ſubiecta potentia nobis.Nec minus eſt q̃ eius filio a uate illo dicit Eſculapio.Totiq; ſalutiſer orbi creſce puer:tibi ſe mortalia ſæpe corpora debebũt animas tibi reddere adẽptas fas erit .Homerus quoq; q̃ magnifice de medico ſenſerit paucis explicauit cuius teſtimoniũ uel ideo libẽs hic repetere nõ dubitauerim:ꝓpter teſtis ſũmam autoritatẽ & gloriã. Vir medicus multis aliis eſt dignior unus. Quamobrẽ? quia nõ una nõ altera:ſed cũctarũ pene cõſortio doctrinarũ etiã ĩnumerabiliũ pene reꝝ notitia ars ipſa conſumata ſit.Et profecto ſi cõditor omnium deus quos creauit ſaluari uult:nulli dubium eſt medicum ipſum dei miniſtrum eſſe:ut quos deus creauit:hic arte diuina diuinituſq; exhibita conſeruet incolumes:lapſos curet:& pene a mortuis mortales ſæpe ad uitam reducat. Quo ex merito & priſci illi medici ob eorum admirandam utilitatem in deorum numerum uno omnium conſenſu collocati ſunt.Inde utraq; ſeſe legum maieſtas offert.& ut de illa Octauianus dixit auguſtus:legũ ueneranda poteſtas:iuſti atq; iniuſti præmiorum atq; pœnarum mõſtratrix: cuius tanta ſemper eſt habita ſanctitas ut earum poſſeſſores merito ſacerdotes appellentur. Et certe ſi uellem cuncta cõplecti:quæ de pontificii & imperatorii iuris laudibus excellentia ac dignitate merito dici poſſẽt ac deberent:hoc profecto nec ingenii mei parua uis nec huius temporis anguſtia paterentur. Quænam ĩgenii magnitudo cõcipere quæ elegantia linguæ explicare? quæ quantumlibet compoſita aut lõga oratio maximas canonum & legum laudes nedũ complecti: ſed uix attingere queat? Huius igitur ſacratiſſimi iuris omnia præcepta atq; inſtituta omni ſua ex parte & recta & ſancta exiſtunt. Quid enim rectius ſanctiuſue dici poteſt q̃ quod lites & iurgia depellit:cõcordiam parat:reformat pacem:hominum ineffrenatam cupiditatem cohibet ac deprimit:malos deformatoſq; mores corrigit ac emẽdat.tẽperãtiã:prudẽtiã:pudicitiã:cæteraſq; uirtutes plenius edocet:iuſticiam iuſticiæq; partes demonſtrat obſeruariq; iubet.Summum quippe in rebus bonum eſt iuſticiam colere: q̃ remota ut Auguſtinus ait:nihil aliud ſunt regna niſi latrocinia:tantaq; ut apud Ciceronẽ legimus eius eſt uirtus:ut nec illi qui ſcelere uel maleficio paſcuntur ſine ulla eius particula uiuere poſſint. Quid? illa ſup creata oĩa: ſup cælos:ſup diſciplinas:ſup uirtutes excelſa.dei:q̃ tũ fas eſt homini reuelata cognitio ipſa:nõ humanis ſed angelicis prædicanda uocibus.q̃ noſtri theologiã uocãt.de cuius laudibus & præconiis nũc omittendum cenſeo:ne ſi rem adeo grandem & ſupra uires attentare uelim in iplo conatu ſuccũbam.Grandes enim materias ut Hieronymus ait ingenia parua nõ ſufferunt.Habent igit hæ diuine artes non ſolum miram in ſe ut diximus utilitatẽ:uerũ & ĩmenſam quandã uoluptatẽ:ut de illis iure dici poſſit quod Flaccus noſter ait.Omne tulit puntũ qui miſcuit utile dulci.Que enim per deum ĩmortalem maior uoluptas aut delectatio eſſe põt:q̃ dũ cuiuſq; rei rõnẽ aut notionẽ nobiſcũ cõſideramus:aut cũ aliis cõicãus? Nã cũ mẽtis hũanæ cibus ſit rõ ipſa:quo frequẽtius eo cibo utat aĩus

D E F G H I K L M N O A B C D E F G

eo maiori fruaꝫ uoluptate:quo fit ut oīum cū muſis cōmertiū habentium: uoluptuoſam uitam ducamus atq; dicamus. Quid enim uoluptuoſius fieri poſſit:q̄ ex ipſo ſapientiæ fonte uel ipſe potari uel alios potare? Quid dulcius q̄ qđ ſtudio ipſe tuo inueneris id alteri imptiri atq; communicare? Ad quā quidē rē a natura ipſa pcreati & inſtituti uideamur ut qđ oībus fructuoſum eēt id in mediū
H ſūma cū animoꝝ alacritate pfunderemus. Inde eſt q; Solon unus ex ſeptē illis Græciæ ſapiētibus uno
I uerſiculo gloriari ſolebat:ſe uidelicet addiſcendo ſenem fieri Qua quidē animi uoluptate nulla certe maior eſſe pōt. Quātū uero ornamēti afferāt hæ artes ſeipſas colētibus:uel hīc patet: q; oēs earū ſtudioſos aut ex ignobilibus claros:aut ex claris clariſſimos & celebratiſſimos uiros reddāt:ut nō minus ornamenti poſſeſſoribus earum addant:q̄ ab earum poſſeſſoribus ipſæ accipiant:exquo innumerabiles artium ſcriptores recenſeri poſſint: quorum nomen omne una cum corpibus deleſſet uetuſtas: niſi illos artes ipſæ immortalitati tradidiſſent:Alexāder ille magnus momēti nō minus pōebat in bo-
K naꝝ artiū cognitione:q̄ in tanto eius īperio:quo maximā orbis terraꝝ parte occupat. Vnde & ſuarū expeditionū comites & cōmilitones ſemp habuit:tū p̄claros philoſophos:tū etiā p̄clariſſimoꝝ autorum codices:q̄bus oē ab armis ociſum tp̄s impenderet. Dies me pfecto deficiet ſi hāc ipſam rē exēplis aſſerere uoluero. ueꝝ cū in re minime dubia teſtibus ideſt exēplis nō egeamus. cunq; ad exitū iam feſtinet oratio:illud pro cōfeſſo relinquemus:quod iā uel tritū ſit ſermone puerbiū. Nihil eſt iter mortales quod adeo repēte exornet:nobilitet:& demū uiros claros ac īmortales reddat q̄ hæ ipſæ diſcipli næ:de q̄bus iam lōgiorē ſermonē habuimus. Quare doctiſſimi uiri cū tantā utilitatē:uoluptatē:atq; ornamentū his p̄diuinis artibus ineſſe ītelligatis:quis nō admirari:q̄s nō incēdi:quis nō inflāmari ad illas pro ſua uirili capeſcēdas debeat? quibus aſſiduis comitibus & tanq̄ ducibus nobis honores:emolimenta: gratiā & obſeruātiā uendicare poſſimus: q̄bus pro rebus maxima inter mortales certamina cōtentiones naſci ſoleāt. Oīa uero hæc pulchre aſſequemur. ſi omni cura. ſtudio. diligentia. atq; uigilātia in has optimas artes incūbemus:taleſq; eē ſtudebimus:quales & haberi uelimus nobiſq; ante ocu
L los ponemus tū Pythagorā:Platonē:cōplureſq; alios. qui ſūmis laboribus atq; ſudoribus p̄excellētes
M & glorioſi euaſere. tum & Cleanthē illū. qui cū in bibēdæ philoſophiæ ſiti arderet nec ſibi unde ad uictū ſuppeditaret eſſet. noctu ad exhauriendā aquā operā locabat ſuam ut īterdiu Chryſippi præceptis inbibēdis uacare poſſet. Quos quidē ſi diligēti imitatione ſequemur (eſt enim hoc certamē non
deliciaꝝ ſed ſudoris) eas pfecto aſſequemur facultates:quæ nos facile humo tollere:quæ nobis cōmo-
N da:quæ noſtris læticiā. quæ patriæ noſtræ gloriā & ornamētū afferre poſſint: Reliquum illud eſt uiri doctiſſimi lōgeq; mihi difficillimū:ut pro tāto uidelicet honore mihi collato:tāq; benigna mihi a uobis exhibita attētione:uobis gratias agam:quas & utinā referre poſſē:maximas tamen uobis impſentiaꝝ ago:quas & ſemp habeo:me ad oīum mādata & beneplacita quiſquis ſim offerens domino ſemper gratias. Ioannes Lamola.

Ad Sanctiſſimum dominū noſtrum Nicolaum papam. v. per ſereniſſimū dominū Ladiſlaum Vngariæ regem & ce. oratio.

O Vm animaduerto beatiſſime maxime pontifex:me apud inclitos pedes ſanctitatis tuæ conſtitutum quæ inter mortales dei omnipotētis uicem gerit:corā hoc ſacratiſſimo ſenatu: ad quem illuſtriſſima totius mūdi ſidera atq; hoīs doctrina & ſanctitate lectiſſimi cōuenerunt: nō iniuria equidē in tanta rei magnitudine ſubſiſtēs:unde initiū orationis ſumā:q̄bus uerbis te unicum chriſtianoꝝ principē:te regū regem atq; in terris deū adorē:nō facile conſtituere poſſum. Hæc enim tanti numinis præſentia. hic tam celſus:audientiū cœtus eruditiſſimū quoddā eleganſq; dicēdi genus exquirit:cui me & ingenio & eloquētia lōge imparē eſſe cognoſco. Quare tacendū exiſtimarē: ne tantā puinciā aggrederer:in qua ipſius etiā Ciceronis aut Hortēſii robur exudaret:niſi admirabilis tuæ ſanctitatis clæmentia collapſas ingenii uires & ſuccūbentes hūeros ſubleuaret:quæ cum omnibus ad ſe integra mēte cōuerſis incredibili benignitate patere nō deſinat:mihi quoq; ut cōfido māſuetæ manſuetudinis aditū nō præcludet. Te nanq; beatiſſime pater nō ſine rōne beatiſſimū appellamus:quem admiranda pbitatis omniūq; uirtutū merita incorrupta uitæ integritas ad hanc eminentiſſimā ſedē iure optimo extulerunt. Quis enim dignius in ea potuit collocari:q̄ ille quē a primis annis cæleſtem in terris uitā ſemp ægiſſe cōſtat:qui pro chriſtiana religione per īnumeros caſus: p uaria itinera: p diuerſas mundi puincias:omnē ætatē in maximis laboribus:in oī reꝝ difficultate cōtriuit. In cuius pectore oēs liberales artes:oēs ſcientiæ & præſtantiſſima in primis ſacraꝝ līaꝝ doctrina patrios (ut ita dixerim) penates ſibi a tenera eius ætate cōſecrarunt. Tu inquā digniſſimæ militātis eccleſiæ es caput:quæ nō ſine rōne ad triūphantis exemplar dicitur ordinata. Nam ut in illa unus deus creator omniū ſceptrum tenet:ita & in hac tibi uni tantū dei uicario totius orbis imperiū delegatum eſſe cōſtat. Vt. n. ſancta fateꝫ eccleſia:cōſtituit dominus pōtificē ſup gentes & regna ut euellet diſſipet & plantet. Quāq̄ igitꝫ nō ignorē cōplures hoc in dubiū reuocare:diſſerentes ſolam ſpūalium reꝝ curam ſūmo pontifici datā eſſe:terreſtre autem imperiū Romano datū imperio affirmantes. Quid enī aliud credendū eſt chriſtum ſignificare uoluiſſe:dum ad ſe Petrū ſolū ſupra mare uocauit dum ei ſupræmā ligandi atq; ſoluēdi facultatē cōceſſit:dū ſibi cariſſimæ gregis curam demādauit. Vnū certe in terris principē cōſtituere uoluit:qui ſūmi dei uice ac poteſtate inter hoīes fungereꝫ:a quo una uera ſapientia:uera fides ad reliquum genus humanū pueniret. Conſiſtit. n. in hoc uno chriſtianæ fidei ſacra

mentum.Cui ſcilicet dominus dixit:Ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua:& tu aliquando cõuerſus confirma fratres tuos.Tuam igitur ſanctitatem tanquam domini noſtri locũtenẽtem in terris:ac magiſtram & ducem uniuerſalis eccleſiæ recognoſcimus omnes. Te certum & indubitatum beati Petri ſucceſſorem:te paſtorem dominici gregis:te ſanctorum euangeliorum uerum interpretẽ: te doctorem ſalutaris uitæ:te deniq; clauigerum regni cæleſtis profitemur.Quo fit beatiſſime pater: ut mihi quidem lætiſſimam omnium hodiernam diem illuxiſſe ſentio:in qua diuinitus datum eſt: & tantum & tam præſens numen intueri:colere:& ſaltem integra mente:ac uera fide uenerari. Cum enĩ ſanctitatẽ tuã inter hos fæliciſſimos & cæleſtibus per ſimiles aſtantiũ ordines:in hac ſublimi ſede apoſtolica collocatam ſuſpicio:nihil aliud profecto q̃ ſuper nam illam in terris maieſtatem uideor admirari.Maiores etiam mei:qui uel Vngariæ uel Bohemiæ uel Auſtriæ præfuerunt:huius diuiniſſimæ ſedis p̃cipui ſemp amatores & cultores fuerũt.Eorũdẽ pgenitoꝝ meorũ ueſtigiis ihærẽdo te æternæ uitæ clauigerum ſumma quoad uixero reuerentia proſequar.Et cum omnes ſacræ litteræ deũ colendũ clamitẽt:huic me primũ dabo cõmendaboq;: hic meus eſt autor:meus dominus:huic oĩa debeo. Cũq; omnes homines deo referre gratias debeãt: ego illi maxime regratiari & ſeruire teneor:cuius munere factum eſt:ut ego rex naſcerer.Poteram ego unus ex plebe:aut unus ex rure naſci:ſed iſcrutabile dei iudicium me collocauit in ſublimi ſolio:nõ efferri debeo:nõ tumeſcere:nõ ſupbire:quod mihi datum eſt:alteri dari potuit quanto maior ſum natus:tanto me debeo humilius gerere:ſubiicere collum religioni:intereſſe diuinis officiis:nam cui diuinus cultus eſt cordi reliqua facile famulantur.Primũ quærite regnum dei ſcriptura dicit:poſt hæc omnia addicientur uobis Romani quanuis gentiles erãt:omnia tamen poſt religionem duxerunt:In quibus etiam ſummæ maieſtatis decus conſpici uoluerũt:nec dubitauerunt ſacris impia ſeruire.Ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia:ſi diuinæ potentiæ bene ac conſtanter fuiſſent famulata.Quid nos ueri dei noticiam habentes facere decebit. Cauebo igitur ne mihi religionem putem eſſe ſubiectam:quãuis magni principis nomine gaudeam: non dominus ſed filius eccleſiæ ſacerdotis ĩperio ĩ his quæ dei ſunt ſubiectus ſum.Theodoſius Cæſar q̃is potentiſſimus eſſet:& romanum gubernaret imperiũ Ambroſio tamẽ Mediolanenſis eccleſiæ præſulatum tenenti collum ſubiecit imperatamq; pœnitentiam pegit humiliter.Conſtantinus autem maximam ſacerdotio reuerentiam præbuit, nec iudicium ſuper epiſcopis in concilio Niceno ferre uoluit aſſeuerans deos ab hominibus non eſſe iudicãdos.Eorũdem chriſtianorum principum ueſtigiis inhærendo:ſacerdotium:ſumma reuerentia proſequi non poſtponam:Ad quod & natura & ipſe deus omnipotens:greſſus meos ab ineunte ætate direxit:ad quod omnes conatus omnia deſideria:omnes cogitationes animi mei ſemper proſpexerunt.Ego tandem meipſum:dominia & regna quæ mihi hæreditario iure debentur:tuæ clæmentiæ:tuæ fidei:tuæq; protectioni cõmendo.pro cuius ſanitatis fœliciſſimo ſtatu:nihil unq̃ arduum:nullum periculi:nulla laboris:aut difficultatis genus recuſabo. Oratio in laudibus ſapientiſſimi uiri domini Ioannis Caſtellonei Reuerendiſſimi Papiæ Epiſcopi:ac Cardinalis & doctoris digniſſimi per Ruglerium de Comite Mediolani facta.

T ſi uereor pater Reuerendiſſime:nequa fortaſſis de me animum tuũ ſubeat admiratio:meq; non ſolum inſolentiæ uerum etiam temeritatis uitio accuſes:quom ipſe adeo tenui exiliq; ingenio:& in tam tenera ætate his de rebus uerba facere audeam quæ pro rerum magnitudine grauiſſimum & eloquentiſſimum oratorem:aut magnum quendam poetam efflagitãt. Tamẽ ſingularis humanitas tua:qua inter mortales excellens:humili etiã genere homines æquo animo ſemper audire conſueuiſti me hortata eſt plurimum:ut ea ſcribere nõ uererer:quæ cum ad dignitatis ſplẽdorem:tum ad excellentiſſimæ laudis tuæ gloriam pertinere exiſtimantur.Primum itaq; mihi uideꝫ. de ſummis laudibus tuis deinde de ſingulari eximiaq; dignitate:tum de clara ac ueteri Caſtelloneæ domus nobilitate breuiter eſſe dicendum.Etenim hac ieiuna oratione non tam copiam q̃ modum in dicendo mihi quærendum eſſe uideo.nam etſi latiſſimos dicendi campos habeo:& ea mihi materies oblata eſt:in qua nemini deeſſe poſſit oratio:quo tamen aut uerborum ornatu:aut ſententiarum grauitate id aſſequi poſſim nõ inuenio.Quis enĩ p deũ ĩmortalẽ niſi ſingulari ingenio:excellentiq; doctrina tuas poſſet in omni ætate laudes nõ dicã eloquẽtia decorare ſed enumeratiõe cõplecti? Tãta eſt enĩ innumerabiliũ uirtutũ tuarũ multitudo ut in eis recẽſendis nõ minus negocii ſit q̃ in enumerandis cæli ſideribus elaborare.Quãtũ.n.prudẽtia & grauitate ualeas.quãtũ maximaꝝ pulcherrimarũq; reꝝ ſciẽtia polleas.quantũ denique in alio quouis laudis titulo præſtes.quis nõ admireꝫ. Cæteræ autẽ uirtutes: & hæ præſertim quæ in principibus maxime eſſe debẽt:humanitas prudẽtia.& diſciplinæ ſtudiũ tãto in te maiores ſunt quanto cæteros dignitate præcellis.Propoſuiſti tu quidẽ pater ſapiẽtiſſime nil melius:nilq; fælicius agere poſſe:q̃ præclara ſciẽtia pornari.Illudq; Ariſtotelis ante oculos:coràq; ſemper habuiſti ſummã fælicitatẽ claris ſpeculationibus acqri oportere.his accedit tua illa admirabilis omnibus ĩ rebus aĩ magnitudo:ſingularis modeſtia:ſũma benignitas:p̃cipua q̃dã uitæ ac mor̃ obſeruãtia:q̃bus aut cæteris uirtutibus regiis adeo præditus atq; ornatus es:ut nemo ad te accedat:q̃ nõ iã ſe mortalẽ hoĩem:ſed fælicẽ ac pene diuinũ intueri arbitreꝫ. Quæ uero fuit in aliquo ſapiente hoĩe:aut prudẽtiã ĩ reſpõdẽdo:aut ĩ tacẽdo audiẽdoq; modeſtia:q̃n illa multis ſignis prius in te fuerit a primis(ut ita dicã)in cunabulis tuis perſpecta? Nũc uero quis ſingularẽ in te principandi ſcientiã:in deliberando grauitatẽ:in cõficiẽdo celeritatẽ:in agendo gubernandoq; iuſticiã uel ſatis admirari.uel condigne lau

dari poterit? Nota hæc sunt omnibus pater Reuerendissime: nec ulla unq̃ laudes tuas ex animis hominum delebit obliuio: nulla conticescet ætas. Quare nimiꝫ uideri debet: si põtifex maximus: te hoc tali tãq̃ præclaro dignitatis munere decoratũ iri uoluerit. hæc est profecto sciẽtiæ ac uirtutis tuæ merces: hæc sunt p̃mia: quæ incredibilis ingenii tui magnitudo: pulcherrima optimaꝫ artium studia: summa totius sacræ theologiæ cognitio elegãs dicẽdi copia: p̃cipua religio: regius deniq̃ splendor atq̃ magnificentia peperunt. Omittã hoc loco summã uitæ sanctimoniã: dei ĩmortalis cultũ: quibus quidẽ in rebus eorum: quos nostra fert ætas haud quãq̃ nemini cedis. Taceo beniuolentiã in amicos pietatẽ erga parẽtes: in omnes uero humanitatẽ atq̃ clæmẽtiã. Taceo præterea reꝫ gerendaꝫ peritiã in te singularẽ: quæ qualis ac quãta fuerit perspicue declarauit idẽ pontifex maximus: q̃ te semp in magnis difficillimisq̃ rebus: & in maxima doctissimoꝝ uiroꝝ copia uno omniũ uti cõsueuit. Quid enĩ memorẽ innumerabiles fere legatiões: amplissimos magistratus atq̃ alia permulta & difficillima munera: quæ nõ fortunate minus q̃ cõstãter ac grauiter obiisti. Prætereo quãto cũ studio labore diligẽtia insudaueris ut talẽ & tãtã infidelissimi populi multitudinẽ: ad sanctã fidẽ: ac ueꝫ immortalis dei cultũ reuocares. Ad quã p̃fecto rẽ p̃ficiẽdã: nisi immensæ sapientiæ tuæ: summa quoq̃ accessisset eloquentia: haud
D existimo feros ac pertinaces illorũ aĩos te mollire potuisse. Neq̃ n. mirandũ est siluæ: montesq̃ orphei uatis lyrã sæpe sequerent̃ suauiq̃ sua modulatiõe feras: mites ac faciles ille reddiderit: cũ tu impræsentiarum hac tua incredibili dicẽdi copia: grauitate: & sapiẽtia infideles illos: & a nostris omnino legibus
E abhorrentes: ad colendũ: christianoꝝ fidẽ: & ĩmortalis dei cultũ allexeris. hic mirificã animi tui p̃bitatẽ recognosce. & q̃tas eloquẽtia uires habeat animũ aduertẽ. Posse hoc loco grauissimos labores maximas uigilias: & alia permulta uitæ pericula: quæ ingenti ac excelso aĩo p̃tulisti: cũ pro multoꝝ salute: tũ uel maxime pro cõmuni christianoꝝ fide cõseruãda recensere: quæ oĩa si a me impræsentiaꝫ p̃currenda essent: non minus longũ q̃ perdifficile uideret̃. Restat q̃breuissime de summa dignitatis gloria pauca recẽseã. Cũ itaq̃ singularẽ uirtutis tuæ p̃stãtiã cognitã: atq̃ p̃spectã haberet pontifex prudẽtissimus: & illud iuxta secũ ĩtelligerẽt oẽs tui neq̃ uita p̃babilius & sanctius neq̃ iusticia rectius & innocẽtius: neq̃ autoritate clarius & amabilius inuenire posse: in te nõ solũ sapiẽtes ueꝫ etiã gratissimi & beneficentissimi animi documenta exhibuit. Quippe q̃ hoĩum suis iãpridẽ bene meritis oĩo deuotũ. cuius fidẽ integritatẽ perseuerãtiã stabilitatẽ & iuicti sane animi magnitudinẽ mille laboribus: mille terra mariq̃ discriminibus periclitatã ac probatã haberet: amplissimis tandẽ muneribus affecit: haud q̃q̃ passus hoĩs diuinã pene uirtutẽ indonatã relinq̃. Itaq̃ cõsiderans nõ satis esse factũ uel uirtuti tuæ: uel cõceptæ hoĩum opinioni teipsum uno omniũ cõsensu Cardinalẽ p̃nũciauit. Nõ. n. postulantibus amicis: nõ patria quærẽti: nõ imaginibus maioꝝ: nõ opibus tributoꝝ: nõ diuitiaꝫ exuberãtia: nõ populari gratia: sed uirtute & sapiẽtia q̃bus Romana eccleſia maxime indigere uidebat̃. Es decus illud honorũ: & talẽ tãq̃ insigne dignitatẽ cõsecutus præcipua q̃dẽ laus accessit pontifici sapientissimo: quem cognoscerẽt oẽs in uirũ benemeritũ collatã esse amplissimã dignitatẽ & uirtutẽ ab eo tãtopere exornari decorariq̃ solere: qui nõ inhiãtibus dignitati nõ ambitionibus sed bene p̃merẽtibus illã cõtulerit. In
A hoc quoq̃ Romanoꝝ prudẽtiã immitatus: qui Scipionẽ quoniã cõsulatũ haud petierat unq̃: bis cõsu-
B lem effecere. ueꝫ id tibi accidisse puto: quod antea. M. Catoni cõtigisse tradit̃: qui quo minus gloriam petebat: eo magis illã assequebat̃. Solẽt præterea hi sublimi honores & excelsa dignitatũ culmina infla re hoĩes: eosdẽq̃ sui splendoris lumine adeo efferre: ut nedũ alios sed ne ipsos quidem satis cognoscãt: prioꝝ familiaritatũ obliuiscũt̃: nõ q̃ ipsi sint sed quid possint respiciẽtes. Ex pompa. n. & fastu æstimari uolũt: & adeo priores exuunt mores ut lethes in flumine merito oĩa mersisse uideant̃. tibi uero quẽ optimaꝝ artiũ. & sacrarũ litteraꝝ studia humana oĩa despiciẽda donauere. lõge secus euenit: nulla elatio: nullus fastus: nulla uerba elatiora dep̃hendunt̃: sed quãto sublimius teipsum euexisti tãto te geris summissius humanitatẽ uero atq̃ clæmẽtiã: quã per id tẽpus agebas nõ solũ cõseruasti ueꝫ etiã mirũ in modũ auxisti. Plura me de hac re dicere cogitantẽ: domus ipsa de sui dignitate & gloria longius sermone differre nõ patit̃. Sed unde potissimũ iniciũ sumã in tantis familiæ tuæ excellẽtissimis bonis. Si enĩ uetustatẽ quærimus hæc una est quæ priscaꝝ domuũ antiquitate sua memoriã superat. Si generis nobilitatẽ nihil clarius. Si litteratissimoꝝ hoĩum copiã nihil frequẽtius. Si maximaꝝ pulcherrimarũq̃ reꝝ sciẽtiã nihil præstantius. Si uero clarissimoꝝ uiroꝝ insignia. Si amplissimos magistratus. Si magnificẽtissimos titulos. Si excelsas dignitates requiramus: quodnã aliud hominũ genus cõpiemus hoc uno p̃stantius? Nã ut cæteros (tẽpori obsequẽs) cõticescam: qd memorẽ Reuerẽdissimũ illũ atq̃ sapiẽtissimũ dominũ brandam Cardinalẽ: uirũ: dii boni quanta grauitate: quanta sapientia: quanta deniq̃ uirtute p̃stãtẽ? Cuius res gestæ & bene facta q̃pluria huiuscemodi sũt ut nulla sit ætas laudes eius obscuratura. Possem innumerabiles eius fere legationes amplissima munera. excellentissimas domos: sacratissima templa: per uniuersum terraꝝ orbem longe lateq̃ dispersa recensere. Possem dignissimum hoc papiensis studii collegiũ: adeo pie: adeo sancte ab eo institutũ obseruatũq̃ referre: quod profecto quantũ nomini suo laudis & ornamenti quantũ utilitatis & emolumenti: cũ cæteris: tũ uel in primis uniuersæ familiæ tuæ contulerit nemo est qui nõ sentit & admiret̃? Quibus rebus successor & hæres dignissime: & si nobilitas tua satis apud oẽs insignita sit nũq̃ hoc tamẽ maioꝝ tuoꝝ splendore satis ornatũ te iudicasti: nisi aliqua tua industria & uirtute laudẽ p̃priam tibi cõparares. O felix fortunata domus Castilonea: quæ in tam paruo temporis curriculo: hos tales ac tanta dignitate uiros in lucem pro-

diderit.Quorum ꝓfecto laudes nulla hoïum facundia:nulla ſapientum uiroꝝ ingenia:nulla momenta litteraꝝ cõticeſcant.hac de re plura dicere niſi illud ſane exploratum haberẽ:nullius eſſe tantum flumen ingenii q̃ poſſet:nõ dicam ornare uerbis:ſed nec tuas q̃dẽ in omni uita laudes enarrare.Permittes igitur orationi meæ finem facere:ſi illud unũ adiecero:ut me haud q̃q̃ ea de cauſa ad dicendũ ueniſſe exiſtimes:ut uellẽ aut poſſem tibi ꝓſuadere me unũ eſſe q̃ ꝑclara uirtutis tuæ facinora poſſem ꝓ magnitudine memoriæ cõmẽdare.Sed ut aliqua ex ꝑte ĩtelligeres q̃tũ laudis & gloriæ tuæ ꝑcupidus exiſterẽ.Itaq; pater reuerẽdiſſime hæc mea dicta q̃ ex uero & ſimplici aïo ꝓlapſa ſunt:ꝓ tua ſingulari humanitate atq; clæmẽtia æquo aïo patiare:& me ſi mereor aliquãdo dominationi tuæ cõmẽdatũ habe.
Dixi.

Ad Epiſcopi uel alterius prælati electionem perſuaſio optima.

Eor uiri religioſiſſimi: uos oẽs longe demirari:q; ipſe oïum diſciplinaꝝ:& ꝑſertim artis oratoriæ ignarus hanc dicẽdi ꝓuinciam impræſentiaꝝ aſſumpſerim,ueꝝ ne forte cuiuſq̃ arrogantiæ me accuſetis:uel ſuꝑbiæ:dicam ĩprimis q̃obrẽ hunc locũ aſcẽderim:quod quom audieritis.Siquid forte in dicẽdo a me prætermiſſum fuerit:aut minus accurate dictum q̃ dignitati ueſtræ cõuenire uideaẽ:plene cõfido uberẽ uos mihi uniuerſos ueniam ĩperituros. Eoꝝ q ſummũ q in me ĩperium habẽt tremẽda iuſſa:hoc dicẽdi onus meis modo rationibus allegarunt:q̃bus reſiſtere nephas eſſe exiſtimabam.Malui &enĩ a uobis ridiuſculum uniuerſis:q̃ inobſequentẽ iudicari:quandoq; dẽ id in religionẽ quam ꝓfitemur uideaẽ eſſe maximum:ut patribus atq; ſupioribus noſtris haud contanter pereamus.Siquid igiẽ a me in ꝑſentia dictum erit:aliqua quod ex parte accuſationẽ ꝓmereaẽ: Id quæſo uenia dignum ueſtra ꝓ facilitate iudicetis.Et ne diutius ſuſpẽſo uos aïo teneam: ornandum mihi eſt de electiõe ꝓuincialis:q ea uita ſit:his moribus eaq; doctrina ut nos oẽs rite:recteq; regere: & gubernare poſſit.Quibus autẽ rebus talẽ hoïem redimitum eſſe oporteat ſcitis oẽs:quod ſatis me perſuaſum facit:ut breuioribus uerbis hæc oratio a me ſit habẽda.Nam q̃s ueſtrũ ignoret:primum hunc hoïem q nobis præeſſe debet iuſticia decorari oportere:qua ſine nihil eſt quod bene:laute q̃ regi : aut inſtitui poſſit:ſiue id corpus:ſiue aïam inſpiciat.poſſem q̃ppe in medium multa exẽpla:uariaſq; hiſtorias afferre:q̃bus ꝓbarẽ ex magiſtratibus iniuſtis:atq; ꝑlatis iniq̃s maximam pernicieẽ:& detrimẽta innumera mortalibus obtigiſſe:q̃ cõpluſcula ex ꝑte connumerarẽ.Niſi hæc aïo ſedere ueſtro arbitrarer. Prudẽtẽ deinde hunc uiꝝ eſſe cõdecet:ut is ſua prudẽtia noſtras queat rationes atq; fortunas cõtutari.Quid ſubinde de fortitudine dixero:ea ſane tã neceſſaria eſt ei:qui nos gubernaturus eſt:q̃ uniuerſis titan mortalibus:cuius certo carẽtia oïbus in feris animantibus cladẽ cõpareret extremam.Deligamus itaq; eũ:aïo qui ſit infracto atq; incõcuſſo:oẽs infortunas quæ nobis obtigerint:ut is intrepide rebelles:religioniſq; noſtræ inimicos obtũdat:atq; longe repellat.Neq; id uos latere debet ſapientiſſimi patres,eũ q nobis ꝓfectus ſit q̃ modeſtiſſimũ eſſe oportere,ut iam oẽs praua cupiditates ĩmoderatoſq; animi affectus ab ſeſe longe abiecerit.Nam quo pacto q̃s unq̃ aut qua lege alioꝝ cupiditates frenabit.q̃ ſuas cohibere nõ põt?Neminẽ ꝑterea adhuc legimus aut uidimus q recte illum ordinem.aut hominũ ſocietatẽ rexerit.ubi ſeipſum emẽdare nequerit.ſuãq; uitã melioreẽ in partẽ redigere.hæc enĩ illa uirtus eſt hoïes quæ perbeatos effecit.quandoquidẽ uoluptates oẽs aufert uanaq; oblectamẽta ſegregat.& quicquid ratio cupit.illa libens complectiẽ.facilitas ꝑterea atq; optata comitas.illi haud quanq̃ debet eſſe aliena.ut unũquẽq; ex grege ſuo cui ꝑfuerit.patiẽti æquo aïo audiat.ſuãq; honeſtiſſime foueat cauſam qua enĩ q̃s autoritate.dignitate.magiſtratu.ſapientia cæteris fuerit ꝑſtantior.eo maiori. atq; locupletiori illũ benignitate cõuenuſtari oportebit.Erit itẽ ille nobis prouincialis deſignãdus: noſtri qui ordinis atq; totius regionis cultor ſit maximus:& gregẽ ſuũ:& quæ diuinũ ad cultũ attinere uidebunt:aïo flagrantiori:atq; maiori ſtudio ꝓtractet:ac iugiter ſua mẽte reuoluat.Aduertẽdum quoq; erit q̃ is litteraꝝ copia redundat:ne illa animi cæcitas:aut ignorantia ordini noſtro ullã poſſit labem: aut ĩcõmodũ afferre.Adſunt ſæpe bonaꝝ artium religionis,bonoꝝ moꝝ ordiniſq; noſtri oppugnatores:q̃ ſciẽtia falſis in argumentationibus abutunt quos niſi q nobis præſunt contrariis argumentis:& ſumma ſapiẽtia reprobauerint:æternam notam:atq; æternũ dedecus illabimur.Quãobrẽ id curandũ eſt diligentiſſime:ut eo regnamur:q nõ modo uirtutibus ſuperioribus:ſed doctrina quoq; ualeat plurimũ quo poſſit oẽs q nobis litteratura obeſſe uoluerit ad modũ refellere. Quid plura dicã?illũ deniq; in ꝓuinciale noſtrũ deſignandũ:& laudo & ꝓbo:cui ea oïa inſint:q tanto regimini:& tã amplæ ditioni cõuenire uideaẽ.ut oẽs ĩtelligant atq; ſentiant huic electioni ſummo ſtudio.cura diligentia ꝓptitudine,uigilantia.nos uniuerſos operã enauaſſe.Neq; ſi in magiſtratibus ſecularibus ꝓcreandis ſumma accuratio adhibenda eſt:quanto locubratior ac uigilantior cura ſeruanda fuerit:in his q ad religionẽ decernãt ꝓcurãdã atq; cõtutãda.Id mõ rſtat ſapiẽtiſſimi pres:q̃q̃ nõ opus eẽ arbitror:ut cõmonefaciã: ne q̃ſquã ueſtrũ ullo animi affectu hanc ĩ electionẽ cõtrahaẽ: ſed aïo ſincero atq; imaculato:quod fore reor:is uniformiter a uobis eligaẽ:uirtutibus qui ſuperioribus ut iſignitus:at longe ornatus:Quod ſi a uobis factũ erit:hic inter mortales gratiam:& religiõis noſtræ ſummũ ornamẽtũ:atq; apud diuos cælites æternã gloriã conſequamur:Ad quã nos ꝓducat q uiuit & regnat ꝑ infinita ſæcula benedictus.

Exhortatio in clerum ſaluberrima:In qua clericorum uita deteſtantur:& ipſi ad uirtutes inuitantur Incipit.

Ellem patres Reuerendiſſimi:tantum uirtutis atq; animi roboris in me eſſet ut quæ nũc uerbis ſum enuntiaturus:poſſem ipſis:atq; exemplo rite omnibus comprobare.Ea demũ ꝓfecti

est hominis ac sapientis uiri prudentia:parem uerbis præstare probitatem:& cū quid recte dixeris ad alios cohortationē:teipsum ꝓbare faciēdo.Nec.n. ꝓdest plurimū uitæ mortaliū:quos cōmodis secundū institutionē uestrā cōsulere debetis:nō tantū uitiis peccantiū atq; in illis coarguendis uos acres ꝓbere sed bene uiuēdi officiis ac rectissime uitæ cursu cohortari ad uirtutis uestræ imitationē. ꝑmultū qdē in animis inhæret:quæ ipsis oculis uidemus magisq; cōmouemur ad rectā uiuendi rōnē: ꝓbitates hoīum inspiciēdo & uitæ integritatem q̄ audiēdo uerba ampulosa:& magnificas snias:ꝑsertim a dicentis uita discrepantes.At ille q bene uiuēdi formulā docet exēplo sui.alios uero uitia non solū uerbis sed rectis operibus repræhēdit:hic extollēdus ē iter cæteros:hic doctor bonus:& uitæ magister haberi debet:fragiles nos ac ꝓnos natura cōstituit ad peccandū:sensuū dedit blandimenta:multas q̄bus alliceremur palā posuit uoluptates:cupiditatū illecebras quodāmodo īfinitas explicauit:uirtutē uero tanq̄ oīum regis dominatricē in arduo quodā loco atq; in excelsa arce collocauit:ad quā nō licet nisi
A summis laboribus ꝓuenire:ut poeta nobilis inqt Esiodus:deos sudoré posuisse: q̄difficilis eis cōsequé
B dæ uirtutis facultas esset ostēdēs.Itaq; si uelim detestari auariciā.si luxuriā:si superbiā:si ambitionē:si re-
C liquas itē animi pestes:amplissime id copiosissimeq; possem facere?Incipiens ab illa malos oīum parēte atq; effectrice:magna uoce diceré:Illā pecuniæ studiū habere:quam nemo unq̄ sapiēs cōcupiuit: no
D stris ībutam malis:corpus aīumq; uirilē effœminare:nulla dare aīo qetē:mō huc modo illuc agere illū & rapere:turbinis modo & ꝓcellæ.Multis exēplis ꝓbaré:plurimos malos iniciū & causam mortalibus extitisse:nihil sanctū habere:nil æquū:nisi iustū:nil chas:præter pecuniam:nō seruare religioné erga dominū:nō pietatē in parentes:nō caritatē in proximos:non in cæteros dilectionē sed turbatis humanæ societatis officiis:oīa ad q̄stū:oīa ad commodū suū referre.Etenī nullam seruare iustitiā: nullā colere pietatē:nulla æquitatis iura tueri:qui arcet auaritia:qui habet rebus oībus pecuniā cariorē.Hæc est.n.illa quæ nos reddit simillimos beluis:ut in fabulis accepimus:Vlyssis socios in uaria fe
E ras monstra uertisse:q ab omni rōne sensuq; aduocat.Cui ne sapientes quidē qui sunt habiti resistere ualuerūt. Ná qd de simonia dicā?q; de ea quæsti sunt ꝓmulti:est id qdem dignū q̄rela. iniq̄ssimū ē.n. cū quod uirtute effici debet.id tentet pecunia.Sed tamē nō magis mihi pōtificū culpa uidet.quā eorū qui ista quærūt.nūquā.n.uēditores extitissent reges sacras.nisi uos fuissetis emptores.In quo tamē nō uideo quid pōtificibus possitis exprobrate nisi q; in magnis ipsi peccāt uos ī ꝓuis.Sūt quidē multi qui ex beneficiolis quæ cōferūt nō exigūt pecuniā:sed extorquēt:id iure suo & cōsuetudine se facere asserētes.nō.n.illā simoniā dicūt sed debitū.hoc eodē mō euenit:quēadmodū cū lupū ꝓsequētes:raptorē illū:furē:ꝑdonē uocamus:ipsi nihil aliud doleamus nisi q; pdā in quā inhiabamus eripuit:& ne nos fu
F res essemus effecti.Nūc qd loquar de superbia?q̄tū illa nobis ꝓberet tpis ad dicēdū.Primū nāq; scimus: eā cælo eiecisse pentē nostrum primarium:beata uita priuasse:societates sanctissimas diremisse:multa bella iter hoīes excitasse:īfinitas domos euertisse:& urbes q̄plurimas:deniq; & fuisse & esse quasi pestiferas quoddā calamitatū nostras sæmē.Quod cōe uitiū ambitio:nōne ea nullū terminū habēs plurimos mortaliū ita est cōplexa:ut coegerit desistere a recto tramite rōnis?Nō ē q; æstimetis puas uires huius esse ad ꝓuertēdū status nostri qetem:uersat pectora nostra:nec sinit nos rebus mediocribus esse cōtētos?hæc iter prima gētes dominia:hæc īperia excitauit:hæc respublicas ꝓuertit:hæc uastauit prouincias:hæc olī scismata &.ꝓcreauit & fouit.hypocrisim ad nos induxit:dū q̄sq; uideri uult dignus ho
G nore:quē postulat. Et quoniam cœpimus: diligentius de qua loquimur hypocrisim contemplemur īmanent bestiā:sæuissimū monstrū:fraudis:escā pabulū iniq̄tatis:q̄ sola ītēta ē ad fallēdū.Reliqua animantia cū nocere uolūt nullis īsidiis id agūt:nulla simulationis specie:sed palā huius uitii exptia.at hypocrisis cū maxime nocere studet:simulat se ꝓsuturā:ut prius corpi nostro uulnus īfigat:q̄ qs illius tela potuerit cōspexisse.Ex oī nāq; genere hoīum:quos uariis uitiis īgenios & ad malū ꝓna coinquinat īprobitas:nullū neq; ꝓmptiosius:neq; odibilius esse reor:nec seueriori cēsura aīaduersio neq; plectendū:q̄ eos qui cū puersæ mētis:animiq; mali ignātis sint:tamē fingēdo id callide & conanter agūt:ut sancti & ītegerrimi hoīes:oīq; carētes uitio habeant.hi sūt quos uidemus nō tā uestitos pānis q̄ īuolutos uestibus quos sunt illa pgrādia & pēdētiū capitū tegmina:monstra hoīum & portēta:tunicis tāq̄ culeis insuti q̄bus si esset aliquid sinceritatis nūq̄ tantope studerēt hāc eos pannariā sanctitatē oculis nostris obiicere:sed ītegritatē animi sub cōi & usitato habitu latere paterent:studerētq; potius ut hoīes nescirēt eos bona:q̄ ut scirēt:quod isti minime faciūt:sed inculcāt ea oculis nostris & ꝓpalā ostēdūt:ꝓ quæ se sanctos & ītegerrimos cupiūt existimari.huic sordidæ deformationi habitus:tristitia uultus:& deiectio frōtis adiūgit:quæ & ipsa ostētādi & decipiēdi īstrumēta sūt maxīa:ut & cognomē uestrū in desit tractū hypocritæ tristes:motus oculos grauis:obtorta crinis.sputus frequēs.nō tā ab astinentia ciboq; quā anhelatione proueniens.Nā hoc habet hypocritas studiū.faciem exterminat.corpus īpinguat.quæ sub uestes latēt ad opera uoluptatis quæ supereminent ad fictionem sanctitatis exercet.Sed quid ego de uerbis eos loquar?in quibus nihil est simplex.nil ues:nil sinceꝝ.& quod īdignissimū ē. peccata in aliis acerbissime castigant.quibus ipsi præcipue obnoxi sunt:alios demerita redarguūt.suorum penitus ignari.&.cū in cæteros oculis paleā diligēter inspexerint.ipsi trabem nō sentiunt in suis. Quāmultus eius sermo de conscientia.q̄multus de ītegritate.de iusticia de cōtinentia.de humilitate. hinc aduersus īprobos inuehūt.uociferāt.insaniūt.sed iidēipsi ubi omissis uerbis ad res puenerint.quasi alii quidē hoīes.& propriū præceptos obliti.per fas & nefas cūcta facere ꝓperant.quæ prius in aliis

deteſtabantur ut cum eorum uita mirum in modum pugnet oratio. Et quidē omniū hypocritarum una eſt regula, unum deniq; inſtitutum ut uerba eorum optima ſint: facta autem peſſima. Non igitur ueſtis hiſpida: & talos aduſq; profluxa toga: non prægrande capitis tegmē: non triſtis & ſeuera aliis pec catis caſtigandis: ſuis ignoſcendis curioſitas: non importuna templorum frequentatio: non admurmu ratio picturarum bonum uirum efficiunt: uera ſinceritas animi iſtuc præſtet oportet, non improba & captioſa oſtentatio ſui: Nōne hic hypocrita bonus & integer uir omnia contrafacere reperietur, q̄ tu fa cias? Et recte quidem: Tibi propoſitū eſt ut bonus uideare. Illi ut ſit bonus. Tu facie exterminas ut ap peas hoībus ieiunans: ille lauat & ungit ne ieiunus appeat. Tu ueſtes induis quæ oculos hominum in admirationem humilitatis & honeſtatis tuæ conuertat: ille conuertantur ne in admirationem oculi: communi ueſtitu calceamentoq; utitur. Tu tēpla infeſtas: ille modeſte adit. Tu figuras attrectas: ille ſe cum ipſe tacitus deum perorat. Tu ploras inter ſacra: ille lætatur. Tu triſtitiā uultus præ te fers: ille hi laritate. Quid ad hæc reſpondes hypocrita? nōne bonus & ſincerus uir hæc facit oīa: quoꝝ tu contra ria facis? Quid igitur miſer hāc ſanctitatē tuā oculis noſtris inculcas? quid uerba iactas? q̄d te oſtētas? quid intumeſcis? qd in aliis repræhēdis? te bonū falſo ſimulas. Nōne oēs integritatē & ſeueritatē finge re poſſemus? nūc ipſe conſcius eſſes iniuriarū tuaꝝ. Nec ego ſolū de religioſis: ueꝝ & de ſecularibus lo quor: in utroq; genere hæc infanda reperiē peſtis. Apud hos caue quæſo pecuniam deponas: caue q̄q̄ credas: caue tutelā liberorum cōmittas: caue ad pudicitiam filiarum filiorumue tuorum aſpirare poſ ſint. Perſuade tibi (nam perſuadere tuto potes) hoc eſſe nocentiſſimum genus hominum: & cunctis fla gitiis ſceleribuſq; coopertū: calamitatem euerſionemq; propinquoꝝ quærentes ſpoliatores uiduarū pupillorūq; omniū deniq; qui aliqua in re eorum fidei ſe cōmiſerint euerſores. hos fuge. hos uita. cum his nihil rei unq̄ tibi ſit: ſi q̄tē amas. Nihil eſt. n. quod hypocritis tuto credi poſſit: cum omnia eorum ſimulata ſint atq; ficta. Nec ego ſalutares monitiones ac exhortationes diuinarum rerum repræhēdo ſed fictiones deteſtor: & ab his qui ſanctitatem & caſtitatem profitentur: conſentaneā profeſſioni ſuæ tuæ requiro. Vultum autem & geſtum & inceſſum & uerba ad ſpē integritatis ſanctitatiſq; formare. intus uero turpiſſima uitia retinere. aliena peccata ſeuere diſcutere. ſua faciliter ignoſcere. & bonus ui deri cū nō ſis. idq; ad deceptionem hoīm facere. tetrū & flagitioſū ac deteſtādū dico. hoc ē qd' ī te hypo crita reꝑhēdo hoc ē qd' carpo atq; deteſtor. Et qd ē qd' deus ī ſermōibus ſuis acrius deteſtat q̄ hypocri taꝝ puerſitatē? qd qd' tā crebrius repetat: cui uæhementius ac terribilius cōminat? qd maiori odio ma giſter ille ſupræmus eſſe ſibi oſtendat. hæc formida igitur o hypocrita dū tēpus eſt & ante iudiciū. cū illo cōminatore quē falli non licet redi in gratiam. omitte has fictiōes quibus fallendi gra hactenus ſtu duiſti. ueris magis uirtutibus q̄ ſimulatis inhæreas: uultu & ueſtitu cōi utere. nec tibi tanta cura ſit ut hoīes de tuis bonis ſciant q̄ ut neſciant. In uitia autem aliena non curioſus ſis. ſed in tua. Mitto nūc ſtu diū gulæ. quæ corporis noſtri mancipia nos reddit. dū uētri ſeruire ſtudemus: uaria quærentes palatis oblectamenta. mitto lram. Inuidiam. Luxuriam. mitto etiam reliqua. dies. n. me deficeret ſi per omniū genera uitiorum diſcurrens quanta incōmoda mortalibus attulerunt percenſerem. Quis. n. non facili ter abūdeq; illa tractaret? uel mutus & e linguis eloquēs eſſe poſſet in tam lata materia & tā ampla? ui tiorum quidem referta ſunt oīa quæ undiq; agmine facto irruūt. in nos circūſtant. premūt. quottidie animæ tēpeſtatibus iactant. ut difficile ſit in portū ſe ab his uēdicare. Magna eſt præterea improborū licentia: cateruatim redūdantiū. ſummi. infimi. mediocres prolabunt. Et quid eſt (ut cōia enumeré ui tia) q̄ longe clientum ac familiarū agmine ſtipatus incedis? quid q̄ nil cōmedis. nil bibis niſi præguſta tum? nullū audis niſi flexis genibus? inſtar ſimulacri louis ac Martis? Quo more? quo exēplo tu homū cio ex cœno & luto compoſitus tā inſolens euaſiſti? An euangelium chriſti & apoſtolorū doctrina te il la facere docuerunt? Quid q̄ tibi ſumptuoſa ſunt conuiuia? epulæ magnificentiſſimæ? uaria ferculoꝝ genera? pocula exquiſita? ueſtium crebra mutatio. Quid q̄ equoꝝ tibi maior cura eſt multo q̄ pauperum chriſti an talia ſanctorum patrum fuerunt inſtituta? an talē uiuēdi normā cæteris præbuerūt? ꝓfecto minime. O te miſerū. O infælicē. uel q̄ ſciens tam fraudulenter peccas: uel q̄ neſciens ignorantia tua delectaris. Nō ꝓſpicis: nō conſideras: ad quoꝝ utilitatē ad quē finē hæc ampla eccleſiaꝝ patrimo nia ſint conſtituta. non uti raptori tibi cōmiſſa ſunt: ſed ut cuſtodi & diſpenſatori: nō tua ſunt ſed pau perum. Et ideo decimas: atq; primitias: frugum primogenita: uel ſacrificia pro peccato: uel uota: quæ ſi bi deus iuſſit offerri: ſacerdotibus aut miniſtris miniſtrantibus neceſſitatem patientibus diſtribui de bere cōſtituit: ut deuotiſſimo populo neceſſaria uitæ miniſtrante ipſi creatori ac paſtori ſuo liberis mē tibus miniſtrarent: atq; in eius cultu ſine ulla ſollicitudine corporali proficerent: ne terrenis occupati onibus implicati: officio ſuo dignas excubias ſtrēue curare qui poſſent. Quapropter poſſeſſiōes quas oblatas a populis accipiunt ſacerdotes uel miniſtri pauperū: iam non ſunt res mundi credēdæ ſed dei. Et quæ dei ſunt carnaliter aut per pompam mundi non debent diſpenſari: & eis non ut ſæculi rebus: luxurioſe aut cupide: ſed ſancte ut deo conſecratis aut cōtinentiæ dedicatis: ſolummodo ad neceſſaria pauperum uti debent ſacerdotes. Sed reformentur in nobis nunc hæc uitia: abiiciamus opera tenebra rum & induamur arma lucis. Opus ē. n. ſanctū. laudabile. honeſtum. Multæ corruptelæ: multi abuſus ſunt tollendi ex ſanctuario dei: purgādus aer: & fontes amputādi: ut coniectum ſæmē fructū multipli cē nobis reddat: deponite ergo opes. faſtū: ſupbiā. auariciā. libidinē. & cæteras animi peſtes. Amate pau pertatē: paruo ſitis contenti: non appetatis dignitates: intuemini ſaluatorē noſtrū: qué uerbis tantū ſe-

quimur:operibus uero perſequimur. At ille inquit. Diſcite a me quia humilis ſum & mitis corde: exẽplũ. n. do uobis. Diſcant a uobis hoĩes: humiliemini uſq; ad mortẽ ſi opus ſit: Non ſequamini religionẽ diuinã ꝓpter quæſtũ ut pleriq; oẽs facimus: ſed ꝓpter ſaluteꝫ aĩarꝝ. Quid tandẽ dicã? nõ eſt uita ueſtra ſecundũ diuina euãgelii præcepta: nõ ſecundũ apoſtolorꝝ: & aliorꝝ ſanctorꝝ patrũ ueſtigia: quorꝝ ĩ hæreditatẽ intraſtis inſtituta. Illi. n. ſanguine ſuo hanc uobis eccleſiam peperũt: uos aliorꝝ ſanguiné abſorbetis: Illi corporũ torméta ſuſtinuerunt ob fidei corroborationẽ: uos ad ipſius deſolationem torméta pluribus hoĩbus ĩfertis. Illi inſequebanꝫ inopiã: uos opes quæritis: gaudebãt illi pauptate: uos diuitiis. Illi potẽtiã mũdanã aſpernabanꝫ humilitatẽ ſequẽtes: uos dominia & elatio delectant. Illi diligi & amari ſtudebãt: uos metui uultis. neſciẽtes q; nũq; timor cum dilectione & caritate miſceꝫ. deniq; ad ſaluteꝫ illi noſtrã ꝓficiebãt: uos uidemini ad perniciẽ cõſtituti. Quid ergo mirandũ eſt: in tãta uita ac morum diſſimilitudine: tanta nequicia. tanta peruerſitate: perſonas eccleſiaſticas iam eſſe odio hominibus cœpiſſe? cũ quiſq; bene loquaꝫ: male uiuat: non in emendationem ſuã ſit diligẽs: ſed in aliorum repræhenſionẽ: cum ſacra prophanet: cum uendet eccleſiaſtica ſacramẽta: cum qui uirtutis exempla eſſe debẽt: ſint ſimulacra uitiorum. In tanta igitur rerum tanta uitiorꝝ peruerſitate: nihil ẽ quod noſtris meritis: noſtris operibus nos putẽ cõſecutores: oĩpotentis dei auxilium ẽ implorandum: porrigẽdæ preces: ut noſtris calamitatibus ſuccurrat. Exaudiet uota noſtra ſi nos dignos fecerimus q; exaudiamur. digni autem erimus ſi abiectis uitiis cum uirtute uiuemus: ſi mores mutabimus: ſi concordat uita cum moribus. Non. n. placaꝫ deus lingua ſed affectione cordis. Nimis diu iacimus in uitiis: unde erui difficile erit non inquinati ſolum ſed pene ĩfecti errauimus docti piter & indocti: ſed doctorꝝ hoĩum maior ẽ culpa: qui eorꝝ doctrina tam male abutunꝫ: diligẽtius. n. loqui q̃ uiuere didicerunt. Quare pres Reuerendiſſimi excitemus nos aliquãdo: a diuturno ſomno expergiſcamur: demus operã uirtuti: quæ q; q; d attigerit adducit in ſimilitudinẽ ſui pereamus rationi: quæ cũ ſit pars diuinitatis qui parebit illi deo obtẽperabit. Oẽm ſordẽ. oẽm labem ex aĩo depellamus: honores. dignitates. pompã ꝓpudẽdamus. pecuniam cõdẽnemus. nõ inhiemus his rebus: in q̃bus habet fortuna poteſtatẽ. quarꝝ poſſeſſio inſtabilis ẽ & incerta: quãtũ ſat eſt corpori ĩpendamus: illius obſiſtamus cupiditatibus: nã q; corpori ſeruiet: ſeruiet ĩpotẽti. ingrato. inexplebili. in quod quo plura congeſſeris: eo maiora impabit. Qui. n. corporis ſui nimiã curã habet: is mihi uideꝫ eſſe omnino oblitus ſalutis ſuæ: Nõ ergo aut corpus: aut hæc quæ uulgo appellanꝫ bona diligamus: infirma. caduca. ad paruũ tẽpus duratura. æterna ſunt illa in quorũ hæreditatẽ uocati ſumus. quæ debemus appetere: ad quæ breuiſſima uia eſt per cõtẽptũ rerꝝ externarũ: quas ſiquis auidius cõcupierit: amplũ iter animæ ſuæ cõſtruit ad ruinã. Equidẽ mecũ cogitãs: noſtrarꝝ calamitatũ maximã parteꝫ eſſe reor: q; ſtultitiæ noſtræ acq̃eſcẽtes ſapientiam non amamus: nullo in precio illam habemus: floccipẽdimus eam: quæ ſola nos poteſt efficere beatos: nos reddere pares deo. Nã q; d eſt aliud ſapientia: niſi diuinarum humanarũq; rerũ cognitio: qui autem diuina cognouit ad eorꝝ normã uiuat neceſſe eſt: ſimillimũ ſe illis efficiens: cuius doctrinam imitaꝫ: Illa. n. inſtruet uitã noſtrã. Illa nobis monſtrabit quẽadmodũ malicia depellenda ſit: bonitas appetenda: Illa nos docebit eccleſias noſtras regere: hæc admonebit rationẽ pauperũ eſſe habendam: bonis uiris & iuſticiæ fauendũ: ſanctorꝝ geſta patrũ ad memoriam reuocabit: Illorum tum dicta: tum facta ante oculos ponet incendet nos ad illorum imaginem: & ad ſimilitudinem ſui perducet. Et quam uolumus aliam ſapientiam: quam ſaluatorem noſtrum dominum Ieſum chriſtum: ſuis humeris crucem ferentem: nos exẽplis: nos uerbis ſuis ad æterna præmia inuitantem. Illum ut uerum ſapientiæ fontem ſequamur. Omnia hic bõa fortunæ tanquam nullius momenti a nobis ſegreganda eſſe: Si regnum dei quærere uolumus præcipientẽ: ad bona illa æterna tam ſalutifere cohortantem: & mãdantem: ut ea relinquamus: quæ corpus & animas poſſunt perdere quæ nos tamen mente (neſcio qua) peruerſa quærimus: appetimus: abutimur ſpõte noſtra: tãquam ad uoluntariũ interitum properantes. O cæcas mentes: o peruerſas noſtras cupiditates: habemus ſapientiã in aperto poſitam: cuius plurimi ſe doctores inſulſiſſime profitentur habemus ſaluatorem mundi omnis ſapientiæ fundamentum: habemus huius ſapientiæ tã multos egregios monſtratores: & tamen nihil his cõmouemur: ducimur a uitiis: rapimur neq; ullum auxilium imploramus. Iãiam ſarcinolæ colligenæ ſunt noſtrorum operum nõ componendæ. reuocemus nũc pedem non in lubrico ſed in ſolido conſiſtamus: aduerſus agmina uitiorꝝ belligerãtes: Aſſumamus ſcutũ fortitudinis: & nos ab inſidiis ſathanæ tueamur. Id agamus ut cũ ratio reddẽda erit uillicationis noſtræ: coram iudice æterno: cuius cenſura magnopere timenda eſt intrepide illã: & mente firmius reddere ualeamus Requiretur enim a nobis non quid edificauerimus in terris ſed quid a nobis theſaurizatum fuerit in cælo. Non ſolum factorum: ſed dictorum quoq; & cogitationũ ratio poſceꝫ: non licebit tunc mentiri non ſimulare non diſſimulare. Nõ occurrẽt auxilio miniſtri: nõ aderunt aduocati: tibi pro te cauſa dicenda erit: patebunt ſcelera non tantum commiſſa: ſed excogitata. Non erit pœnitendi locus pro commiſſis: cuiquam reddetur ſecundum opera ſua. O diem illum infælicem multis & calamitoſum: ex his qui nũc perbeati fore uidentur: quantũ ille ab huius ſæculi ſplendore diſtabit? Quæ pœnæ? Qui cruciatus malemeritis parabuntur? Reuocate quæſo diem extremum illum animis ueſtris: & antequã ueniat mente præoccupate & uos ad extremum terminum præparate. Neſcitis enim qua hora uenturus ſit: ne cum uenerit uos inuenerit dormientes. Mors quidem nos circunſtat: urget. inſequitur: danda eſt opera ne incautos nos opprimat: Nihil enim eſt certius morte. Hora mortis nihil incertius: Morimur

autem quottidie:& quilibet actus dies morti accedit. Qua in re licet ſtultitiam noſtram fateri:q ſpes infinitas in rebus humanis nobis proponimus:in longum noſtras protrahimus cogitationes. Quis.n. eſt tam firmo corpore:tam certus ſui:ut ſibi polliceri poſſit ſe in poſterum diem uicturum: Quid ergo gloriam in hac fragili uita & mortali:q̃ uerius interitū nominare poſſumus:quid in ea figimus ſpē noſtram quam incolimus tāq̃ aduenæ:quam ſicut peregrini pertranſimus:ad incertum tempus uſum illius adepti:ad maiora quædam geniti ſumus ad uirtutem.ad laborem.ad cæleſtium rerum contemplationem. At iniquitates a mentibus noſtris repellantur. Amemus pacem.caritatem & cōcordiam diligentes.ſtudeamus deo placere & non mundo quē qui ſequitur ſaluus eſſe non poteſt.& qui uero deo adhærebit.hic uitæ æternæ præmia conſequetur.Finit.

Pro Seneriſſimi Romanorum Regis domini Federici iu
cunda receptiōe.ex parte cōis Bononiēſis Oratio Peroti.

Iqua fides ueri præferri maxime Cæſar:Temporibus poſſunt ſæcula nulla tuis.Quando magis tuos licuit ſpectare triūphos.Quando palatim plus meruere dei Pulchrior & melior quo ſub duce patria tota.Sub quo libertas principe tanta fuit.Libuit enim mihi in tanta omniū expectatione.in hoc clariſſimorum uirorum conuentu.in hac tanta celebritate.lepidiſſimi poetæ uerbis affari te Inuictiſſime Imperator.Nam quem me unum ex omnibus ad tantam rem obeundam minime idoneum.clæmentiſſimi principis noſtri ſingularis humanitas dignum fecerit. qui & maieſtatē ſacri nominis tui:in ingreſſu huius noſtræ urbis pro more cōſuetudineq̃ laudarem.& ei ꝑ immortali eius gloria gratularer non uidi? Equidem quibus uerbis exordiri melius poſſē q̃ is quæ uno tępore.& incredibilē noſtram lætitiam ex aduentu tuo ſuſceptam oſtenderent.& ſingularem noſtram erga tuā maieſtatem obſeruantiam demonſtrarent.& tui ſacri noīs īmortalitatē extollerent.& auidiſſimā omnium de te expectationem declararent. Aſpice quæſo Cæſar ſapientiſſimum uirū principē noſtrum: Aſpice clariſſimam hanc noſtræ urbis nobilitatē.quēq̃ ſuo ordine cerne & contemplare.mares.fœminas adoleſcentes.iuuenes.uiros. Quis eſt qui nō ſingularē ac pene īcredibilē uultu ipſo ac facie lætitiā præ ſe ferat? Arrident mediuſſidius pietes ipſi.tecta ipſa lætitia geſtiunt.totaq̃ urbs tātum uiſura triūphum circūfulſa ruit. Verte quoq̃ uerſus tuos ſacratiſſimos oculos Cæſar.nihil profecto uidebis.ob hunc expectatiſſimum aduētum tuum.& iamdiu ab oībus deſideratū nō plenū gaudii.nō plenū lætitiæ.nō plenū hilaritatis.uidēt.n.uniuerſi atq̃ animo ſuo cōtēplantur eiuſmodi ſibi hodie diē illuxiſſe quo uel gratiorem uel iucundiorem.uel magis eoꝝ nomini glorioſum & ne optare quidē potuiſſent. Nam per immortalem deum qui accidere poteſt aut homini maior laus:aut ciuitati gloria:aut patriæ claritas q̃ eius uiri præſentia illuſtrari.extolli decorari:quo(ſit ſanctiſſimus Romanus pontifex ſemp exceptus)neminem per uniuerſum terrarum orbem ſol uiderit uel potentia parem:uel dignitate maiorem:uel nobilitate generis:uirtutum præſtantia:& rerum geſtarum gloria clariorem. Vtinam mihi a diis immortalibus datum eſſet:ut diuinis laudibus tuis ſacratiſſime imperator ſi non omnino ſaltem aliqua ex parte parem eloquentiam præſtare poſſem.Sed uereor ne ſi de his aliquid dicere incipiam in medio ſermone mihi deſit oratio.Quod enim tantum flumē ingenii? quæ dicendi tanta uis tanta copia quæ nō dicam exornare: ſed enarrare uel potius attingere Cæſar res tuas poſſit? Nam ut imperatoriam maieſtatem præteream:cuius excellentia:dignitas:atq̃ amplitudo tanta eſt:ut modeſtius ſit de ea ſilere:q̃ tenuiter loqui.Cum diuina potius quædam res:q̃ humana uideatur:ut tuæ familiæ nobilitatem omittā:quæ tot iam ſæculis inter tot nobiliſſimas antiquiſſimaſq̃ totius germaniæ domos quaſi Sol quidam illuxit.Ex qua iam quattuor Romanorum reges fuere:quos tu Federice Imperator nunc Quintus ſequeris.Et quæ quam plurimos habuit clariſſimos uiros:atq̃ omni laudum genere ornatiſſimos qui diuerſa etiā Regna: Bohemiæ:Vngariæ:Poloniæ.uel ſingulari uirtute compararunt:uel ab aliis relicta incredibili ſapientia gubernarunt: Vt item res a maioribus tuis diuerſis temporibus præclariſſime geſtas:Quas cōnumerare infinitum eſſet prætermittam:quis adeo omni genere dicendi cumulatus orator reperiri:uel ut quod ſentio dicam excogitari poterit qui diuinas uirtutes tuas:qui res a te præclariſſime geſtas animo:ne dicam oratione complecti poſſit:Quanta:quāq̃ admirabilis ſit ſapientia tua Cæſar:tum omnis tua anteacta uita declarauit:tum uel maxime q̃ nuper poſt Romani noſtri pontificis in apoſtolicum tribunal aſſumptionem:te autore te duce diuiſio:& execrandum ab omnibus ſciſma in eccleſia dei e medio ſublatum:ac prorſus extinctum fuit.O diuinam diuini principis uirtutem.O admirabilem religionem.O ſingularem ſapientiam:inueteratum iam tot annis errorē tu Cæſar ſuſtuliſti:Iniectam(neſcio quo fato)tot principum:clariſſimorumq̃ uirorum caliginem illuſtraſti.Exoratam in eccleſia dei.etiam omnia peſtifero anhelitu maculantem uiperam cohibuiſti diſſidentes fratres:& iam aduerſus ſe inuicem gladios ſtringentes in concordiā reuocaſti. diuiſiōes diſcordias. bella tot principum.populorum potentiſſimarumq̃ nationum.in quietem:pacem. tranquillitatemq̃ conuertiſti.Quod Cæſar adeo præclarum facinus huic tuo comparari poterit? Poſſem hoc loco infinitas pene res abs te domi miliciæq̃ præclariſſime geſtas commemorare. Neq̃ enim me latet quanta cum gloria bella aduerſus ungaros geſſeris:quot:qualeſq̃ triumphos merueris? quot oppida? quot ciuitates expugnaueris? atq̃ in poteſtatem tuam redegeris:tumeriſq̃ & tenes in hodiernum diem? Neq̃

me latet inuictissime Imperator:quanta semper fides.religio.integritas tua. qui semper & sacrosanctã Romanam ecclesiam:& clerum omnem religiosissime coluisti:qui sanctam tellurem & sacratissimum Christi sepulchrum uisitare uoluisti qui instaurator templorum:religionis amator:& iusticiæ cultor semper fuisti.Cuius humanitas.clæmentia.benignitas.fortitudo.tẽperantia tanta est:ut merito te oẽs ueluti diuinum quendam hominem:uel potius mundanum quendam deum diligant.obseruent.colant adorent.uenerentur.Quibus ex rebus factum est:ut & coronam iamdiu in germania summa cũ laude susceperis & paucos post dies aliam Romæ:a sanctissimo Romano pontifice cũ immortali gloria sis suscepturus.Sed hæc oĩa quãq̃ perse maxima:atq; præclarissima sint:tamẽ si ei laudi cõparentur: quã ex ecclesiæ concordia atq; unione uendicasti exigua quædã pusillaq; uidebuntur.Quãobrẽ longe quidẽ præstare arbitror:ut diuinis laudibus tuis summisq; honoris.fortunæ.uirtutis. ingenii rerũ gestarꝝ ornamẽtis hoc loco posthabitis quæ longe latiorem dicendi campum expostularent:ad gratulationem tantũmodo gratiasq; cõuertam.Quanq̃ hoc quoq; superuacuũ uideo fore sacratissime Imperator:quandoquidẽ tanta lætitia perfruuntur uniuersi ciues nostri:tantis gaudiis exultãt:tanta in uoluptate uersanẽ.ut etiam me tacente eorum uultus.facies.oculi.maiestati tuæ & pro immortali eius dignitate ac gloria gratulari:& pro singulari decore atq; ornamento:quod sibi:suæq; ciuitati:tuæ sacratissimæ maiestatis præsentia hodierna die allatum cernũt gratis agere uideantur:ut tum quod officii mei est aliquando persoluam.Clæmentissime imperator.tibi & sapientissimi principis nostri & totius suæ ciuitatis noĩe.tui sacri nominis immortalitati congratulor:& pro ornamento:quod huic amplissimæ ciuitati hodie præstitisti:quas possum gratias ago.Res.bona.fortunas eorum maiestati tuæ ꝓ cuius cõmodo dignitate salutem uitã ipsam si opus esset profundere nõ dubitarent:offerre impræsentiarum turpe putant.Nam cum is sit sanctissimi Romani pontificis erga tuam sacratissimam maiestatẽ animus:ut sua oĩa tuæ celsitudini cõmunia fecerit:quis dubitat hanc quoq; ciuitatem quæ sanctitatis eius ẽ ad omne sacræ tuæ maiestatis ĩperiũ esse prõptissimã:teq; nõ secus Romani pontificis subditis uti posse:q̃ propriis.Vtinã utinã eorꝝ animi tã facile oculis cerni possent:q̃ cogitatione compræhẽdi. Neminẽ profecto in tanto nobilissimorꝝ hominũ cœtu uideres Cæsar qui nõ libenti animo si ita res ferret ꝓ tua salute:ꝓ gloria sanctissimi nominis tui:res suas omnes.fortunas uxores.liberos uitam deniq; ipsam ꝓfundere paratissimus foret.Reliquũ est q; te cum omni qua possimus obseruantia precamur & obsecramur Clæmentissime imperator:per mansuetudinẽ.benignitatẽ. iusticiã.moderationẽ. sapientiã tuã:per eam mentem quæ tibi diuinitus data est:ut nocere nemini prodesse omnibus uelis. Per gloriosam uitam tuam quæ uigebit memoria sæculorum omnium quam posteritas alte: quam æternitas semp tuebiť:ut cũ una cum Sanctissimo Romano pontifice fueris:cũ de rebus Italiæ uel potius christianæ religionis:& totius terrarꝝ orbis:cuius cura atq; administratio uos duos præcipue spectat una cõsultabis huiusq; urbis nostræ memineris eam respicias.ad eã tuos sacratissimos oculos parumper conuertas:eius dignitatem atq; amplitudinem cõmendatam habeas.Ita dii tibi ꝓpicii sint:Ita haheant profectionem tuam secundare:fælicemq; & fortunatam faciant.Ita tibi omnia pro desiderio animi tui ꝓspera gloriosaq; succedãt.Ego uero aliquãdo dicẽdi finẽ faciã ĩ psonã huius nostræ amplissimæ ciuitatis:eiusdẽ poetæ uersibus cõcludã:cuius uersibus exorsus fuit.Dii tibi dẽt & tu Cæsar quæ cũq; mereris.Dii mihi dent & tu quæ uolo si mereor. Versus Nicolai Perotti cũ post orationẽ præscripta Imperator eum laurea coronasset.Cinxisti uiridi Cæsar mea tempora lauro.Ecce meas ornat sacra corona comas.Non mea me uirtus tali nunc munere dignum.Sed dulce effecit principis ĩgenium. Dii deæq; præcor ꝓ me mitissime Cæsar Persoluant meritis p̃mia digna tuis.Ast ego quo tanto tibi sim pro munere gratus.Cantabo laudes dum mihi uita tuas.

Ad regem Aragonum Antonii Panormitæ, oratio:& suiipsius commendatio.

Andem Rex Serenissime:quod a superis immortalibus semper uotis & precibus optaui: illa mihi dies illuxit:qua post maximos studiorum meorũ labores sospes ad te redii.Agitur quidem Rex optime annus.xv.postq̃ ex hoc fæliciſſimo regno tuo pene puer cũ hoc alio fratre meo excessi.Cum enĩ tua extarent plurima ac maxima in fratres meos:atq; in meipsum beneficia: qd aliud erat quod ego:& item is frater meus homo nunc in iure ciuili eruditissimus possemus tuæ maiestati regiæ dignius aut gratius referre:q̃ si honestissimis artibus optimisq; disciplinis imbuti id consecuti essemus:ut uel in tua salute conseruanda:uel ĩ hoc ipso regno tuo honestando: atq; augẽdo utroq; nostrum q̃aptissime posses uti.Tua Rex inclite memoria quotiens aliquid a nobis agendum:aut dicendum erat semper ante oculos nostros uersabatur.Tua expectatio nos adhortabatur omnes solicitudines:oẽs molestias magno animo esse a nobis perferendas ut aliquando digni a te iudicaremur quos ĩter fideles regni tui nũerares.Tibi ergo Rex clæmẽtissime oĩa studia nostra:oẽs curas.atq; uigilias nõ iniuria dedicauimus.lustrauimus terras ac maria:ut tibi ꝓgratissimi eẽ possemus.Nulla fuit ĩ toto latio ciuitas:q̃ studiorꝝ fama ĩsignis habereť:ĩ q̃ nõ semp eos q optiarꝝ artiũ facile oĩum huius nr̃æ ætatis principes iudicarentur in primis secuti fuerimus.Papia enim Placentia. Bononia.Patauium urbes litteris ac fama insignes nos ternis lustris his artibus disciplinisq; deditos uiderunt:quas aut tuæ regiæ maiestati:aut regno tuo magis conuenire conducereq; arbitrabamur.Multa erant quæ ut ita facere-

mus optimis rationibus nos adhortabantur: Amici ſcilicet quibus ꝑpetuis eorum in nos beneficiis aliquādo a nobis ſatiſfaciēdū erat. Patria ꝑ qua ſæpe uiri ſapiētiſſimi multa ꝓcula: multos labores libēter ſpigreq; ſuſceperūt. Mouebat nos præterea nōnihil ipſa gloria: q̄ ſi meritis aut uirtute ꝓta extitit ſemp eſt a ſūmis uiris magno ſtudio q̄ſita: & a ſapiētibus hoibus maxīe laudata: Sed nulla certe alia res erat prīceps hūaniſſime: q nos magis ad hæc nr̄a ſtudia excitaret: q̄ ut tuæ maieſtati celſitudiq; cō placeremus. Incredibile. n. eſt q̄tus amor ſapiētiæ q̄tum deſideriū nos haberet: quotiēs ad tuas prope diuinas & imortales uirtutes animū noſtrū cōuertebamus. Quis enī te clæmētior? quis fortior? q̄s deniq; iuſtior aut melior īter Reges huiuſce nr̄æ etatis ripiri pōt? Nam ſi ꝓcenſere omnes Impatores ac principes uoluero: & ſuas uirtutes cum tuis cōpare: neminē reperiā quem cū tua excellenti & natura & uirtute ſatis digne poſſim cōferre. In te quidē ſumma æq̄tas. in te modeſtia. liberalitas. magnificentia. In te omnes regiæ uirtutes. In te plurimæ artes nobiles atq; egregiæ. Tu regnum tuū hocipſo tpe: quo totus fere orbis terraꝝ bellis atq; odiis ardet: ſolus in ꝓpetua pace: atq; in ſūmo ocio tua uirtute ac ſapiētia cōtines. te regnante nulla ab externis hoſtibus ſenſimus nobis ex aliqua ꝑte īferri bella. Tu pater patriæ tu clæmētiſſimus tutor ac ꝓtector ciuium tuorū ſemper fuiſti. Iure itaq; beatā ac fælicē inſulā noſtrā noſcq; oīum fore fortunatiſſimos oēs prædicant. Quibus te rege fortiſſimo te prīcipe ſapientiſſimo naſci cōtigit. Quādo enī hoc tuū regnū: hæc nobiliſſima inſula ſæpe illuſtriū poetarum carminibus: atq; oratione celebrata ſatis grata in te eē poterit quæ niſi tua diuina ꝓuidentia: niſi conſilio tuo coleret iam oīo deſerta ac uacua ꝓrſus eēt? Quis. n. alius: cū ꝓpter crebras huiuſmodi aeris infectiones hæc noſtra inſula pene eſſet cultoribus exhauſta nouos incolas in eadē introduxit. Quis alius eam tēporibus difficillimis nō ſolū ab externis bellis defendit: ſed ēt auxit atq; exornauit? Tuum ergo eſt q ipſa hodie incolit: q nos qui hic ſumus nūc in florentiſſimo ac pulcherrimo regno habitamus. Tuū eſt ut aliquādo cōcludam: q egoipſe q is optimus frater meus egregiis maioꝝ noſtroꝝ diſciplīs atq; artibus ornati hodierno die ad te acceſſimus. habemus itaq; tibi uni imortales gratias: ac maxīe teipſum nō tantū perpetuis in nos oēs pro meritis: ſed ēt pro tot regiis uirtutibus tuis diligimus & admiramur obſecramuſq; rex clariſſime ut qua caritate ac beniuolētia ſemper hoc regnū tuū excoluiſti: eadē utrūq; noſtrum diligas: & dignos gratia tua iudices. Nos. n. Rex mitiſſime qd̄ poſſumus hoc tibi auidiſſime pollicemur: nūq̄ tuoꝝ in nos beneficioꝝ īmemores futuros: ſed omni cura. ſtudio. ac diligētia ſemp ea facturos: quæ uel ad cōſeruationē tui ſtatus: uel ad diuturnitatē noīs tui ꝑtinebunt.

Ad dominū Mātuanum Illuſtrem Marchionē Oratio.

Vm tuā dignitatē atq; āplitudinē ſummā eē exiſtimarē Illuſtriſſime Marchio ac prīceps magnifice alienūq; a me eſſe dicerē: ne ſi tā ad uerendū cōſpectū tuū accedere mihi fas eēt: non nulla tibi pro īgenioli mei puitate narrarē. Etſi nullo aut exercitato in dicēdo īgenio: nulla deniq; orōnis autoritate prædītus ſim: qua ī te ornādo atq; extollēdo inſudare poſſem. Subideq; uerebar ſi q̄cq̄ dicēdum aggrederer ad īprobandū potius: q̄ laude dignū mihi uēdicarem. Tua tamen clæmentia: ac ſingularis humanitas oībus nationibus: mihiq; iādudū cognita atq; ꝓſpecta id effecit ut te principē clæmētiſſimum: genere nobilē: forma inſignē: ætate florentē: luſticia fulgentē: ꝓbitate refertū humanitate ſplēdidiſſimū eſſe uiderem. Te dominū: te mihi patronū: te mihi prīcipem: te mihi ꝓtectorem eſſe cōſtitui. dūmodo impio tuo libitū eſſe ſentirē. Quis. n. eſt tam rudis: tam crudus tā ferus moribus: qui tuam nō admiret modeſtiam? tuam nō laudet fidem? tuū nō cōtempletur ingeniū? Tantūq; conſilio potes: tantūq; dicendi grauitate & copia uales: ut in teipſo quædam imperatoria dignitas eſſe uideatur. Nolo hoc in loco princeps integerrime tuas uirtutes pertractare. Id facere nō puto hominis mediocris: neq; parum eruditi eſſe cenſeo: ſed eius oratoris qui oratoriā facultatem optime norit multarūq; reꝝ ſcientia cæteros antecellit. Id ſolum dicere auſim princeps clæmētiſſime: cū de ſanctiſſima uitæ tuæ frugalitate. In fideq; catholica deuotiſſima religione: ardentiſſima moꝝ uenuſtate: miri fica quædam ac prope diuina ad me fama peruenīſſet: id quottidianis uotis maximū ac immortalem deum deprecatus ſum: ut quandoq; humanitatem quam tibi cælitus miſſam omnes admirantur: lætantur populi: congratulantur ciuitates: exultant municipia mihi cupidiſſimo clientulo tuo præſtare digneris. Quare ille Cirrhus ꝓſarum Rex mihi in mētem uenit: quem aiunt dictitare ſolitū: nullum tam puri principis munus q̄ humanitatem hominibus præſtare. Meminiſti Cæſarem Auguſtum clæmentiſſimum in primis uirum adepto imperio gloriantem: q illum iam gradum aſcēdiſſet: unde uniuerſis benefaciendi facultas præſtaretur horum dignitatem princeps humaniſſime in me eligendo ꝓſequeris: numeroq; tuorum domeſticoꝝ adiungere nō dubites: Te unum omni fide omni beniuolētia: honoreq; cōplectar. Siqd erit qd̄ tuæ dignitati fieri poſſit: aut ullo ingenio ullo officio: ulla opera id agere cōtendam. Omnia pro te ſi opus erit pericula. omnes curas. laborē. ſudorē. angorē. frigus fideliſſimo animo ſuſcipe: eqdem quāto cum labore. uigiliis. ſtudio. īduſtria eniti: atq; efficere potero nil prætermittā: quod ad autoritatē & ſalutē tuā ꝑtinere arbitrabor. Tu uero ꝓ illa tua impatoria manſuetudine ſeruulū tuū deuotū accipere nō recuſabis: nā ſi illitterati apud te uiuunt: quāto maiori ſtudio conari debes ut q aliquo litteraꝝ genere prædīti ſūt apud te uitā ducere poſſint. Quaꝝ prīceps florētiſſime ne plura dicēdo morer: qua fide me gēitorēq; meū: liberoſq; ſuos: oīa dēiq; tuæ fidei po-

A
B
C

teſtatiq; cõmittimus:eadem nos humanitate & beniuolentia ꝓſequaris.

Domini biſſarionis Cardinalis tuſculani Bononienſis,
legati pro exhortatione noui prætoris Oratio.

D T ſi nihil eſt:quod ſummæ uirtuti dignum ꝑmiũ ſit Ariſtotele teſte honore tamẽ eã:& illos
E qui ex ea denominantur,tanq̃ ſummo præmio merito decoramus. Nam cum bonoꝝ alia
aníæ : alia corporis . alia exteriora ſint cunctis exterioribus maius bonũ eſt honor,quod fa-
cile patet conſiderantibus:nec diuitias:nec dignitates:nec magiſtratus quoſcũq; magni homines exi-
ſtimari:niſi ꝓpter honorẽ. Quare cũ deo ĩmortali nil aliud dignũ attribuere habeamus: honore ſolo
erga debitũ noſtrũ eum abſoluimus:hunc oẽs excellentis ingenii appetũt:hic bene geſtarum reꝝ præ
miũ & brauiũ eſt. Qui talis exiſtens nihilominus augetur & diminuit honorantis cõditione: quanto
enim magis uirtutibus pollet qui quẽq̃ honorat:tanto maioris ille honor exiſtimandus eſt & ecõuer
F ſo. Quare plato quidẽ cũ a quodã hoíe prauo laudaretur:dubitare inquit:nequid a ſe neqter factũ fu
iſſet. Eius uero diſcipulus Ariſtoteles:Ideo magis inquit oblectamur bonoꝝ uiroꝝ honore:quia uir-
tutis teſtimonium eũ putamus. Quæ cũ ita habeant:nos quoq;:& hæc inclita urbs elegantiſſime uir
G Amodeæ:pro rebus bene a te geſtis honore tanq̃ præmio maiore oĩbus quæ habemus:te & tuã uirtu
tem decoramus. Tu náq; in omnibus actionibus tuis:nõ ſolum ĩtentionem:finemq; rectũ ꝓpoſuiſti:
ueꝝ etiam media quæ ad talem finem te ducerent facile inueniſti:quæ duo beatũ hominem faciunt:
prout in polliticis Ariſtotelis: placet. Cũ alterum eoꝝ abſq; altero ad bene beateq; uiuẽdum nõ cõfe-
rat. Nam ſiue finis & intentio recta ſit in mediis uero eligendis:quibus ad talem finem duceremur er-
retur:Siue media quidẽ optima reperiamus:finẽ autem prauũ ꝓpoſitum habeamus:nihil omnino lau
de dignũ egimus:ſed ut hoc fiat:ambo cõcurrere neceſſe eſt. Quæ cũ in te etiã concurrerint:& laude:
& honore dignum te effecerunt Ita ut ab aliis oĩbus & nũc a nobis honore dignus exiſtimeris. hunc
aũt noſtrũ honorem tum ꝓpter rem in ſe:tum ꝓpter ciuitatis & ciuiũ cõditionẽ:qui fælicitate,magni
tudine,ſapiẽtia,ſciẽtia & uirtute ornati te honorãt,magni immo maximi exiſtimare nõ dubitamus.
Gaudẽs itaq; a nobis brauium accipe ſummũ honorem:uirtutis & uictoriæ ſignum Ad gloriam dei
tuum:honorem & bonam famã perpetuam.

Domini Boncambii de Boncãbiis cum florentiæ præturæ aſſumeret officiũ: Reſponſio.

H Vanta ſingulari prudentia:quantaq; modeſtia uerba fecerit ſpectabilis orator:excelſi domi-
ni uoſq; clariſſimi aſtantes:ut nos oẽs ad bene agẽdum hortaret audiſtis. Ego enim dico qđ
ſentio:nihil quicq̃ acceptius auribus meis eſſe potuiſſet. fuerunt.n.uerba & grauiſſimæ atq;
honeſtiſſimæ ſentẽtiæ,fuerũt & præcepta & documenta ſũmoꝝ uiroꝝ a ꝓbatiſſimis autoribus & a
phía magiſtra uitæ deprõpta & aſſumpta. Quare ut hanc cordis mei oblationẽ q̃ talia audiendo præ
cepta uobis aperiã nõnulla uerba impræſentiaꝝ faciã,quæ nõ niſi in bonã partẽ accipiatis oro. Hor-
tamur.n.ad iuſticiam,ad equitatẽ,ad honeſtatẽ,ad laudẽ & decus uitæ. Hortamur ad ea quæ præteri-
ri ſine ſũmo ſcelere nõ poſſunt. Id.n. ꝓmiſimus. id iurauimus. id agere honeſte ſuadente tenemur. Ac-
cẽdamus ergo lumẽ nr̃æ mentis. & ĩ adminiſtratione nr̃i muneris oía prudẽter matureq; agamus. Ac
ita deliberemus oía ut bona eligamus cũ ea ꝑte animi ĩ qua eſt rõ atq; cõſiliũ. Nec ad cõſultationẽ re-
rum noſtraꝝ,cupiditatem,libidinẽ,metũ ægritudinẽ,uoluptatẽ admiſceamus. Sitq; præcipue opa no
I ſtra,ut iuris & iudicioꝝ æquitate ſuũ quiſq; teneat. Simus diligẽtes & ſtrenui:ſollertes:Memores ſen-
tentiæ ſenioris Catonis ſæpius dicentis:qui poſſent:& nõ propulſarent iniuriam lapidibus eſſe obruẽ
A dos. Et uere nã ſi ptãtẽ tuã negligis:iure neglectus eſſe debes. Nec eſt putãdũ oía nobis licere:niſi hone
B ſta:niſi recta:niſi iuſta ſint,ut rex Antigonus cuidã reſpõdiſſe dicit. Barbaroꝝ regibus oía licer: nobis
dũtaxat quæ honeſta:& quæ iuſta ſunt. O ſapiẽtiſſimoꝝ hoíum uoces. O libẽter audiẽdæ. O uere im
mitãdæ ſentẽtiæ. Quid honeſtius:qd laudabilius:qd glorioſius eé põt q̃ munus ſuũ iuſte riteq; exer-
cere. Nõ.n.a natura géiti ſumus ad ludũ & ad iocũ ſed ad q̃dã ſtudia maiora & grauiora: quæ maxie ĩ
adminiſtratõe iuſticiæ excellẽtius & ſplẽdidius cõtinent,ut aũt finẽ aliquãdo faciã:qd aliud eſt cõclu-
dendũ niſi nos omni ſtudio,diligẽtia,meditatõe,uigilãtia,fide,integritate obſeruãtia nr̃a:ea agemus q̃
glorioſiſſimæ florentiæ ciuitati:& inuictiſſimo populo florentino honeſtiſſima & cõmodiſſima erũt
freti cõſilio & fauoribus excelſæ dominationis & optimoꝝ ciuiũ. Ad laudẽ ſũmi dei Amen.

Illuſtris Comitis Galeacii ducis Mediolani filii ad uenetos pro pace Oratio.

Vm uellẽ id mihi uel natura:uel arte cõceſſum eé dux illuſtriſſime: clariſſimiq; principes ut
q̃ta ueſtrã uiſẽdi celſitudinẽ auiditate:huc loci me recepim ĩpſentiaꝝ q rẽ exorare. Oſtẽdere
mediuſſidius nullũ unq̃ hoſpitẽ;quẽpiã populũ uel prĩcipẽ:aut dẽiq; ſingularem amicũ adi-
uiſſe:ea q bẽiuolẽtia:uel pietate potius quã erga uos oẽs gero:meas ullo pacto rões ãteiret. Frãciſcus
Sfortia uicecões dux liguꝝ potẽtiſſimus,cui maior natu ſũ filius:uſam me ad maieſtatẽ ire iuſſit:ut
palã unuſq;ſq; itelligeret:q̃ta caritate:ĩtegraq; aĩ ſinceritate:hoc latũ floréſq; ĩpiũ ſit obnixe cõplexus:
ac uniuerſo terraꝝ orbi planiſſime apiret:inita inter uos & eũ pacis fœdera:nulla ætate dũ gẽus exta-
C bit ſuũ:quauis rõe pitura. Eſt.n.pax ĩpa nõ mõ dulcis:ſed ẽt ipſius nomẽ blãdũ ac ſuaue:tũ res ipſa(ut
D ait Cicero nr̃)ſalutaris,hac.n.agri,hac urbes:hac res priuatæ,hac publicæ,hac deniq; regna cõſtituũt

& conſeruantur. Quæ quidem pax cum unicuiq; ciuitati amabilis: & iucunda eſſe debeat: ueſtræ tamen q̃ maxime: ut quam a maioribus ueſtris dignitatem accepiſtis: ac uoſipſi ueſtra egregia uirtute peperiſtis: perpetuo tueri ac cõſeruare poſſitis. Cæteros quoq; confratres meos: ea gratia huc mecum ablegaſſet: infantia niſi tenella ætatis ipſos domi cõtinuiſſet. Neq; dictu eſt facile magnificẽtiſſimi prĩcipes: q̃togaudio q̃toue plauſu uniuerſa exultet liguria. cũ liquido ꝓſpexerit bina impia ueſtrum ſcilicet ac paternum. tam ſingulari amicitia. indiſſolubiliq; nodo cõiungi. & ita cõiungi ut nullæ inſidiæ: nulla inimicorum fraus. nullus liuor. nullaq; uix armorum. aut alia quæuis ratio hanc incredibilem animorum cõiunctionem ullo unq̃ tempore poſſit interſecare. Et ne ueſtram diutius expectationem remorer. ea quippe mei eſt fixa parentis inuictiſſimi principis mens atq; ſententia. ut omne ſuũ ſtudium. diligentiam. officiũ. operam. ad amplitudinem ueſtram nõ modo cõſeruandam: uerũetiam ad augendam perpetuo tranſferat: quam quidem in cauſam uniuerſas. urbes ſuas. populo exercitum. liberos omnes. fratres. cæteraq; ſui imperii ornamenta: ac ſuũ poſtremo corpus & animum: quibus nihil habet præſtantius & carius libens offert: atq; pleniſſime pollicetur. Dixi.

Antonii panormitæ poetæ & Oratoris optimi genuenſium contra uenetos in bellum exhortatio.

Iquis ueſtrum fortaſſe admiret̃ O uiri genuenſes: q; ego uir ſicilienſis & a ueſtra longe republica remotus hodierno die ꝓſiluerim ad uos cohortandũ claſſem ſtruere ac bellũ exercere. Is uelim arbitretur me hoc pro ueſtra dignitate & gloria ac uniuerſæ ſimul Italiæ ſalute & libertate adductũ potius: q̃ ꝓ impudentiam aliquam feciſſe. Nam cum fuerim ſemp ac ſim ueſtræ laudis apprime ſtudioſus: ac rerum a uobis glorioſiſſime geſtarum & admirator & prædicator. Etiam ad me ꝓtinere uiſum eſt: ſiquid in rem ueſtrã fore intelligerem: id ultro apud uos ac libere ꝓmerem nec diſſimularem. Quænã ciuitas unq̃ fuit: aut ſciẽtia rei militaris ꝓtior: aut uirtute audacior: aut bello præſtãtior: aut uictoriis fælicior: aut ditione amplior: aut deniq; ulla ex parte cõparãda cum ciuitate Romana? At poſt primũ punicũ bellũ: aliquot annoꝝ: pax ita Romanos ubiq; uictores: ocio & armorum deſuetudine enaruauit: infirmioreſq; reddidit ut ſecũdo punico bello Annibali pares eẽ nõ poſſent. Tũ demũ nec prius ꝓhibent̃ ad uictoriam rediiſſe: q̃ cũ per tot cõſulũ ducũ. legionũ. exercituum ãmiſſionem ad uſum: ac uetus illud exercitiũ militare reuerti potuerũt. Longæua quidẽ pacis ſecuritas uenenũ eſt rerum publicaꝝ. Tunc. n. pro uirtute ignauia pro induſtria luxus: pro triũphis ciuium diſcordia ſenſim obrepit. unde potentiſſimæ ac florentes urbes ſæpenumero euerſæ funditus & deletæ ſunt. ut enim bellum laudabile illud quidem quod aſſumitur pacis & tranq̃llitatis cauſa. ſic & pax illa repudianda & execrabilis. quæ ciuitatem effœminet: exitium nutriat. hoſtes augeat. uictos ulciſcatur. Cato uir ille oĩum prudẽtiſſimus nũq̃ aĩo induci potuit. ut optaret reſpu. Romanoꝝ hoſte carere omnino ueritus ne ſublato hoſtium metu: Romanum illud robur atq; armorum peritia in ſecordiam abiret atq; luxuriam domi quidem hoſtis ideſt uoluptas: ea ſane perniciоſiſſima eſt: eoq; maius periculum atq; diſcrimen: quo familiarius bellum. Age ueto Romanos conſideremus o uiri genuenſes: quibus dum eorum reſpu. florebat: ſemper & in omni fortuna ſocii extitiſtis & amici. Age inq̃ cõſideremus Romanos ueſtros: Quænam res ea eſſe potuit potiſſimum: quæ uniuerſum his orbem terrarum ſubegerit? Nũ militum multitudo? at gallorum exercitus conſtat copioſiores multo fuiſſe. Nũ corporum uires? at hiſpanorum corpora longe robuſtiora. Num doli. opes. diuitiæ? at hiſce rebus facile ſemper conceſſere Carthaginenſibus. Num deniq; ars ulla: uel eloquentia uel prudentia? & his græcos præſtitiſſe palam eſt. Solum igitur armorum exercitatio: diſciplina caſtrorum uſuſq; militiæ: Romanos orbis terrarum dominos fecit: & euexit ad cælos. Nemo quidem bello aut aliqua iniuria eum laceſſare audebit. quem accinctum ad obſiſtendum tum ad uindicandum expeditum & promptum intellexerit. Aliquando in rebus bellicis celeritas multomagis: q̃ uirtus & fortitudo prodeſſe conſueuit. Nulla res alia magis Philippum Macedoniæ regem uictorem: & ſæpe triũphantem effecit q̃ celeritas ipſa & præuentio rerum agendarum. Iam uero o uiri genuenſes q̃tum exercitatio: q̃tumue cæleritas conducat reipub. uidetis: tum ad parandam gloriam: tum etiam ad cõſeruandam. Qua ex re ueſtrum hoc tã lõgæuũ ociũ: & exoſam ſemp maioribus noſtris lẽtitudinẽ: nõ poſſũ nõ uæheméter odiſſe: ueritus iam uobis poſſe contingere quod abominor: ea quæ & amplioribus atq; potentioribus ꝓ ignauiam accidiſſe ciuitatibus legi. Ponite iam reuiuiſcat aliquis ex illis inclitis belli maritimi Imperatoribus ueſtris: ac reuiſat portum armamentaria: caſteriam. ac reliqua id genus loca. Exuſcitate igitur ueſtrum hoc uere peculiare munus: ac bellandi decus: & dignitatem illam reipub. quam a maioribus ampliſſimam clariſſimãq; accepiſtis. Curate ne per inertiam & diurnum quietem langueſcat: ac contabeſcat. Quid eſt per ĩmortales dẽos uiri genuenſes? Cur non putem atq; uaticiner uos contra uenetos uictores: atq; fælices euaſuros? quos ſciã fortes contra timidos: ſtrenuos contra ignauos. iuſtos contra iniuſtos deniq; bellatores mercatores fore dimicaturos. Gerunt quidem rem ſemper ut uidetis alieno milite ac mercede conducto. uos contra unanimes omnes ac conterranei nõ pro ſtipendiis aut pecunia decertatis ſed pro imperio. pro gloria. pro libertate. pro ſociis & amicis. Tãtumq; abeſt ut eos nũq̃ ſuperaturos ut exteris omnibus ut diis immortalibus ut ſuis etiam iure ac merito exoſos eſſe perſpectum cognitumq; habeam. Sed iam finem dicendi facio. tantum id uelim uobis perſuaſum iri. omnem uenetoꝝ amplitudinem atq; incrementum ueſtram fore ĩminutionem atq; iacturam.

In Laurentium Vallam poetam Poggii florentini oratoris clariſſimi Inuectiua.

In quibus in rebus honeſtum eſt: cõſenſuq; omnium permiſſum iniuriam ꝓpulſare: in his maxime pudentis hominis eſſe debet: ut cõtumeliam depellat: in quibus honoris & exiſtimationis laus: aut ingenii fama a maliuolis in diſcrimen adduci uideatur. Cõſcium. n. eorum quæ obiiciũtur ſe facere exiſtimaẽ: qui taciturnitate utitur pro defenſione quoniam cenſeẽ quaſi cõſcientia ductus nõ eſſe auſus improboq; maledicentiæ reſpondere. Quod ſi diſſoluti eſſe hominis Cicero
A inquit. Spernere qd de ſe quiſq; ſentiat & loquatur. multo diſſolutioris uideri põt: ea cõtemnere quæ in ſuam ignominiam & cõtumeliam ſint deſcripta. Dicet fortaſſe aliquis: hõeſtioris officii fuiſſe futurum pro nihilo ducere ſtulti palãq; inſani hominis uerba: qui dementis ac furioſi more: in omnes uiros doctos baculo neſcio quo ſtultitiæ: proteruaq; iactantia temere incurſat. Non me eſſe maioris doctrinæ: non autoritatis: q̃ fuerint Ariſtoteles: Varro. Marcus Cicero. Saluſtius. Lactantius. Boetius. cæteriq; præſtantiſſimi doctrina & eloquentia uiri: quos amens ille dente ſuo canino: & in rabiem uerſo petulanter nimium lacerat ac reprehendit: prætereundos eſſe æquo uultu publice inſanos: & eorũ incurſus leuiter perferẽdos faterer ſatius eſſe quandoq; tacere aduerſus animo & mente captos: niſi ſecundũ Saluſtii ſententiam malus fieret improbior ubi negligas: & ſatis cõpertũ eſſet ſæpius exreticentia animos illis adiici ad cõtumeliam inferendam. Iraq; exiſtimans perſæpe neceſſarium eſſe caſtigare inſanos: quo cæteri ſint ad iniuriam tardiores. Sequar uulgi opinionem qui iuſtum putant laceſſitum iniuria parem gratiam referre. Eſt præterea in ſermone quottidiano uulgata ridendi cauſa ſententia: tres eſſe ſpecies fortitudinis deſuetas: unam ſi mulierem maledicam ac contumelioſam: ſi ſenem detractorem conuiciatoremq; tertia ſi demẽtem atq; inſanum caſtiges. Hi enim homines partim ſexus: partim ætatis: partim ſtultitiæ ĩnia confiſi: multa dicunt aguntq; non ferẽda: quos fuſte reprimere aliquãdo inſueta uirtus exiſtimatur. hac ego fretus opinione iniquiſſimi detractoris inſaniam: qui liuore & ĩuidia cõmotus ſolita dementia in me ꝓſiluit: ſaltem uerbis: neceſſario mihi cenſui referendam. Scripſi olim poſtq̃ redii ex Britonis plures uariis de rebus epiſtolas: quas poſtmodum multorum ſuaſiõe eas legere cupientium in quoddam uolumẽ redegi: quod cum in manus leuiſſimi ac petulantiſſimi hominis Laurentii ualle: quem ignominiæ cauſa noĩo incidiſſet: multis in locis illas carpens pro earum uitiis ſuam ignorantiam expreſſit: quæ qualia ſint pauca diſcutiemus. Ait enim in prima epiſtola mei uoluminis male a me ſcriptum. Aliqua ex parte gratias referam quoniam gratiam dicere deberemus: falſa quidem ac digne correctoris uel corruptoris noſtri potius ſententia qui id uitio dat: quod in uſu eſt oĩum qui latine ſcripſere. Agere gratias dicimus cur non etiam referre optime dicetur? quanq̃ Ciceronis autoritas illius beluæ inſulſam dementiam cõpeſcit. Ait enim in epiſtola quadam ad uatinium. Non enim tu modo habuiſti mihi gratias: ſed etiam accumulatiſſime retuliſti. Nolo inſiſtere in pluri um teſtium productione qui multi ſunt: ſed unus pro omnibus eſt: quoniam ad alia feſtinat oratio. Id ſane conſtet & agere & referre gratias rectiſſime dici poſſe. Coram pontifice cum ſcripſiſſem ſolœciſmum eſſe ait, & apud ſcribi debuiſſe: hæc belua profecto agrum ſtultitiæ depaſta nihil intelligit in latinis neſcit quid differant coram & apud: legat liuium qui ait magis apud quos q̃ coram quibus loq̃retur. Sed hæc belua fanatico ſpiritu ducta: cui ſola detrahendi facultas eſt nota: impetu quodam ueſano fertur præceps: & præ libidine detrahendi labitur. ubi etiam pueri conſiſtere ſolent. Scripſi nũq̃ uenit in mentem receſſus tui. At ualla ſoloeciſmum dicit aſinarius ſtultitiæ plenus. quo enim ore qua temeritate redarguit id quod ſæpiſſime a Tullio uſurpatur. qui ĩ epiſtola ad marium ait. Solet uenire in mentem illius temporis: quo ꝓxime fuimus una. ubi ego potiſſime ſcripſi. Ille potiſſimũ poſuit. ubi ego permaxime. Ille q̃maxime: aſſerens per nunq̃ ſuꝑlatiuo cõiungi. Non legit fanatica beſtia ſecũdã Ciceronis orationis de lege agraria: In qua ſcribit ad animi mei fructum atq; lætitiam duco eſſe ꝑmaximũ. Vbi æſtimaui ille exiſtimaui. Multaq; præterea inepta garrulitate grauis ignorãtiæ præceptor: & tanq̃ grãmatici inſulſi inepti. moleſti. & cõtentio ſi ſolent in uerborũ interpretatõnibus hæret. hæc & ſexcentas alias ineptias ridiculas in me confert ille barbarus. imberbis. quibus nunc barbariſmi crimine. nunc male cõiunctionis. nunc male ſonoritatis me arguit. homo ĩcõditus abſonus abſurdus. iconcĩnus. qui nullum niſi cãpanarum nouerit aut tympanorum ſonitũ. Cuius inſaniæ reſpondere ad ſingula quæ ſint incõcinniora prioribus ſtultiſſimũ uideretur. Sed nõ miror allucinatorem quendam fanaticum ac dementem in me inſaniam ſuam euõuiſſe qui ꝓpter innatam mentis imbecillitatem: ꝓpinfixam cordis ueſaniam. ꝓpter inſitam animi peruerſitatem: omnes priſcos illos doctiſſimos uiros: quorum memoria omnibus ſæculis ſummæ laudis ueneratione celebrata eſt: fera quadam immaniq; proteruitate contemnit comprehendit. culpat. aſpernatur: & tanq̃ fortunæ totam in manu tenens. furſum: deorſum uoluit & uerſat omnia: & ad ſuum arbitrium trahit. Vt uero a grammaticis incipiam: Priſcianum imprimis. Donatum. Seruium. Pompeiũ feſtum. Nonium marcellum. ipſum denig; Marcũ Varronem in grãmaticis arguit. In dialecticis ac phĩa Ariſtotelem & Boetium multis ĩ locis affirmat erraſſe. Ciceronem ut eloquentiæ principem: & præceptorem artis dicendi iſcium prædicat. Titum liuium. Saluſtium. Lactãtium: cæteroſq; egregios latinæ linguæ autores neq; elegãtes fuiſſe: & plurimis in locis ſenſa uerborum nõ recte poſuiſſe teſtatur. Priſcos iuriſcõſultos plurimum uerborum ſignificationem ignoraſſe affirmat. Omnes damnat præter unum Quintilianum: quem doctiſſimum omnium qui unquam fuerunt: & ipſi Ciceroni eloquentia & dicendi arte præfert

Homo fanaticus asseuerat. Nō legit nō Quintilianū sed Ciceronē a beato hieronymo aureū flumen eloquentiæ appellari: q̄q̄ & hieronymum improbat: asserens multa ab eo perperam in sacra scriptura esse in latinū traducta. Et beatū Augustinū (tanta est hoīs uel beluæ potius stultitia) de fato, de trinitate, & diuina ꝓuidentia nō recte sensisse fatet. Omnesq; tā gentiles, q̄ christianos uiros: & in oīum doctrinaꝝ genere præstantes sub una eadēq; insciciæ nebula compræhēdit. Eoꝝ autem q nostra ætate fuere: tres præstantissimos uiros esse dicebat. Leonardū Aretinū Guarinū ueronēsem: se tertiū Italiæ lumen: cū tamē primū locū meret: nisi illis paulum humanitatis gr̄a concedere uellet. Sed qd mi⁊ si duobus illis se præferat, cū seipsum maioris esse doctrinæ q̄. M. uarro fuerit palā prædicet, seq; nulla ī facultate illi cedere. Quem Cicero & beatus Augustinus oībus latinis præferūt sapientia & doctrina. Sed nescit homo īsulsus q̄ta eū doctoꝝ uiroꝝ derisio & subsannatio ob eius tā ieptā iactantiam sub sequatur. Nimis ꝓfecto magna uis demētiæ est, quæ mentē aufert: discrimē reꝝ tollit: rationē obducit: animū debilitat: furorē ingerit: denicq; reddit hoies beluis ꝓsimiles: quæ sensu tātū & appetitu mouent oīs rationis exꝑtes. Proh dii īmortales hoc ne tam nefandū monstrū tam īmanis fera: tam detestandū portentū, tam diu īpunita stultitia gaudebit? Nonne oēs q̄bus priscoꝝ memoria cara est: q rerū naturā īdagant: q artibus liberalibus īsudant: q iurisciuilis studio īdulgēt: q̄bus denicq; nr̄a fides ē cordi: insurgere deberēt ad hunc doctoꝝ oīum hostē: ad hanc pestem adolescentū: labem sæculi: ignominiam nois Itali: lapidibus obruendam? Sed ut sapientes uolūt nulla maior pœna: nullū grauius tormentū demētia reperiet, Itaq; insanis & mentecaptis uita morte deterior habenda est. Infernæ furiæ illos præcipites agunt: mentē exagitāt: neq; ꝺnūt cōsistere: ingerūtq; semp ut ea sentiāt: loquant scribāt: quæ sunt eoꝝ nomini dedecus, & infamiā allatura. Abi in malā crucē ꝓteruū animal: cimbalū resonās sine sensu: uir īsulsissime q nulla facultate: nulla autoritate: nulla doctrina es ꝓditus, sed oīum q uiuant amētissimus & sapiētes stultus: doctos īdoctus: ꝓitissimos ignauissimus: elegantes absurdus latīos barbarus repræhēdere audes? O monstrū informe ingēs: cui mētis lumē adēptū est. O uolatile cerebellū. O caput lardo & fumo refertū. O crassa ceruix. O uesanā leuitatē. O temeritatem nō ferendā. O impudentiā manifestā: qui furibūdus demēs insanus īdoctus, petulās audes Ciceronis eloquentiā: tua insulsa dicacitate corrigere. Quis adeo bono est stōacho: nō ut nauseat cū audierit eē rabulā quēdam dicacē: ex maledicoꝝ foro abreptū: q Ciceronis autoritati suā præferat uanitatē? Quis hoc æquo aīo tolleret: abiectū nescio quem: īmundū: ac stupidū ꝓcellū: in ara ignorātiæ: in temeritatis domicilio enutritū: in principē latini eloq̄i uomere amentiā suam: neq; pudere eū repræhēdere: quē oēs illi doctissimi uiri: maximeq; Quintilianus: ut deū eloquētiæ prædicarūt accoluerūt? Quis hūc bipedalē nō rideat asellū: qui ēt Lactantiū īter eos quos uelut ignaros latinæ linguæ castigat nitit emendare? unde huic stulto tanta doctrina: tā noua dicēdi ars tam exq̄sita facultas innata est ut nouū dicēdi morē aliis īcognitū introducat, nesciuit Lactantius latinā linguā: ut ei Laurentio ualla opus fuerit emēdatore? Plinium Macrobiū, Varronē, Agelliū Priscianū, Donatū, Seruiū, Noniū marcellū, Pōpeiū festū: sub eadem ignorātiæ latinæ linguæ nota cōpræhendit. Aristotelē in phīa solus ualla nebulo reprobat. undenam tantā doctrinā ualla īsulsa pecus exhausisti: ut tibi oēs priscos uiros tua loquacitate ut īscios repræhēdis. Nimiū ꝓfecto dei patiētia quādoq; ī sceleſtibus uiris obdormiuit: cū eos tā diu sinit esse īpunitos. Sed dabit supis diis & īferis ualla pœnas satis amplas: cū beati Augustini doctrinā respuit: cū eius dicta cōtēnit: cū cæteros sanctissimos & doctissimos uiros dānat: Cū contra beatū hieronymū libros ꝓphanos de eius ut ait erroribus edidit: Cuius nomē mille amplius ānos pu⁊ īmaculatū sanctū ab hoc nouello tanq̄ ex terræ putredine nato fungo uiolaet. Quidnam est hoc portenti dii boni? Impius sanctū: stultus sapientē: doctissimū ignorantissimus: castū īpurus: religiosum ꝓphanus: fidei nostræ ꝓpugnaculū hereticus ualla īpugnat. Augustinū huic addit: quem ueluti insciū & male de diuina ꝓuidentia & de fato sentientē dānat. Et beatū Thomā ut uerbosum scriptorē insequet. Quam maiorē expectamus a sceleſto portento pœnā q̄ ut more insaniētis herculis furiis agitati seip̄m ꝓiiciat in flāmas ardētis ethnæ. Et certe altissimus puniet maledicentiā tuam nō solū insania & dementia: quibus nil deterius homini pōt accidere: sed etiam corporis tormentis: quæ haud lōge absunt: quando id domini iusticia requiret. Erubesce erubesce inquam aliquando: & si nō prudētis aut boni at saltem paulum uerecundi hominis faciem sume: non solita semper utaris īsania: nō semp officium tibi assumas hominis sicofantæ: Recognosce paulum stultitiam tuam: ꝓteruiam castiga: iactantiam inanem remitte: non sis semp mendax, improbus, detractor, cōuiciator. Nō in omnibus tuis dictis, factis, cogitationibus teipsum solus laudes: sinas aliis hunc locum quem honestius cæteri tractabūt: Corrumpe saltem pecunia aliquē: qui te uel paulum laudet scriptis: Cur solus teipsum extollis? An ignoras laudes in proprio ore sordescere? Nunq̄ Cicero tam aperte suam eloquentiam iactauit: q̄ tu stultitiam tuam: Nunq̄ Aristoteles laudauit ea: quæ in dialecticis scripsit: at tu non solum te laudas: cum dicas non esse dialecticam præter laurentianam: sed Aristotelem repræhendis. Nullus unq̄ philosophus nō ipse plato dixit se esse īter philosophos: qualis hercules inter homines extitisset: qd tu sæpius de te ꝓtulisti. Nullus unq̄ scripsit sua uerba esse aurea: sicut tu de te aselle demētissime. Nūq̄ quis se tanti æstimauit: ut diceret se cū uiris doctissimis cōparandū: Nullū unq̄ legimus adulatorē tam īprobū: ut ea alteri tribueret: quæ tumet de teipso īpudentissime ꝓfers: Abiice quæso deiceps hæc oīa: Noli āplius teip̄m fallere: fatere aliquādo te eē qd es: Redi ad priscos mores: prioré uitā assume: Suscipe bōi hoīs cogitatōes: Redi ī gr̄am

A
B

cum deo: Amplectere hominũ beniuolentiã. Qui ſi iudicium hominũ cõtemnis: ſi deſpicis infamiam: ſi gentium opinionem ſpernis: ſaltem mouearis timore dei: qui nullum facinus ſinit eſſe impunitum:

Ad laudem & cõmendationem Bambergæ ciuitatis. Oratio.

Amberga ciuitas regia atq; florẽtiſſima: intra clariſſimæ & opulentiſſimæ patriæ franconiæ: quæ plerũq; francia orientalis dicit̃. & inter germaniæ nationes nõ minima. Fines dicit̃ eſſe cõſtituta: hæc ꝓfecto ciuitas: & ſitus oportunitate: & aliarũ maximarũ rerũ admiratõe digniſſima: inter alias tanq̃ ſol inter ſidera micat atq; præradiat. Etenim ea ẽ ciuitas: quæ de omni genere laudis atq; uirtutis: cũ quauis nõ modo earũ: quæ hac tẽpeſtate præclaræ ac celebres habent̃. ſed etiã cum omni poſſit antiquitas memoria cõtendere. Et ĩprimis adeo benigne a natura parente: bãbergæ lætus ac fertilis tributus eſt ager: ut nõ modo indigenarꝫ inq̃linorũ: & aduenarũ alimonias: frugũq; copiam abũde ſuppeditet: uerũ etiã finitimis hubertatem elargiri queat. Quocirca babergæ terras in primis almæ cereris delectas: cultaſq; nõ iniuria dixerim. bamberga hæc famoſa eſt multitudine uinetorum: & bacho ut uidetur ĩ primis ſacra. Quid diuerſa pomorũ genera: ſiluas & reliqua arbuſta loquar: ea nõ ſolũ ad uictũ utiliſſima: ſed etiam quæ ĩfructuoſa uident̃ infinitas uſibus hominũ cõmoditates apportant. Pratorũ uiriditas latiſſima: & pabuli copia: cũ amœnũ quẽdam uiſentibus aſpectũ tũ uero gregibus & armẽtis: ſine q̃bus agri colẽdi modus hẽri nõ põt: ĩgentes quaſdam utilitates afferũt. Hortorũ pulchritudo ſpacioſa iucũditas: Quaſi nutrix ſedula q̃ottidianos prouentus ita large ſubminiſtrat: ut herbarũ & florũ hubertas: dulcia quædam uitæ condimẽta largiat̃. Bamberga ĩſup flumĩe: ſiue amne non ĩdecore abluit̃: qui tectus fronde populea: criſtallino alueo: uiridius ripis mira placiditate fluit. Surgit aũt bamberga leniter ĩ collẽ: ſubiectãq; planiciẽ deſpicit: montes a tergo hẽt coniũctos: ad aucupationes uenationeſq; aptiſſimos. Itaq; ſiue rapaci aue: ſiue mordaci cane: ſiue plagis: ſiue uenabulo: ſiue curſu deniq; ſiue feris. ſiue auibus. ſiue piſcibus delecteris. uicini montes coniũcti colles: ſub iecta planicies: præfluens amnis affatĩ oẽ genus prædæ tibi largiter ſubminiſtrãt. Eſt deniq; bamberga pro aſſumenda deambulatione locus q̃dam amœniſſimus. Ibi inter flauentes ſegetes & amœna uireta. ramoſq; fecunditate fructuũ incuruos. ad ipm amnẽ alii cantãt: iocant̃ alii: alii obſoniũ conferũt. deniq; alii inter ſe luctant̃ lacertoſi: quaſi gladiatorio certamine qui deambulãdi & placẽdi gratia conueniũt: & qui uiolẽtia maioris roboris. pſternũtur: & grauiſſimo caſu ad terrã deiiciunt̃ Huberẽ ridẽdi materiã aliis præbẽt. Supra bambergã ad uerticẽ montis Arx eſt munitiſſima: ſicut & tota frãconia caſtellis eſt referta. quæ a nobilibus tenẽtur ut igit̃ uiatores paulo plures numero cõſpicant̃. cũ iã illi caſtellis ſubſunt. repẽte ex arcibus cornua ſonant. & q̃ maxĩa fieri põt multitudo hoĩum ex mœnibus & ꝓpugnaculis clamorẽ extollit hoſtilem ut dicit̃. Et rauco crepuerunt cornua cantu. Quem illi ualere putant ad cuſtodiã rerũ ſuarũ. magiſq; ab iniuria tempaturos hoĩes. ſi iam aſpecti & declamati ſe obſeruari exiſtimẽt. hoc etiã ad cumulũ laudis additur: q; tot copioſiſſimarꝫ urbiũ uicina Bamberga eſt: ut ſiquid noſtros ad uſus dedit: nõ laborioſe uendicari poſſit: q̃ in prõptu ſit: q̃ pleno (ut dicit̃) cornu. hæc naturæ fere dona ſunt: Illa uero artis nõ exigua ſane. Occurrunt nãq; cum alia templa multa: domi foriſq; diuinæ uenerationi: & chriſtianæ religioni dedicata: tũ uero ipſa. Epiſcopalis ſedes: Bambergæ ciuitatis pleno iure domina: cuius decor & magnitudo cuiuſlibet ẽt nobiliſſimæ ciuitatis ornamenta eẽ poſſint. Surgũt præterea quoquo te uerteris tot tãtæq; domus: ædes regiæ: quarũ numerus & magnificentia ſpectabilem urbem & admirandã efficiant. Omnia q̃ppe ſunt ad urbis ſufficiẽtiam: præterq̃ mœnibus & muro caret: in maximæ libertatis ſignũ. Nõ dicam nũc Reuerendiſſimi antiſtitis domini Antonii ex nobili de Rotenhan familia fidem & ſanctimõiã. Nõ cleri deuotionẽ & præſtantiã. Non diuini cultus inſtitutionẽ & obſeruantiã. Nõ ciuiũ humanitatẽ & beniuolentiã. Nõ adoleſcentorũ grauitatẽ & cõtinentiã. Nõ matronarũ claritatem & pudicitiã. Non deniq; templorꝫ ornatum & totius urbis admirandã pulchritudinẽ: quæ me hercle cõſpicua ſunt: & egregia decorata lauticia: quæ ſi omnia pro dignitate laudare uellẽ. Ante diem clauſo cõponet ueſper olympo. Hãc igit̃ fæliciſſimã Bambergẽſem ciuitatẽ: ſapientiſſimã quoq; appellare licet. Quippe quæ quod ab hetruſcis inuentũ: & a Romanis uſurpatũ optimũ regendi temperamẽtũ legerit: id ſibi uendicare ſtuduerit. Quẽ admodum. n. ad cõmunem tuendã libertatẽ optimũ factũ indicarũt Romani cõſulares tribuno ſplebis addere poteſtati: hoc eſt plures creare magiſtratus: ut quod pauci nõ ualerent: id plures ſuſtinerẽt: utiq; quod in paucis præſidentibus periculoſum foret id a pluribus tutũ redderet̃: ut demũ in quo pauci aberrare poſſent: id plures corrigerent atq; emendarent. Sic apud eos unus per Reuerẽdiſſimũ dominũ Antiſtitem: quẽ Scultetũ uocant deputat̃: apud quẽ ſumma poteſtas cũ impio eſt. hic nõ publicis ædibus: ſed in priuata domo ſua & cõſueta habitat. hic in caput uniuſcuiuſq; animaduertẽdi poteſtatẽ hẽt. Si de hõicidio. ſi de furto. de rapis. de ueneficio. de adulterio. ac cæteris cribus agat̃. Aſtant in cõſilio eius: quos ipſa ciuitas deputat uiros cõſulares. Rei ipſi ĩ uinculis adducunt̃. Ibi & accuſatoribus & defenſoribus dicendi contra reum: & pro reo dat̃. Auditis omnibus in ſententiã itur. Eodẽ ordine de ciuilibus cauſis cognoſcitur apud hunc magiſtratum & eius cõſilium quia liberã iudicãdi habẽt poteſtatẽ: ueſtꝫ igit̃ eſt Reuerẽdiſſime ꝑſul. Magnifice ſcultete: & ſapiẽtiſſimi cõſules: tam glorioſæ patriæ: ciuitati: & reipublicæ conſulere: & iuſticiam conſeruare. Nihil pulchrius: nihil dignius:

nihil antiquius ducitis: q̃ dies ac noctes pro tam alma patria: & republica uigilare: uigilando defendere: defendẽdo cũ laude & gloria gubernare. Quã quidẽ facultatẽ ille uobis tribuat & cõcedat: q cũ beatissima eius genitrice: ac diuis Henrico & kunegũde: quibus bãberga gaudet patronis: in excelsis uiuit & regnat per infinita sæcula sæculoꝝ benedictus Amen.

Ad laudem & cõmendationẽ clarissimaꝝ fœminaꝝ Oratio exquisita:

Axima & amplissima me gloria dignũ arbitrarer: matronæ pudicissimæ si ꝓpetuis & exquisitissimis uos laudibus satis pro dignitate extollere possem: qd̃ nullo ꝓfecto pacto cõsequi ualeo. Cũ dicẽdi ars a me aliena sit: & hæc res in se tantũ dignitatis ac excellẽtiæ cõtineat: ut nõ infimũ aut mediocrẽ uirũ defatigaret: sed sũmũ ac ꝓpe diuinũ oratorẽ illud aggredi ꝓhorrescere q̃plurimũ faceret: tamẽ de laudibus & excellẽtia uestra honestissimæ fœminæ uerba facturus (semp cũ bona uestra uenia) pudicitia, quæ uobis est ꝓpria priores sibi nitiẽ uẽdicare partes. Nã quãta ea sit uirtus nulli ꝓfecto obscuꝝ esse arbitror uel ea inductus rõne q ipse deus imortalis & dominus noster humanã naturã induere uolẽs, nõ nisi ex pudicissima uirgine cõcipi, nasci, ac ꝓcreari uoluerit, quãdoue in ppetua eius humanitate pudicissimus ipse fuit: quando & apud illũ nullus gradus maior, acceptior, aut ꝓximior & in terris fuerit & cælesti uita sit q̃ pudicarũ & pudicoꝝ. Primũ igiẽ oĩum statuerunt Romani pudicitiã (quo quidẽ titulo nullus maior cuiq̃ exhiberi possit) pro dea & numine cæli & templis sacrificiisq; rite honorari. Nec imerito quã uidelicet uiroꝝ pariter ac mulieꝝ præcipuũ fundamẽtum quã puerilis ætatis insigne præsidiũ quã luuẽte & uirginei floris simul & sanctitatis matronalis alias matrimonialis custodẽ & ornamẽtũ esse aĩaduertebãt. Ex quo quidẽ illd̃ apud eos laudatissimũ emanauit ĩstitutũ ut quæ fœminæ uno mrimonio cõtentæ fuissent corona pudicitiæ honorarẽtur. Quã qdẽ pudicitiã quo facilius ĩuiolatã seruarẽt: uini usum Romanis fœminis & ĩhibuerũt & ignotũ esse uoluerũt: ne uidelicet in aliquod dedecus ꝓlabareẽ: quoniã ꝓximus a libero patre intẽperantiæ gradus ad incõcessam ueneré eé cõsueuit. Cũq; sine libero & cerere frigeat uenus. Quid. n. de Minerua quadã & eius pudicitia dicã? quæ ob uirginitatẽ tutandã patrẽ diciẽ interemisse, pluris. n. integritatẽ q̃ parẽtis pietatẽ æstimauit. Quid de Cassandra? quæ nec apollini qd cõsentire uoluit. Quid de Hippone græca: & Brictona cretẽse? quaꝝ prima cũ hostiũ classe eẽt excepta ĩ mare (ut morte pudicitiam seruaret) se abiicere nõ est uerita. Altera uero quã Minos cretensium Rex cum insequeretur aufugiẽs: eadem ratione in mare se præcipitẽ dedit. Quid de Vesta saturnia? quæ ob eius præcipuã uirginitatem dea ẽ appellata? Quid de Penelope & Didone: quas uno uiro legimus fuisse cõtẽtas? Quid de Lucretia: & aliis q̃plurimis: quas si enumerare uoluero: dies potius q̃ copia deficiet? Sed cõsideremus hanc tantã rẽ parũ diligẽtius? Quid. n. est aliud maritis fidem seruare: aut illos admirabili caritate ꝓseq; nisi honestatis iura tenere? Emilia superiori Africano. Thuria. Qu. lucretio nonne fidissimæ fuere? Sulpicia lẽtulo cõiuge proscripta: ut fides incorrupta remaneret: leiꝑam proscribere nõ duhitauit. Euãde uiꝝ suũ Capaneũ adeo dilexit: ut dũ illius cadauer fulminatũ ac semi ustũ in rogũ poneret: præ ingẽti animi dolore se flãmis iniecerit: ut ita simul cũ illo exusta ĩmixtis cineribus ĩ eadẽ urna deponeret. Iulia quoq; cũ e foro Põpei cõiugis uestẽ cruentã domũ relatã cerneret: suspicãs qd mali marito accidisse: graui dolore & cõceptũ: qd̃ adhuc in utero erat eiicere: & qd̃ acerbius fuit expirare coacta ẽ. Nec hipsicratea Reginã tacebo: q̃ tonsis capillis: & singulare eius formæ decus in habitũ uirilẽ cõuertens: quo facilius uiꝝ suũ Mitridatẽ comitari ualeret: illũ a Põpeio uictũ: & mẽte & corpore infatigabili: ꝑ diuersas gentes fugientẽ sequuta est. Quãta uero prudẽtia: aut potius diuinitate hic muliebris sexus floruerit: Cyri filia: Dionysii mater: Calphurnia: Tanaqꝛ: & Sibillæ oẽs ꝑiter ipsæ testanẽ? Quid. n. é aliud ex somniis futura præuidere: aut ex ꝓdigiis? nisi prudentia & quidẽ singulari ac diuinitate ꝓditum esse. Quid prudẽtius aut diuinius q̃ uirginis cõceptũ. omnipotẽtis dei aduentũ. passionẽ. morté ac resurrectionẽ. In quo maxĩe fides nr̃a cõsistit: ab oĩbus Sibillis diuinari: prædici: & uerbis apiri? Tãta muliebris generis ac sexus est fortitudo ut hac una maxĩe mulieres cõtinue q̃sq; admiratus sit. Arpalicem Thraciã audiuimus ligurgũ patrẽ senẽ a Gethis captũ: collecta statim multitudine: celerius q̃ de fœminea ꝑe licuerit armis: & suo ꝓprio robore liberasse. Taceo Semiramini assyriorũ reginã: quæ post sui cõiugis mortẽ: & arma ferre & militare sæpius ꝓ regni defensione cõsueuit. Cloelia uere cum aliis porsenæ hetruscorũ regi obses data: nocturno tpe deceptis custodiis: celeri fluminis traiectu patriam liberauit. Portia aut cũ apud philippos Macedoniæ cãpos Brutũ maritũ mortuũ intellexisset qa ferꝝ nõ dabaẽ (ore ardentes carbones hausit. Si cõstantiã quærimus Sẽpronia gracchoꝝ soror & Scipionis æmiliani uxor: cũ a tribuno plebis ad populũ ĩ foro ꝓduceret: instaret q; cõtra eam multis tribunitia ptãs: necnõ incerta uulgi multitudine obstrepẽte. Eq̃tiũ execrabili audacia: falso alienam uolentẽ usurpare ꝓpiq̃tatẽ cõstãtissĩe ꝛpulit. Si liberalitatẽ qd hoc fœieo sexu liberalius? Fãniũ mariũ a senatu Rõanorũ hostẽ ĩdicatũ in suã domũ deduxit. Apuliæ regiõis q̃dã fœia Busa noĩe ditissima: nõnullos ciues Rõanos Cãnensis ꝑlii reliquias: domi suæ benignissime sustẽtauit. Si pietatẽ: alias pr̃es inueniemus: alias matres in carcere per multos dies suo lacte seruasse. Antigona Aedippi filia patri cœco: & in exilium pulso continuo ducatum miseranda præstitit. Claudia uestalis uirgo inter patrem suum triũphantẽ: & tribunum plebis uiolenta manu illum e curru trahentẽ se interposuit: & a parẽte sola uim tribuniti am depulit. Neq; desunt mihi clarissimarũ mulierum exẽpla quæ & lr̃is & studiis & eloquentia florue

runt.Quid.n.in primis litteris maius:aut excellentius humano generi dari potuit: his nãq; recta.honesta.sancta.ac religiosa sectari instruimur:his quæ ad rem priuatam ac publicam:his quæ ad sacræ religionis ritus:ac cærimonias spectãt doceri abundãtissime possumus:ímo illud ausim dicere:uir sapiẽs ullo pacto quis esse nõ potest:qui sit oĩum penitus litterarũ ignarus & expers:labet' is ĩ ꝑuis minimisq; rebus:errabit:decipiet':quo sapienti nihil magis põt esse cõtrariũ.haꝫ igit' tantæ utilitatis & ꝑstantiæ litteraꝫ.quis mortalibus usum apuit?quis earum autor extitit?mulieres,ꝑfecto.Isidẽ ferũt:siue illã Promethei:siue aliã Machi:nõ solũ terræ cultũ:& lini usum. Sed(qd' præstãtius est) apud ægyptios litteras inuenisse: quas postmodũ nobis latinis Nichostrata Ionii archidũ regis filia:aut eadem Carmentis Euandria nõ solũ dedit sed etiã earũ cõiunctiones:ac sonos edocuit.Sed qd de cæteris artibus dicemus?Minerua apud argiuos phoraneo:siue apd' atheniẽses Ogyge regnãte:& lanificiũ:& texturã: & numeros:& eorũdem figuras ingenio adiuenit acutissimo.hanc ẽt aiũt:siue aliã(nam plures miner uas legimus)oliuaꝫ.quadrigaꝫ.& bellorũ autorẽ extitisse ac principẽ.Quid Ceres? quæ mortalibus ex duris glãdibus pecoꝫ more uiuentibus terras colere:ac fruges colligere monstrauit.Ita ut ꝓpterea nec ímerito apud gentiles deæ:hoc est diuinæ mulieres appellent'.Extat Cornelia Scipionis affricani filia:cuius ꝑ multa sæcula eius mortẽ extabãt epistolæ elegãtissimo stilo ꝑscriptæ.Et Saphos poetissæ libri:summo in honore apud græcos:ꝓpter singularẽ facũdiã & scribẽdi artẽ habiti sunt:a qua Saphi cũ carmẽ dicũt denominatũ.Aspasia quoq; ꝑ Socratis tẽpora fuit doctissima quidem mulier: & eloquentia & litteris præcellens:a qua Socratem philosophum tantũ se didicisse quædã nõ pudeat confiteri.Extat Centona quã diuinã dicerẽ:cum ex Marone tot uersus ad dei nostri intellectum traxerit: ni aliter a nobis sensissет Hieronymus.sed(qd' repræhendi nõ poterit)doctissimam appellabo.Quid de Amesia:quam eo q; sub fœminea forma uirilẽ animũ gereret Androgenẽ uocauere. Ea apud prætores maximo populi concursu:& cãm egit:& prima actõe a cũctis pene iudiciis liberata est.Gaia quoq; afrãnia Lucii senatoris uxor:ita litibus & causis apta fuit ut apd' plures magistratus sæpissime orasse dicat'.& quod oĩum é maximũ:humanũ genus alioquin breui ꝑiturũq; foret:ni eẽt hic muliebris sexus.Mulieres itaq; sũt q̃ familias:q̃ respublicas:q̃ totã deniq; cõditionẽ restaurant:& qd' maius est immortalẽ reddunt.hoc Romanæ urbis cõditor intelligés quãdo fœminis careret:cũ Sabinis bellũ graue inire nõ dubitauit.Cognoscebat.n.huiusmodi ĩperiũ:si mulieres nõ affuissent pauciss̃imis eẽ duratuꝫ diebus.Possẽ magnanimitatẽ:pulchritudinem:& alias mulierum dotes similiter exemplis ꝓseq: nisi nũc modũ noster excederet sermo:uel uerius:ne ego tã insçius sum:ut mulieꝫ uirtutes ac præstãtiã:memorare me posse crediderim.Si.n.recte pẽsabimus in omni uirtutis genere(date ueniã uiri ue-
A ra loquor)inueniemus eas:si nõ supasse uiros:at saltẽ æquasse.In tot igit' & tãtaꝫ uirtutũ testimonia: qbus muliebris sexus abũdantissime fuit ĩsignitus.Cõstat usq; ad ætatẽ.M.apii & se ornasse mulieres: & auro abundãti:ac purpura usas:nõ solũ ut maritoꝫ autoritatẽ seruarẽt:sed ẽt ut formosiores se rẽderẽt.Tũc lata est appia lex:ne qua mulier plus semi uncia auri haberet.aut uestimẽtum uersicoloris: quãdo respublica in maxío discrimine erat:quom Anibalẽ Romanã ad urbẽ castro posituꝫ timerẽt: quom socii.milites.classes.cõmeatus.pecuniæ deessent.quæ oĩa huius legis cõdẽdæ causa fuere:tãdiu duraturæ:q̃diu populus Romanus ab ea calamitate liber eẽt.Floréte postmodũ republica hanc legẽ abrogando grauissimus:ac sereniss̃imus uir & cõsul.M.Cato portius matronis ornamẽta restituit:qd' ab eo tpe usq; ad hanc diẽ inuiolatũ iure ꝓmansit.Auꝫ itaq;:& huiusmodi insignia ac ornatus: quem
B latet uirtutis testimonia:& bene institutæ mẽtis eẽ præconia?Nõ.n.decorassent mulieres maiores nostri tanto ornatu:aut ꝓmisissent:nisi aliqua uirtute meruissent.Sic mulieres primariæ ab ignobilibus differebant.Ita ferunt antiqtus ꝑsarũ reges uarios sibi:& inusitatos uulgo habitus multo auro:multisq; gẽmis se ĩdulsisse:ut a priuatis & subiectis discernerent':& amplioris apud suos eẽnt ueneratõis.Et in.primis mulieribus:quarũ uiri auro utunt' hæc insignia cõuenire:& eas maritoꝫ autoritatẽ ímitari(nã uiroꝫ genere nobilitant':& illorũ tantũ gloria illustrant')nemo dubitat?Inde Vulpianus iurisc̃õsultus nõ ímerito eas uult fœminas clarissimas appellari:quia clarissimis sunt cõiunctæ ꝑsonis:& tam diu clarissimæ habẽt':q̃diu cũ clarissimis uiris in matrimonio ꝓmãserint:aut ab illis separatæ aliis ínferioris gradus nõ nupserint:hoc ius antiquũ:hoc nouũ:& ut iurisc̃õsultoꝫ uerbis utar:hoc ius nouissimũ apertissimis notat legibus:hac causa cũ suasu Nardochei hester nõ uocata. Artarxerxẽ ꝑsaꝫ regẽ eius uirũ adisset.ut ipsum pro cõmun iudæoꝫ piculo deprecar':eoq; q; inuitata nõ fuerat timor suos artus occupauisset(lex enim erat ut siquis ad regẽ uõ uocatus intraret capite puniret'.nisi ei quẽ salũ esse uoluisset cõtinuo aurea uirga porriget')Rex cõiugẽ gremio collegit:fouit:& osculatus est ꝑsua sitq; ne ex lata lege quid mali metueret:adducés leges subiectis dici:non aũt uxoribus: quæ & pariter cũ maritis regnare:& eãdẽ debent hẽre ptãtẽ.ut aũt aliquãdo cõcludã:ad illaꝫ quas supra dixi fœminaꝫ præstantiã quæso matronæ honestissimæ mẽtes erigite uestras atq; extollite.Quod quidem si a uobis factũ fuerit:& sanctissima pudicitia:cæteræq; uirtutes suũ apud uos locũ obtinuerint: summa apud deũ ímortalem:apud quẽ nullũ bonũ est irremunerandũ merita:singulariq; amorẽ fauorẽ, reuerentiã & obseruantiã cõsequimini apud omnes:& deniq; laudẽ uobis cõparabitis perpetuã.

In desponsatione dominæ Richardæ. & incliti Marchionis
Estensis sponsalitia oratio ornatissima.

Vammaximum:q̃ue ampliſſimum munus hodierno die infirmis humeris meis deſumpſiſſe intelligam illuſtres heroes:uoſq; magnifici uiri:q fauſtũ hunc nuptiaꝝ diẽ celebraturi tanto ſtudio:tantaq; inuſitata frequẽtia cõueniſtis:clariſſimo & florẽtiſſimo cõcurſu ueſtro abunde in documẽto eſtis. Ea quidẽ altiſſima res:quæ pro ſua dignitate tractata ad longũ uſq; uolumẽ excreſceret:& nobile quodlibet ornaret ingeniũ. Profecto magno erat alicui delegenda oratori: qui hoc immenſo dicendoꝝ aceruo:ingenii uim:autoritatẽ & eloquẽtiam parẽ mariti ac maritæ dignitati: & magnitudini reꝝ ſumminiſtraret. Hæc ego quanta eẽnt:quantũq; ſuo pondere uires meas opprimerent:cũ mecum ipſe cogitarẽ cæpi uerecundus ſubdubitare mihi uitio uerti poſſe:ſi quottidianis uotis expetitam laudatiõis occaſionẽ:nõ officioſe ſatis & accumulate ꝓſoluero:dũ principis mei memorabilibus meritis exiguam dicẽdo atq; ieiunam operam ĩpartier:Sed quia excellẽtes principes:q me officio & amore ꝓſecuti ſunt colẽdos eſſe:ipſorũq; ĩperatui parẽdum ſemp exiſtimaui:conſtitui aĩo delatũ fidei meæ orationis hoc genus nullius loci exceptione:nullaue cauſa recuſare:malo enĩ ĩbecillitatẽ q̃ aĩum accuſari. Dum igit᷑ ardua hæc meiſq; maiora uiribus moliri aggredior:diuinã opẽ ĩplorabo: ut quo adire mea ignoratio non poſſit:cæleſti fauore adductus aſpirẽ. ueꝝ nunc ipſe locus:ipſaq; conſuetudo Illuſtres proceres nos admonet ſumma quæq; carpẽdo ꝓtranſire paucis de ipſius matrimonii:ac ſponſoꝝ laudibus attingere decreuimus. Quod ſi proꝛeaꝝ reꝝ dignitate:ueſtriſq; expectationibus minime dixiſſe uidear:hanc mihi a uobis ueniam concedi oportet. Ita tamẽ ut᷑ non rẽ ĩgenio:ſed ingeniũ rei defeciſſe arbitremini. Quis enĩ cõmode aut ornate ſatis tanti ſacramẽti laudes explicare potuerit᷑? In quo non ſolum honeſtas & utilitas:ſed& laus ſumma cũ iucunditate uerſat᷑. Cũ enĩ multa diuinitus:ĩmo oĩa nobis ſint:q̃bus iucundiſſime uitam ducamus:nihil ſane ẽ ſi recta aĩaduerſione meditati uoluerimus:quod huic coniugali conſortio poſſit anteferri: Admirandæ ꝓfecto & innumeræ ſunt laudes ſingulariſſimæ:dignitateſq; ſacratiſſimi matrimonii:ratione multiplici ſummope uenerandi. Primum qppe autoris ratione. Deus enĩ ueri patris functus officio ne genus deficeret humanum:marem primo ad ipſius dei ſimilitudinẽ effinxit:deinde fœminam ad ipſius uiri configurauit effigiem:ut duo ĩter ſe permixti ſexus ꝓpagare ſobolẽ poſſet:& cõem terram multitudine adimplere:ut qdẽ ieſus chriſtus. pius. uerus. optimus deus:non ĩconſulto dixit Gene. primo: Creſcite & multiplicamini & replete terram. Loci ĩſup ratione digniſſimum eſt matrimonium ſacramẽtum:qa ĩ deliciaꝝ ꝑadiſo iniciatũ. Status ꝓterea:nam tpe ĩnocẽtiæ:& ante peccatum ĩſtitutum fuit. Nihil itaq; in rebus humanis ſalubrius atq; ꝓſtãtius coniugio eſt. Cõſpicimus in humani generis cõſeruationẽ. hoĩum ſaluté. urbes domicilia. fortunas. & quæcunq; quæ ad bonum ſtatum hoĩs attinẽt. ſine iſtac copula nullo pacto duratura. Quid mũdus ipſe eſſet᷑? quid. ciuitates᷑? & parẽtelæ magnificum cernerent:ſi nõ matrimonii continuus uſus:& conſuetudo frequentaretur᷑? per hoc prælia etiam acerrima:hac inimicitias ſummas ſedari. in amicitiam cõuentiq; uidemus. Interq; coniuges amorẽ indiſſolubilem:caritatẽq; perpetuam mirum in modum generari. Nam nihil iucundius nihil carius optari põt q̃ pudicam & honeſtam mulierem petere:quæ in ſecũdis & aduerſis rebus ſocia:coniunx & amica ſit:quæ te in adoleſcentia comitatur:in ſenectute non deſerit:tecũ pernoctaꝛ:peregrinaꝛ:ruſticaꝛ:labores non aſpernaꝛ:pericula nõ metuit:mortẽ non perhorreſcit:cui deniq; cogitatiões cordis tui oẽs ſecure referas. De qua Cicero ad Atticũ loquens ſic dixit:quid dulcius q̃ habere qui cũ oĩa uideas loqui ut tecum. præterea maximus princeps deus. Gene. i. ait. Non eſt bonum hoĩem eſſe ſolũ:faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. De quo etiam matrimonio Cicero cogitans in ſomnio Scipionis ſic ait:Nihil eſt enĩ principi illi deo:q oẽm hũc mũdum regit:quod quidẽ in terris fiat acceptius q̃ conſilia cætuſq; hoĩum iure ſociati. Nam cum mortales eſſemus effecit nos generis perpetuitate immortales. hinc dulce uiri & uxoris nomen exortum eſt: hinc ꝓprii cuiq; liberi cõparati ſunt. hinc immenſa uagandi libertas extincta eſt: hinc inſueta quædã. infinita. inſatiabilis. inexcogitata. & ipſis propemodum amantibus incognita dulcedo:atq; ſuauitas data eſt:quæ maritum coniugi:cõiugẽ marito:utriuſq; liberis liberos utriuſq; demulceat. Quare nõ ſine cauſa iure ſtatutum eſt:ſine utriuſq; conſenſu matrimoniũ confici minime poſſe:ut amor inter coniuges perpetuo inuiolatus permaneret:& ne ullum prorſus futuꝝ caritati atq; beniuolentiæ obiici poſſet obſtaculum. O uæhemẽs amoris magnitudo. O matrimonii uis inæſtimabilis:qs te dignis unquã laudibus proſequetur᷑? debitaq; ueneratione commendabit᷑? aut meritis tuis parem gratiam referre poterit. Siquis eſt:quis inquam eſt per deum ĩmortalẽ qui tanta:totq; magnifica de coniugali laudatione dicere poſſit:quin multo plura:multoq; magnificentiora dicenda ſint quæ ſi enumerare uoluero: diẽ nocti coniungere oporteret. Sed omittamus iam quidẽ uerba de ipſa facere:& ad id quod ſecundo loco polliciti ſumus:ſcilicet ad mariti maritæq; laudes tráſeamus. Qua quidẽ in re cũ uideam maius ſolito mihi onus incumbere:non quæq; ſigillatim:ſed ſuccincte tractare propoſui:præſertim cum adeo clara apta,& manifeſta ſint utriuſq; uirtutũ ſuaꝝ præconia:ut nullius laude creſcant:nulliuſq; uitupe ratione minuanꝛ. Et in primis lætor humaniſſimi domini q̃ apud hos dico:quoꝝ plurimi cũ in ipſis principis mei geſtis:tũ rebus & periculis quottidie uerſati:diuinum aĩum prudẽſq; ĩgeniũ eius magiſtra experiẽtia cognouerũt. Nulla equidẽ illud reꝝ ſublimitas ſuperat:nulla cõfundit uarietas: nulla obruit magnitudo:Eiuſq; celebritas tanta eſt:tanta in rebus perſpiciẽdis facilitas:q̃ in præclaris facinoribus:& ĩplicita oĩum magnaꝝ reꝝ copia:ſublime alioꝝ acumen adeo ſemp excelluit: Vt neſciam ad quẽ primũ ĩgenii uſum principẽ ipſum natura parẽs genuerit:& ipa uirtus exercuerit. Quibus ĩ re-

bus ſempitærnas oſium laudes:ĩ q̃bus ut Cicero meminit difficilius eſt exitũ q̃ principiũ inuenire:uo lenti cõpoſito & florido orationis ſtilo cõtexere:tã copioſa materia:tanta ornamẽtoꝝ hubertas abori tur:q̃ dies noxq̃ oĩs media ipſa in oratione deficeret.cũ nullo ſplẽdore facundiæ:nulla dicẽdi aut ſcri bendi autoritate ſatis ornari:cumulateq̃ ſatis cõmemorari poſſint.Sed dicẽdi modus eſt adhibendus: & uirtutes belloꝝ:q̃ ille noſter Annibal ſtrenue: uictorioſiſſimeq̃ geſſit:ac cæteræ tã animi q̃ corpo ris ipſius dotes & fortunæ cõſulto ꝓtereũdæ:hoc tantũ recenſebo q̃ hic noſter heros:ut facilius ſubli mi ſpeculatiõe ſua:ad oſium reꝝ notitiã penetraret:uarios mortaliũ mores:diuerſaꝝ gẽtiũ multifarias naturas:ſitũ diffuſi orbis:& mũdi remotiſſimas regiones:p ĩgẽtia maris ac terræ pericula late peregri natus ſtuduit oculoꝝ iudicio & cognitione callere.Qui poſteaq̃ a uiſitatione ſacraꝝ ædiũ Saluatoris & Iacobi:ad regnũ & ad patriã remeauit:poſt moderatũ exercitiũ ſaluti corporis ĩdulgẽdũ omne eius uacuũ tẽpus diſtribuit:ut uel cura ſua grandis Imperii uel ſtudio ſacraꝝ litteraꝝ: aut legẽdis pſalmis & orationibus traducaſ.Ita q̃ poſteri ad quos tãtaꝝ uirtutũ fama defluxerit nomen ipſius in æternũ colebũt celebratũq̃ facient:nos quoq̃ fuiſſe beatiſſimos q̃ hoc diuino principe frui eũq̃ noſtris ocu lis tueri potuimus.Quãta autẽ ſincero in principe cordis fuerit ĩtegritas & ad ĩmortalẽ deũ quãta re uerẽtia:quãta religio:quãtus timor:q̃ apud ſuã celſitudinẽ quottidie religioſi patres obſeruanſ tã con firmatæ mẽtis reperire pauciſſimo cõfitenſ:unde mirifica merita ſua nullius obſcuræ diurnitatis ob liuio unq̃ obliterabit:ſed dũ uiuet chriſtianũ nomẽ de hoc fulgẽtiſſimo ſidere oẽs loquenſ ꝓdicabũt. & teſtabuntur:& cælo demiſſum fuiſſe principẽ talẽ cõmemorabũt:Quo neſciãt:an quiſq̃ eoꝝ quos aliquãdo aut uiderint aut legerint glorioſius ſuis ĩperitarit?Qua igiſ ꝓdicatiõe fulmẽ illud acuminis extollemus:quod in poteſtate & licentia tãta:nunq̃ niſi ad benignitatẽ:ad officiũ:ad uirtutẽ accõmo dandã eſſe exiſtimauit.Eius q̃ppe miſericordiæ extant in aliis exẽpla ſatis rara:cũ inopes hoĩes ipſorũ ægeſtate intellecta nunq̃ a ſe dimiſerit neceſſariis deſtitutos:ſinguliſq̃ ameniſſimã eius ꝓſentiã adire ſolitis:paterna caritate:feſtiua hilaritate:ſuauiſſimoq̃ ſuæ maieſtatis applauſu oẽm merorem ademe ri t:omnẽ ſemper ſolicitudinẽ mitigarit.Ita ut admirandã eius ſapiẽtiã:pietatẽ:modeſtiã uti numen ali quod:nos qui ſuæ maieſtati ſeruimus:amemus:& ueneremur:atq̃ ita colamus q̃ ſine ſatellite:ſine mi lite:ſine armis tanta multitudo populoꝝ & mortaliũ moderaſ:tractaſ:& regiſ.Sed nunc ĩtelligo pu diciſſimæ ſponſæ iniuriã facere:eius mentionẽ tãdiu ꝓtermittẽs:q̃q̃ illa qdẽ mea ieiuna:& aggreſti lau datione nõ indigeat:quæ ſibi ſua prudẽtia:moꝝ grauitate:uitæ dexteritate latã.uberẽq̃ ad eternitatẽ feneſtrã pateſecerit.Omitto de patria:de parẽtibus:de nobilitate:de diuitiis & de cæteris fortunæ bo nis uerba facere:præterea corporis ualetudinẽ:& forme cõdecẽtiã ſuperuacuũ exiſtimo in longiorem ſermonẽ protelare:hæc enĩ huiuſmodi ut habẽtibus quidẽ laudabilia ſint:uerũ eis facile ſine ignomi nia careas:quæ tamen in'honeſtiſſima ſponſa ſatis ipſam oſtẽdũt:cõmendant:& laudant.Illud unũ om nibus omiſſis ſilentio præterite nõ potui caſtioré ſe aut cõtinẽtioré me uidiſſe neminẽ:maiori mode ſtia ſobrietate maiori neminẽ.O fælices thedas: & beatũ uirũ tali coniuge decoratũ.Nullã enĩ inueni diu mecum animo reuoluens:quã ſibi equiparare ualeã.Nil habẽt reliquæ(pace ſua dixerim)quod cũ huius uirtutibus cõferant.Doleo iam ex aĩo cæteraꝝ laudes nil ſecũ habet cõe lucretia.nil hortenſia. nil bruti.nil regis mitridatis cõiunx.Sordeſcit enĩ iã eoꝝ gloria illa ſublimis ſi cũ huius uirtute cõferã tur.In hac enĩ tuas oẽs uires natura exiuiſſe uideſ.Plura de ſponſi & ſponſæ laudibus nõ dicã:ne lon gius ab inſtituto mea euageſ oratio:ſed ea inclita utriuſq̃ generis inſignia libet hoc tẽpore præterire: q̃a in repetẽdis illis multoꝝ annoꝝ lucubratio ſtudioſa cõſumeretur. Vos igitur clariſſimi uiri: Itali cæ nobilitaris lucidiſſima ſidera qui haud ſecus q̃ ſtellæ cælum hunc celebrem conſeſſum atq̃ locum ornatiſſima ueſtra præſentia illuſtratis:in hac tanta ampliſſimorum hominum abundantiſſimarum q̃ laudum multitudine pene obruti:mihi cogitationes ueſtras accommodate ut ea quæ pro magnitu dine rerum in hac temporis anguſtia explicari a me cumulate nequæunt:tacita uos ipſi cogitatiõe re cenſeatis.Tandem ut finem aliquando dicendi faciam pro mutua noſtra deuotione ueſtræ fælicitati applaudimus & congratulamur:Tibi in primis Sponſe: & hæros magnifice:q̃ Virginem talem pudi ciſſimam dominam Richardam honeſtate & elegantia ornatiſſimam:tibi in cõiugem elegeris:ut duo non ſolum una in carne pro diuino præcepto:ſed etiam una in mente futuri ſitis.Tibi etiam ſponſa & domina elegantiſſima non minus congratulamur:quæ principem atq̃ uirum tam clariſſimum es ſor tita:& iubilantes oremus ut uir & uxor beate ac fæliciter multos ſibi exigant concorditer annos cla roq̃ fiant de prole parentes.

Poggii florentini ad Carolum:Lauren tii de medicis laudatio funebris incipit.

I ſerius mi doctiſſime Carole:ornatiſſimi atq̃ amantiſſimi quondam mihi laurentii noſtri: debitum uirtuti munus præſtiti:q̃ eius in me officia poſtulabãt:nõ negligẽtiæ:nõ obliuioni tribuendum: ſed doloris magnitudini:quem ex cariſſimi:deq̃ me optime meriti uiri mor te ſuſcepi.Tantus enim meror:tanta uis ægritudinis mentem oppreſſit ut quotieſcunq̃ aĩum ad eius memoriã reuocarim:nõ ſcribẽdi facultatẽ:ſed lachrimaꝝ copia ipſius recordatio mihi ſuppeditarit: quodq̃ ĩbecillis ſolet animis euenire.ita ceſſerit dolori ratio ſcribẽdi:ut a tpe meroris mitigatio fuerit expetẽda.Et.n.qs tã durus:uel potius ferreus eẽt:q̃ fletũ & lachrimas ĩ talis uiri atq̃ amici cõmemora

tione contineret? Multa quippe diuersorum hominum uulnera quottidie ante oculos obuersantur ut
nullius in obitu tanq̃ in re insolita obstupescere debeamus, sed tũ maxima pars horũ si sunt: ut incertũ
sit uita ne illorũ morti potius an mors uitæ fuerit præferenda? uiuãt enĩ an intereãt parũ ĩteresse mor
talium uideã? At uero cũ morte obiit is: cuius uita oĩbus cõfert: cuius salus multoꝝ salutẽ amplectit?
cuius opes ac fortunæ semp amicis præsto fuere: qui liberalitate atq; humanitate omnes antecellit: tũ
demũ graue ac difficile est nõ conqueri. Quid enĩ uita hoĩum esset: derelicta bonorum tutela? spoliata
amicitiæ fructu quẽ unũ habemus tutissimũ portũ in uariis casibus qui uidentur in uita hoĩum cõsti
tuti? Eteni sic sentio nullũ esse doloré: qui ad amicoꝝ doloré accedat. Nã parentes patres filii: tũ boni: A
tũ mali qcũq; hi fuerint natura tribuunt nobis. quo fit ut eos persæpe odio habeamus nobis eorũ in
teritus exoptet. Amicos uero nosipsi eligimus sponte nostra: q̃ sunt nobis carissimi quoꝝ iucunditate
cũ priuamur: nulla uidet nobis uita esse iucunda. Quod sicui unquã in amici obitu dolere licuit: mihi
certe licet maxime: qui nõ solũ dulcissimo hac suauissimo amicitiæ fructu sed meipso uideor esse pri
uatus. Ille enĩ parẽtũ mihi caritatem: amici officia: fratris beniuolentiã præstabat. Ille meas curas suas
esse dicebat. Ille me opibus pecunia patrimonio subleuabat. Denicq; ea erat inter nos mutua caritas ac
beniuolentia: ut illo uiuo nullã fortunã extimescẽs: securus rerũ in tranquillo uidelicet portu uiderer
quiescere. Itaq; silentio meo causam præbuit non obliuio. Sed meror grauis: q̃ diutius q̃ uellẽ tenebras
quasdã ita animo offudit: ut nulla adhuc cõcedat scribẽdi facultas. Verum ne nũc quidẽ parẽ eius uir
tutibus elegantiã repræsentare possum: dicã tamẽ ut facultas se dabit: quæ credã ad eius laudes perti- B
nere: de quibus anteq̃ dicere aggrediar ĩbecillitas nostra: & cõmunis uitæ conditio tũ fortunæ iniqui
tas paulum mihi deploranda est. Nã quãuis optime cũ laurentio actũ putẽ: qui summa fælicitate ĩ fra
tris amantissimi: castissimæ uxoris: omnium suorum cõplexu: summa hominum beniuolentia: patria
deflente uita functus est: tamen durum est atq; arduũ fortunæ arbitrio magis q̃ rationi nobis esse pa
rendũ. Erãt ignobiles inutiles nefarii p multi quoꝝ interitus magno emolumento cõmuni paci & qe
ti esset futurus. In eos libido fortunæ crassari poterat summo omnium plausu & cõmendatione. At eũ
sibi delegit: in quo se maxime nobis obesse existimauit: & uexare quãplurimos. uersat enĩ singula ut li
bet: & cum nihil firmũ: nihil stabile: nihil exploratũ: nihil certũ esse permittat in rerum cõtinuo laben
tium mutatione & curriculo collocamur. Vxores. filii: patres: res domesticæ oẽs: & qcqd in humanis
carum habemus: Illius arbitrio obtemperent necesse est: ut ne in horam quidem huiusmodi reꝝ certi
esse possumus. Infirmitates quoq;: ac debilitates corporis mors nostroꝝ repentina incerti obitus: uani
casus ante oculos aduersantur: ut nõ solũ laurentii mors sed mea quoq; cæterorũq; q mihi sunt carissi
mi dubia fortuna metu ac solicitudine menté cõturbat: Haud insulse xerxes Rex ille potẽtissimus cũ
tantum exercitũ cõparasset: quãtũ nũq̃ antea historiæ tradiderũt: fleuisse dicit cõditionẽ ĩbecillitatẽq;
cõditionis humanæ: q; nemo ex tot hoĩum milibus infra cẽtesimũ annũ unus eẽt futurus. Genus itaq;
humanũ & caducũ esse & mortale: ac ea lege natũ ut pereat neminẽ latet: Sic Thebanus pidarus: homi C
nẽ scribit umbrã esse: & quoddã somniũ. Sic Theocritus in duobus pastoribus expressit dicẽs pastorẽ D
quendã cũ iuuencos fugare uoluisset paulo incõsideratius per quendã excurrisse collẽ: paruaq; spina
in talo fixa dolore perterritum: sociũ cui Cridon nomẽ erat acclamasse: ut spinã euelleret: illũq; cũ in
tentis oculis uix eam uidisset: ac summis unguibus elicuisset: tandẽ his uerbis cũ admiratione sustulis
se q̃ parua quidẽ spina tã robustiũ uirũ domat. Qua causa sapienter Homerus nihil hoĩe imbecillius: E
terrã nutrire asseuerabat. Quod etiã eleganter apud Maronẽ Iupiter declarauit dũ herculẽ pro futura F
palladis morte cõsolatur. Tum genitor natũ dictis affatur amicis: Stat sua cuiq; dies breue, & irrepara
bile tẽpus Omnibus est uitæ: sed famã extẽdere factis: hoc uirtutis opus. Nihil aliud prudentẽ poetam
sensisse credendũ est nisi cõmunẽ humani generis cõditionem ostendere. Idem Horatius pallida mors
æquo pulsat pede: pauperum tabernas regũq; turres: Nulli igit diẽ pferre licet agimur enĩ fatis atq; fa
tum ineuitabile est. Sed ne forte quid erroris in uerbo capiatur nõ hic fatũ secundũ stoicoꝝ morẽ ac
cipit sed per fatũ dei uoluntatẽ itelligo: fato ergo hoc est diuina uolũtate oẽs morimur & humanũ qc
qd est: ut labat necesse est. Nec sua cuiq̃ manet species & aliis alias reparat natura figuras. Nec tantum
hoĩes deficiũt: sed omne quod natũ est. Iuxta illud Crispi: Oĩa orta occidũt: & aucta senescũt. Non ma H
net babylon: mœnibus ortis pensibus tẽplo arceq; mirabilis: Non tiros: astro supba atq; purpura. Non
Chorintus: ære nobilis. Non athenæ omniũ bonaꝝ artiũ iuẽtrices. Nõ Creta cẽtum celeberrima urbi
bus. Nõ Carthago Romani imperii æmula. Oĩa pstrata ac diruta iacẽt: Et alioꝝ paruæ reliquiæ: alio
rum nullũ uestigiũ apparet. Et licet cornix nouẽ sæculis uiuat: eãq; ceruus quadruplo uitæ tẽpore su
peret: uterq; tamẽ suã morte nouit. Fingũt ideo poetæ Saturnũ Celii filiũ: suos natos deuorare: ut sub
hac fictione oĩa tpe cõsumi manifeste demonstrẽt. Tempus enĩ (ut est apud uirgiliũ) edax rerũ: & inui- I
diosa uetustas oĩa destruunt: uitiataq; dentibus æui: paulatim nigra cõsumũt oĩa morte. Sapiẽter itaq; K
Anaxagoras: audita morte filii: nihil inquit mihi inexpertũ: aut nouũ nũtias: ego enĩ illũ natum ex me
sciebã esse mortalẽ. Solon etiã philosophus athenienſis ueniẽs ad mortẽ: & dũ multi amici & attinen L
tes ad eũ cõfluerẽt: præcepit eis ut nullus ipsoꝝ eũ lachrimis honoraret: nec pro eo exequias facerent:
assignans huius rei rationẽ: oĩa quæ secũdũ naturã fiunt habẽda sunt in bonis: qd est autẽ tã secũdum
naturã q̃ mors senibus. Vulgaris eteni illa demẽtia est censenda: dũ parentibus aut liberis proximis co
gnatis aut agnatis notis uel amicis orbamur: lugemus animisq; contristamur: pilos euellimus; palmas:

genasq; percutimus:magnoq; replemus ululatu domũ:& deũ quasi errantẽ accusamus qui tam acerbe
abstulisse uidet quod forte diu putabamus mansurũ.hoc facit animoꝝ ignauia:mentiũ hebetatio at-
q; stultitia quã oberrans.Nec est modus iste nisi quidã amor impatiẽs:ut quæ desiderat:semp inuisi-
se credat.ignorat qppe rectũ iudiciũ:ratione multotiẽs caret:modũq; nescit:neq; aliud põt cogitare q̃
quod diligit.Hic amor nõ accipit de impossibilitate solatiũ:neq; de difficultate remediũ.Etenĩ qd at-
M tinet:ut ait Valerius:humano indulgere dolori:aut,diuino numini iniuriã fieri q; ĩmortalitatẽ suã no
N bis cõptiri noluerit:quasi dicat nõ est aliud lamentari de morte alicuius:nisi inuidere deo qa ꝓsum im
mortalem nõ fecit sicut seipsum.Sed quoniã hæc ita sunt cõstituta ut neq; flecti neq; mutari quæãt:cõ
paremus nos ad ea quæ acciderũt forti aĩo ferẽda:immitemurq; in hoc breuissimo uitæ cursu:& lau-
rentiũ:& reliquos q cũ laude & gloria uixerũt.Ipse enĩ is extitit:ut ab eo ꝓ oẽm uitã peti possint hone-
statis exẽpla.Ná ut ad eũ iã reuertar:cuius gratia hæc habet oratio:plena uirtutis ac doctrinæ illius ꝓ
oẽm ætatẽ moꝝ institutio de quo ita loquor:ut primũ ætas sanctissime ꝓ oĩum officiorũ gradus ex-
acta:tũ q̃moderate:q̃modeste fortunæ bonis:in quibus modũ seruare difficillimũ habet usus fuerit.
A Deinde uirtutes eius a me paucis referant:ut enim ab adolescẽtia ordiamur:educatus est a parẽtibus
optimis:atq; omni laude dignissimis in casta hac religiosa domo:ita ut nulli unq̃ de se maledico locũ
præberet.Habuit enĩ ipse parẽtes tũ ꝓhumanos:atq; honestate & uirtute præstãtes:tũ uero deũ timen
tes:a quibus nihil nisi laudabile piũ castũq; perceperit.Ipse autẽ a natura optime ĩstitutus:industria ac
diligẽtia auxit paternas traditiones:studiis litteraꝝ deditus eã doctrinã sequutus est:quã humanitatis
studia appellamus.Ab his optime eruditus:adolescentiã quæ multis uoluptatũ illecebris studia esse so
let in uirtutis atq; honestatis cõtẽtione collocauit.Erat specimẽ atq; ingeniũ magni futuri cuiusdã ui-
ri quẽ paternas dotes nõ æquatuꝝ:sed & superatuꝝ sperabant.In medio ferme adolescẽtiæ cursu quæ
ætas infesta libidine agitari solet:ut se castũ a uitiis:quæ multos pessundant seruaret lectissimã adole-
scẽtulã uxorẽ duxit:ut sacro cõiugio oẽm labẽ libidini ꝓpulsaret.Quid uero de moribus adolescẽtiæ
dicã? Nulla eius petulantia:nulla lasciuia,nulli luxus:nulla ꝓteruitas:nullæ cõtumeliæ:nullæ iniuriæ
cões illius cogitatiões præferri possunt:nullos effusos sumptus uidimus:nullũ flagitiũ nullum scelus
nullas commessationes nullos cœtus nocturnos:sed ĩtegram uitam:putam: modestam:temperatam-
q; nouimus:oĩum uitiorum culpa & labe uacantẽ.Mirabant oẽs eã adolescẽtis grauitatẽ quæ nec ĩ se-
nibus qdẽ maior esset postulãda,maiores natu summa diligẽtia ꝓsequabat:pudor & cõtinẽtia diuer-
soriũ quoddã in eo feciss uidebant.O adolescẽtia omni cõmẽdatione & beniuolentia cõmẽdãda quã
tum nõnulloꝝ moꝝ ab eiusmodi institutiõe differunt:q si hũc nostrũ ĩmitari uoluissent:melius ꝓfe-
cto & famæ & honori cõsuluissent.At uero posteaq̃ in uiꝝ euasit:nũq̃d paulũ ab ĩstitutæ uitæ cursu
deflexit?nunqd se a uirtute pristina ĩmutauit?minime qdẽ:sed præteritũ tempus maiori laude & præ
stantia cumulauit.Nã primũ patriæ:tũ uero amicis:at familiaribus maxĩe consulebat, habebat enĩ in
B ore diuinã illam Platonis sniam,primũ deo:tum patriæ:demũ amicis nos esse ꝓcreatos.Itaq; quãta re
ligione fuerit:qua pietate(quoniã id pluribus exẽplis patet)nequaq̃ opus narratõe. Sed eorum ego me
præcipue testẽ profiteor:quoꝝ ille secretiora cõmunicabat unã uirtutẽ.Ea est caritas uirtutũ oĩm pa
rens:quã colebat maxĩe.Egenoꝝ domiciliũ erat:ille uiduas:ille pupillos:ille uirgines suis facultatibus
sustentabat:aderat præsto calamitosis:patrociniũ eius non rogari se patiebatur;sed admonere eũ satis
erat.Possem multos referre quoꝝ ille ĩopiæ suis copiis subuenit: neq; enĩ quæ homo optimus occul-
ta esse uolebat sunt a me propalãda.Fugiebat enĩ hoĩm plausus:ne id quod ei uirtus suadeba:ad pom
pam & inanẽ gloriã fieri uideret.Referre possem plurima tẽpla:tũ instaurata:tũ a fundamẽtis cõstru-
cta:uariaq; eccleſiaꝝ ornamẽta:quæ sunt ei cũ fratre præstãtissimo uiro:atq; optio ciue cõmunia:nisi
ea ita oĩbus nota essent:ut ad ea referenda oratio superuacua uideret. Vegꝝ ita excelluit ĩ his ædifican
C dis ornandisq; eorũ deuotio ac magnificẽtia:ut nulli nostræ ætatis uiri cũ illis ualeant cõparari. lã ue-
ro qualis in patriã fuerit ꝓspicuũ ẽ:oẽs suas curas studia:cogitatiões ad illius auctionẽ:cõfirmationẽq;
cõferebat:nihil publici cõmodi ĩ priuatã utilitatẽ deriuabat.sola patriæ salus ante oculos uersabat:tã-
q̃ e specula quadã ꝓspectans ad illius commoda ꝓspiciebat.Itaq; eius ꝓculis ꝓpulsandis erat solertissi
muss.deniq; eã uigilãtiã ac solicitudinẽ ĩ reipu.cura ꝑbebat:ut nemo amãtior patriæ uideret. Neq;,n.
ut plures cõsueuerũt ex publicis calamitatibus ditabatur:sed ut uirũ decet bonũ & patriæ caritas req
rit publica dãna sua esse dicebat:ea cõsulẽs:ea suadẽs: q̃ ad pacẽ & qtẽ publicã ꝓtinebant. nullũ deni-
q; præteribat boni uiri cuiusq; patriæ amantissimi officiũ.ꝓærebat priuatis cõmodis cõem utilitatẽ.
Is erat ei quæstus huberrimus:dignitatẽ atq; amplitudinẽ reip.augere.Inq; ipsius difficillimis tempori
D bus suas fortunas effundere ꝓ illius cõseruatiõe:lã uero q̃s q ignorat qua obseruãtia?quo officio: quo
studio fuerit ĩ amicos?hoc mihi uideor ueriss dicturus nullũ nostræ urbis ciuẽ plures habuis-
se amicos:nullũ obseruasse diligẽtius:nullũ sanctius coluisse.Quod eoꝝ mœsticia declarauit & fletus
q̃ in funere affuerunt.dolent certe maximis incõmodis ob eius ĩteritũ se affectos deflẽtq; ipm sibi ꝓre
ptũ esse unũ:cui nemo ætatis nostræ erat.neq; officio erga beniuolos neq; amore cõparãdus.Erat na-
tura ad amicitiã ꝓpẽsa:erat iucunda eius cõsuetudo:erat humanitas facetiis cõiuncta:erat suauitas lo-
quẽdi:ac sale quodã respersa urbanitas ut quæ ex eius ore ꝓdirẽt & risu cõdita:& serio ꝓlata uideret.
Lætabat cũ quẽpiã aut ornare dignitate poterat:aut iuuare opibus:aut augere honore:aut ab iniuria
tueri.Quapropter plurimi illius amore tenebant & beniuolẽtia.Egregie id qdem uirtutis indicium.

Quid uero beneficia eius in amicos referā:quæ tot tātaq; sunt:ut dies potius mihi in his cōmemorandis q̄ uerba deessent:Id maxīe p̄clarū:q; in cōcedēdo beneficio amicoꝝ desiderio occurrebat. Id referēdo quoq; q̄ accipiēdo ꝑpēsior.quodq; rarū habeō nullis penes eū ad ipetrāda beneficia p̄cibus opus erat.Erat p̄sto quærētibus auxiliū:inuitabat etiā sæpe ut sua liberalitate uti uellēt sine cuiusq; inuidia aut maliuolentia.Sua in me officia exponerē:nisi ad ostētationē ea dici uiderēt:sed scio multotiēs in me beneficiū extitisse nō requisitū:ultroq; multis ī rebus suas copias:atq; opera obtulisse:q̄bus & me usum profiteor cū ei res a me gratissima uideret fieri si beneficiū recepissem.O uirū egregiū:O uitam omni laude cumulatā uereor ne cū sedare mœrorē cupiā in eius laudibus cōmemorādis: recrudescat multoꝝ iā obductū uulnus:q eo magis doloré esse censent:quo maiore uitæ subsidio nudari uideantur.Sed fandi necessitas æqua mēte ferēda est:neq; propterea uir sanctissimus merita laude priuādus: ut & honor debitus eius uirtuti tribuat:& cæteri suo exēplo ad gloriæ curricula inuitent. Plura autē in eum fortuna larga manu cōtulit:ea oīa uidimus ab eo effecta meliora atq; illustriora fuisse: neq; ad fortunæ nutum:sed ad uirtutis normā ministrata.Nā ut a fortunæ meritis incipiā.Natus est in magnificentissima atq; ornatissima totius Italiæ ciuitate.Illam tū publicis:tū priuatis edificiis angustiorē reddidit atq; ornatioré:Ea uero uita:his moribus.ea cōtinētia fuit ut plurimum ex eius uirtute huic urbi dignitatis accesserit atq; ornamēti.Erat ex nobili familia medicoꝝ ac primaria ciuitatis:in centesimū ferme annū amplissimis eius muneribus functa.In qua multi equestris ordinis:plures omni laude insignes uiri summis copiis ac honoribus claruerūt.Patrē habuit eū:quo neq; iustior uir neq; humanior neq; melior quisq̄ neq; carior patriæ ciuis fuit.At nulla in re filius inferior extitit uirtute paterna: sed id egit ꝑ omne uitæ tēpus ut eā sua industria clarioré efficeret atq; huberioré.Opes & diuitias nactus est tantas quātæ in ciue optimo & liberalissimo:& ciuitatis principe reqrunt.His nitidior, clarior, ita modeste ad amplitudinē,ad magnificētiā,atq; egenoꝝ subsidia usus ē.ut nullā ex eis obtrectationem, nullā iuidiā,nullū maledictū,sed laudē cōmēdationē & beniuolētiā oīum cōsequeret:optarētq; hoīes eas sibi perpetuas fore.Magna qdē uirtus ac præclara nō efferri diuitiis,nō labi ultra q̄ ratio postulat, nō insolescere,nō supbire,nō esse iniuriosum.Sapiēter enī scripsit uir sapiētissimus hippocrates:diuitias uitioꝝ magisq̄ uirtutū esse administras.Ad id effecit nostēr laurētius ut his tanq̄ assēclis uirtutum atq; opificibus uteret,nullū eius insolens dictū nullū factū īprudentius nullæ iniuriæ nullæ cōtumeliæ narrari queūt.Ad honesti.n.præscriptū fruebat diuitiis quæ oībus ꝑdessent nocerēt nemini.Corporis dotes exoptatissimas natura tribuit.firmū corpus,ualitudinē integrā,staturā ꝑcerē,faciē liberalē,quæ oīa iudicio rationis parebant.Sūmū in republica locū tenuit in primiores ciuitatis quē cū fortuna aliquādo labefactare uoluit:uirtus postea fortunæ impetū superauit.Adeo dignitati atq; honoribus institutus atq; ampliatus:ut existimari possit illius iniuriā in beneficiū fuisse cōuersam. Hac præstantia modere semp usus ē:ad salutē patriæ:& ciuiū columitatē:nihil aliud cogitās:nisi quo mō posset ꝑdesse q̄ plurimis.Dixi de his quæ fortuita existimant.At uero uirtutes animi quales ī eo fuerint: uita eius:& quottidianus usus ostēdit.Erāt.n.in cōspectu oīum positæ:ita ut nulla pars uitæ esset occulta:sed cū singulæ uirtutes maxime homines exornant & præclaros efficiunt,tū uero ille præcipue: quæ nos inter nos caritate & beniuolētia deuinciunt:quæ eo mortalibus sunt acceptiores:quo maior ex eis utilitas:maiora cōmoda ꝓcipiunt.Etenī prudētia,tēperantia,frugalitas,cōtinētia:reꝝ sciētia illis tantū uideō ꝑdesse : in q̄bus consistūt parū qdē ad alios declinātes.At uero iusticia,liberalitas, humanitas,comitas,munificētia,cōmuni reipublicæ conseruationi:ac p̄sidio accōmodant:iuuantq; q̄plurimos.Nā iusticia ea est uirtus:quæ oēs reliquas cōplectit.Nulla.n.ciuitas:nullus hoīum cætus:nulla societas absq; iusticia potest cōstare diutius.Emolumentū qdē rerūpub.est,& humani diuiniq; iuris conseruatrix,huic ꝓxīmo accedūt:quæ beniuolentiā pariunt:societates contrahūt:amicitias cōseruant:& tanq̄ auxiliū egeno sunt & calamitosis.Nihil est profecto neq; acceptius:neq; quod magis conferat nobis q̄ uir beneficus & liberalis.Itaq; inter cæteras uirtutes liberalitas obtinet principatū.Nā manū porrigit fessis:egenos sustentat:erigit lapsos:omnibus opitulat.Sed est mirum q; raro reperiunt huius uirtutis cultores:sibi enī q̄sq; timens:ac fortunæ uarietatē expaueſcēs ꝓspicit rebus suis & quæ multis accidūt considerans manū cōtrahit estq; in largiendo remissus:sed quo ratior:eo preclarior habēdus est huius uirtutis assector.Verumtamē & superioꝝ uirtutū in laurentio splēdor emicuit:& his maxime claruit.Nā multaꝝ reꝝ doctrinā tantā in eo perspeximus:quātāue hi percipiūt:q studiis litteraꝝ se totos penitus tradiderūt.Prudētia quoq; fuit ac temperantia singulari:nihil agēs quod iure posse improbari uideret.Nā cōtinentiæ uita oīs attulit testimoniū,sed hæ uirtutes uersant tantū iter domesticos parietes.Reliquæ uero in acīē ac certamē publicū prodeunt.In primis iusticia sustentaculū uitæ communis fuit in eo admirabilis.Nō enī solū ut sua cuiq; tribuerent:sed sua etiā aliis cōdonabat:curabatq; ut boni præmio:mali debita pœna efficerent.Sed oībus in rebus æquitatis rationē maxime censuit habendā.Id ius optimū existimans:quod procul ab omni suspitione iniuriæ uideret. Liberalitas quæ uirtus grata est hoībus:præ cæteris sibi præclara ac domestica fuit:ut nemini dubiū sit:qn oēs nostræ ciuitatis uiros maxime anteceſſerit beneficētia & liberalitate:qui nō solū admonitus miserorū fortunæ subueniebat:sed ultro offerebat: quæ multi petere uerebant.Nemo illū frustra rogauit: nemo.n. q rogasset inanis abiit:larga manu opitulabat egētibus:multa corā sed plura secreto erogabat & quæ sæpius palā rogabat ad euitandā ostētationē occulte largiebat.Fuit semp domus sua officina quædā

beneficiorum:calamitoſorum diuerſorium:pauperum domicilium.Ita tamen largiens quæ petebant:
E ut nullā gratiā hoium uellet inire.Iā uero facilitas eius atq; humanitas iure ab oībus laudabat. Nā cū
multis dignitate atq; honoribus anteiret:tamē ſe parē præbebat inferioribus.Nō diuitiæ. nō opes. nō
clientelæ.nō dignitates uel paulo elatiorem hūc egregium reddiderūt.Erat aſpectu gratus: familiari-
tate benignus:iucūdus conſuetudine.non aſpernabat infimos:neminē cōdēnabat:facile aditus ad eū
F erant:comes præcipue ac facetus.Nemo ad eū acceſſit:qn placatus beniuoluſq; abiret.Iam munificen
tiæ opera recēſenda nō ſunt:cū ante oculos hominū uerſent:tēpla eccleſiæ:edificia pluribus ī locis cō-
ſtructa uaria ornamēta diuerſis eccleſiis ad uſum religionis condonata:quæ iccirco enarrare nolui: ne
uidear quæ diuini cultus cauſa facta fuere:ad hoium gratiā uelle referre.His uitæ ornamētis ac uirtu
tibus p̄ditus:nō ſolū priuatorū hominū ſed multoꝝ etiā principū beniuolentiam contraxit.Eugenio
autē ſummo pontifici ita carus fuit ut eius mortē ægerrime ferret:& quod extremū potuit funus eius
ſingulari pompa dehoneſtauit.Nā & ſuis:eccleſiæq; inſignibus decorauit funus.& nepotes ad p̄ſequē-
dū defuncti corpus miſit.neq; ſecus eā mortē tulit ac ſi q̄ſpiā ſui generis ſibi cariſſimus obiiſſet.O uiꝝ
ĩſignē. O deflēdā mortē. Quid.n.huic deerat? qđ optīo homini:ac frugaliſſimo dignū eſſet. Sūma pru
dentia.ſumma religio.ſumma pietas ac continentia.hunc oēs illuſtrabant.uita integra. mores incor-
rupti.ſincera uirtus.ratio.exoptanda cōſuetudo.Qui ita uixit ut ne curioſis quidē oculis dareť occa-
ſio detrahēdi:hūc ueluti ex quodā uirtutū ſacrario nobis datū ſubtraxit mors īmatura atq; inexorabi
lis ſors fatoꝝ.O fortunæ iniquā & inhumanā ſortē:quæ optimos quoſq; uiros decerpere:& de medio
auferre cōtēdat.Quis.n.uir melior noſtro laurētio? quis humanior? quis liberalior? quis uita ſanctior?
quis utilior ciuis? quis amātior patriæ fuit? At ipſum impetus fortunæ ī optimo uitæ curſu abſtulit:&
cū eius opera oībus fructuoſa:amicis magno uſui:ciuitati neceſſaria:patriæ utilis eſſet:patriam opti-
mo defenſore:urbē ciue præſtantiſſimo:nos amico optimo:reliquos optato præſidio ſpoliauit.Erant
uiles permulti in quo fortunæ uis poſſet īpetū facere:at ea ſemp elegit nobiliores ac meliores:neq; qđ
uitæ mortaliū cōducat ſed quid eius libido appetat p̄ īperio aduertit.Sed omittamus fortunæ temeri
tatē & laurētii uirtutū memores:nomē eius cū omni beniuolētia p̄ſequamur.Et cū nihil uirtute p̄cla
rius.nihil amabilius.nihil qđ magis cōſulat rebus noſtris:demus illi nos toto(ut aiunt)aīo:& ī ea exco-
lendo ætatem noſtram & uitæ omne tempus collocemus.Eius.n.ſplendore illuſtrati:primum ex ipſi-
us præceptis uitam agamus:tum mortis metum & formidinem depellamus.Id aſſequemur facilius ſi
laurentii exemplum ante oculos poſuerimus.Tibi autem Carole mimet debitum conſolandi perſol-
ue:ac animaduerte:ut bonus deus:& oīa quæ bonus facit bona ſint neceſſe conuenit:nec arbitreris id
durum quod quenq; aut quibuſcūq; faciendum eſt.Ad hoc enim nec nati ſumus ut maneamus æter-
ni & quippe cum citius accidit hoc arbitreris melius.Nam natura nihil hominibus breuitate uitæ iu-
cundius præſtitit.Quis enim inter anxietatem uagientis ſæculi ærumnaſq; morborū lædentium: nō
magis mortē feſtinā deſiderare deberet:q̄longam ſatis & languidam uita m. Nam dum in mundo ſu-
G mus probamur quottidie in acie:& immemorabiles iræ.auariciæ.libines.aliorumq; uariorum incenti
ua uitiorum nos pertingunt ad ruinam:quæ demū morte finem ſuſcipiunt.In qua(ut ait Cicero in tu-
ſculanis)aut ſummum bonum:aut nullum malum eſſe cognouimus.Nō igitur dolere debemus nec
inuidere ut Ennius uir prudentiſſimus:Nemo me lachrimis decoret inq̄t.nec funera fletu faxit. Nos
igiť ſiquid tale acciderit:ut uelut certe denūtiatū:uideamus ut exeamus e uita læti & agētes gratias pa
reamus.Nam nulla hercle tanta cōmoditas quā ex uita alicuius uel expectare:uel conſequi ualeamus:
quin pluris facere debeamus ipſum eſſe ex tot malis ac periculis uitæ exemptum.Nec tā cumulus bo-
norum iucundus eſſe poteſt:nec ullum tam cōmodum expectandum:q̄ beata diſceſſio. Si enim ſum-
mus ille dies ut ait Cicero & catholica bene ſanxit autoritas non extinctionem ſed cōmutationem af-
fert loci quid optabilius morte? Si autem perimit ac delet omnino ut quibuſdam ſtoicis placet quod
abſurdum eſt ac ratione caret:quid melius q̄ in mediis uitæ laboribus obdormire:& ſomno ſuaui ſo-
piri ſempitærno.Plæriq; etiam philoſophi:uitæ opprobrium attēdētes nihil aliud eſſe inferos uolue-
runt:aut humana corpora q̄ ueluti carceres tenebroſos.horridos.ſordidos & cruore fætidos.q̄bus ani
mæ ſunt incluſæ.Corpus enim ſuo pondere aggrauat animā.Ideo ſolum mali quorū animas in ſe pro
nas fecit corporis uſus:ad ſolutionem corporis perhorreſcunt.& cum illud fieri neceſſe eſt.cū gemitu
& dolore ex hac uita recedūt.Boni autē cū cordis dulcedine deſiderāt ad illū locū aſcēdere ubi beatitu
dine ſempitærna fruātur:ubi illa ſublimia angelorum agmina Sanctus dominus deus ſabaoth clama-
re non ceſſant.ubi lucis iucunditas perpetua diffunditur.ubi excuſſa omni palea granum purū in cor-
dis orreo collocatur.ubi ſol ille nunquā in occaſum tendens:beatorum mentes in amorem diuinita-
A tis accendit.Quæ conſiderans propheta dauid adhuc per ſpeculum in ænygmate:illius boni carpeba-
tur amore:ut uitam iſtam pro tædio habens diceret.Heu mihi quia incolatus meus p̄longatus eſt ni-
mis.Senſerat.n.q̄ dilecta nobis eſſe debeant illa tabernacula domini uirtutum ubi omnes amicti ſunt
ſtolis albis & palmæ in manibus eorum: & ſequuntur agnum quocunq; ierit. Non ergo mi Carole
de magnifici & tam dilecti & merito diligendi fratris tui morte mens tua turbetur:ſed ex intimis cor-
B dis exprimat cū beato Iob.Dominus dedit dominus abſtulit:ſicut domino placuit ita factū eſt:ſit no-
men domini benedimum.Neq; doleas q̄ talem amiſeris:ſed gaudeas q̄ talem habueris: dieſq; ille qui
ab ignorantibus reputatur extremus:per prudentiam tuā æternitatis natalis æſtimetur.Cuius animus

tantarum uirtutum præſidio munitus:de præſenti pelago ad littus q̃etis:de exilio ad patriã:de carcere ad pallacium & ſanctiorem regionem uitamq; beatam fælici radio euolauit:dixi.

Orationes ſcholaſticæ.Et primo in commendationẽ Rectoris uniuerſitatis domini Hertnidi de lapide Laudatiũcula.

On mediocri admiratione pleroſq; motos exiſtimo magnifici & ſpectabiles domini cæteriq; doctiſſimi ac humaniſſimi uiri:cur ĩter tot ſummos uiros ad quos hoc munus ſpectare uidebatur:ego & indoctior & iunior & pene litteratoꝝ numero minimus:q; parũ autoritate:minus dicendi exercitatione ualeo:in hoc ornatiſſimo loco tantaq; præſtantiſſimorũ hominũ frequentia cũctiſq; ſilentibus quaſi temeritate quadã hoc orandi præripuerim officiũ. Verũ &ſi admiratio eorum nõ iniuſta ſit:meam tamẽ excuſationẽ quiſq; nõ minus æquam uelit accipere.Diutiſſime & uſq; quo ualui recuſaui hoc onus meis hũeris & uiribus ſane ĩpar:ſed quo magis renuebã:eo magis inſtatũ eſt a præclariſſimo domino uiro inter cæteros primario qui ĩpræſentiaꝝ adeſt rectore noſtro digniſſimo,huic qcqd poſſum debeo,huic morem me gerere iuſtũ puto.Malui iccirco de mea ſentẽtia deiici:q̃ amicitiæ noſtræ iacturam in me fieri:cũ alter ab altero ꝓ iure noſtro quiduis poſſimus impetrare.Spontanea itaq; ui uictus celeberrimi domini:de ampliſſima humanitate & incredibili pietate ueſtra confidens:auſus ſum uerbum arripere quo hũc noſtrum rectorẽ:hunc noſtræ uniuerſitatis principem Hertnidũ uirum optimũ ac nobis ſemper obſequentiſſimũ perſuadem.Cuius modeſtiſſimam in omni ætate uitam:ſanctiſſimos actarum dierum mores nedum late cõmemorari: ſed ne admirari ſatis poſſum. Verũ ſpectabiles circũ aſſidẽtes uiri:aio cũ iſta mecũ repeto:uideor mirũ in modũ mecum ipſe plaudere & ipſius uirtutibus cõgratulari:quibus ſuã cũ ex phœbis creſceret adornauit uitã: inſtituit mores:regebat actus:ut nihil bono uiro uel dignũ uel utile quod eſſet omitteret. Recenſere ĩpræſentia nõ libuit omnia illa quibus a fortuna dotatus eſt bonis:utputa nobiliſſimum & uetuſtiſſimum equæſtris ordinis genus de lapide cognominatũ:clariſſimam & opulentiſſimã patriã Frãconiã: quæ plerũq; Francia orientalis dicitur:& inter Germaniæ nationes nõ minima. Abũdãtiſſimas opes: neceſſarios & amicos fidiſſimos:formã corporis præſtantẽ:Iuuentutẽ floridã:ſanitatẽ optatam.Quæ omnia fortunæ dona quantũ ad fælicitatẽ cõferũt neminẽ præterit.Maiora tamen longe exiſtimo diuina animi ſui ornamenta: quæ ſua natura:ſua uirtute:ſua induſtria ſibi cõparauit. Adoleſcentiã nãq; ſuam litteris ornare:iuſticia munire:innocentia obſeruare ab ineunte uſq; ætate cõſtituit:atq; his potiſſimum laborare ſtudiis:eaꝝ artiũ uacare præceptis:quibus res familiares:quibus ciuilia negocia regere:diſponere:gubernare poſſit & ualeat.quibus ad utrãq; fortunã cõpararet arma:ut nec fractus caderet:nec elatus intumeſceret.quibus grauia in agendis captaret conſilia:omnemq; inimicam uitaret temeritatem:ut nequid molliter:nequid effœminate:nequid indigne per eum ageretur. Non iniuria ob hoc noſtræ uniuerſitati præpoſitus eſt princeps:ĩmo iure optimo electus eſt digniſſime ad officiũ rectoratus.Quod quia non uulgari gratia:nec alia quadã animi calliditate:uel aſtutia ut plerũq; aſſolet conſecutus ẽ:his mihi nũc eũ libuit affari carminibus.Laus tua:nõ tua fraus:uirtus:nõ copia rerũ Scandere te fecit hoc decus eximiũ.Pollicentur etiam iccirco mihi numina & fauentia ſydera cæli: eũ tali modeſtia:integritate:& ſapiẽtia uniuerſitati noſtræ præfuturum:ut poſteris præfectis rectoribus integritatis quoddã ſpeculũ conſtituat & exemplar.Stringendã in hac parte de eius ſummi uiri laudibus duxi orationẽ:& tandẽ in perſona digniſſimi rectoris noſtri totiuſq; uniuerſitatis te reuerendiſſimũ dominũ & principem noſtrũ apoſtolicæ ſedis legatũ:uoſq; ſummos uiros & magiſtratus obſecro atq; obteſtor:ut quibus ſemp in omnes humanitate:clæmẽtia:auxilio:cõſilio & fauore functi eſtis:his & noſtrũ rectorẽ ueſtri ſemp obſeruantiſſimũ uniuerſitatẽq; ſuã uobis ſemper fideliſſimam proſequi uelitis.quod pro æquiſſima clæmentia & admirabili uirtute ueſtra uos facturos credimus: ſperamus atq; cõfidimus hoc itaq; ueſtro ĩmortali erga nos beneficio mirũ in modũ opinionẽ noſtrã ueſtra de integritate cõfirmabitis:adeoq; ueſtræ nos facietis claritati coniunctos,ut reliquum nil ſit quod a uobis amplius poſtulemus:dixi Gotfridus Lange.

In acceptione dignitatis Rectoratus Oratio.

Votiens ego ipſe mecũ repeto:quãto curarũ aceruo inexplicabiliq; laborum mole autoritas me ueſtra humeros ſummittere coegit patres optimi:nõ eſt qn mẽs ſtupore ſtupeat omniſq; uacillet in corpore uirtus:maxime cũ mihi cõſcius ingeniũ uireſq; meas ad tam præclarã magnificãq; dignitatẽ ueſtra mihi autoritate impoſitã minime cõpræhẽdo ſufficere. nemo quippe ſanæ mentis ignorat maximo ad eam ingenio opus eſſe:ubi tot inter præclaros huius ordinis uiros: quorũ ſapientiam:prudentiam:ſcientiam totus ſtupet orbis:admiraturq; uerſari oportebit.Nec ſane ĩdignũ quid me reor admiſiſſe ſi mox ut decuit ueſtræ me obedientem autoritati non conſtitui.Neminẽ enĩ fugit perneceſſarium eſſe huic uniuerſitati ſanctiſſimæ hominem moribus ingenio ætateq; præſtantem omniq; humano in ſtudio non mediocriter exercitatum præpoſitum iri:quæ a me non modicũ aliena mea ſententia iudicans manum non iniuria parumper mihi uideor detraxiſſe.Sed tandẽ ueſtro incredibili allectus amore ꝓſuaſum mihi habui hoc loco ueſtris me obtemperaſſe ſentẽtiis.Spero nãq; ueſtras in hac re mentes declaraſſe uobis animum non deficere:quo ſatius per eum quem compulſum ad hanc rem habueritis huic ueſtræ uniuerſitati conſultum ſit adiutrices manus imptiri. meaq; in perſona ipſam indefenſam non relinquere.Eius enim tanta fama tanta gloria non apud nos ſolum.

ſed & apud exteros populos eſt, in primiſq; effertur ut laudis eius terminus non orbis ambitu clauda
tur, ſed cælos tranſcendere & ultra uidetur q̃ uerbis ſi proſequi uellem, neſcio ubi initium taceo ſiné
ſumeret oratio. Sed ne rei lucidæ umbrã obiiciã, neue apud ſolis ſplẽdoré facibus utar: modeſtius iudi
E caui de eius laudibus ſilere q̃ tenuiter loq. Supeſt igit̃ pſtantiſſimi pres p̃clariſſimi ciues uoſq; ſchola
res acutiſſimi: de honore hodierno mihi die in actu præſenti impẽſo gratias agere in quo mihi uideor
permaxime deficere. Nõ. n. ſi mihi linguæ cẽtum omq; cẽtum eſſent: ſuppeterent animi erga uos mei
minimã uolũtaté enarrare. Tanta. n. ueſtra ſunt erga me beneficia, ut nec quãtas uolo, poſſim: nec q̃tas
debeo gratias referre: dum tamẽ hos ſpiritus fouet artus: oĩa mea bona: fortunas: uitam denicp ipſam p
quolibet ueſtrũ effundere præſto ero: uoſq; opto ĩcolumes conſeruet: diuitias augeat honores aggeret
deus altiſſimus: qui uiuit trinus & unus per infinita ſæcula benedictus Amẽ.

In repetitione aut ſimili actu ſcholaſtico Præfatio.

F Nimo mecũ ſæpenumero cõſpiciés Reuerẽdiſſimi patres: Spectabilis Rector generoſi mili-
tes: famoſiſſimi doctores: cæteriq; uiri ornatiſſimi: grande mihi onus hodierna die iniunctũ
aĩaduerto: cũ reꝫ agitandaꝫ magnitudini ac utriuſq; iuris diſceptatione omne meũ ĩgeniũ
impar eſſe cõfitear. Nec mihi pſuadere potuerim ubi ſublimius ac difficilius mea potuiſſet diſceptatio
uerſari: q̃ in tãto Reuerẽdiſſimoꝫ patrũ ac doctiſſimoꝫ uiroꝫ cœtu me iuris põtificii nudũ p̃ſenta-
re. Quæná. n. tã affluẽs ac pfunda memoria, tã elegãs ĩgeniũ, ac ſublime ĩ tãtæ rei diſceptatiõe coram
tot p̃ſtãtiſſimis p̃ſentiis ſatis digne ſufficiet? q̃ cũ mihi difficili nedũ ſed difficillimo quodammõ oneri
aſcripſiſſem: ea ſæpenumero ductus ſum opiniõe, ut hoc & laudabile & honeſtiſſimũ ſit munus recu
ſare cõſueuerim alias cẽſueri. Cũ attamẽ ab his mihi delatũ ĩtelligã q̃bus beniuolẽtia & autoritate af-
ficior: eoꝫ iudiciũ meo p̃ferẽdũ arbitratus ſum. Quo ĩ loco cũ nec ĩgeniũ nec ſcire denicp meũ ſuffice
re poſſe cõfidã; oẽm ſpem meã ĩ uos patres Reuerẽdiſſimos collocaui: q̃ p innata uobis manſuetudine
clæmẽtia & benignitate ſoletis hũaniſſimas aures ĩcredibili quadã attẽtiõe accõmodare. Licet. n. ſupe-
riori tpe ſimilẽ locũ diſceptãdi gr̃a p̃ſæpe cõſcenderim, adeo q̃dẽ ut hæc ſit decima publica diſceptatio
& ĩ lectura annis octo uerſatus ſim: quotiẽs tamẽ aĩo repeto quot quales & quãtos ĩde cõcernã aſtãtes
uiros doctiſſimos: & p̃ceptores celeberrimos: nec uideã q̃d tanto cõſpectui dignũ aut elegãtia dicendi
aut ſniaꝫ autoritate a me poſſit afferri ſatis ipſe mihi cõtremiſco. Verebar inſup ſatis ne mihi paꝫ in
hac re cõſuluiſſe iudicetis. Iteꝫ cũ aĩo repeterẽ ſingularẽ audiẽtiũ grauitatẽ: benignã oĩum hũanitatẽ
ingenio meo uires aſſũpſi: cõſtituiq; ſanctius eſſe rẽ hãc mihi difficilẽ ĩ medio tãtoꝫ educi: ut doctior
factus quo ueꝫ & quo ſe uertat error ĩtelligere ualeã. In hoc q̃dẽ p̃lixior mea redderet oratio ſed q̃
A diſceptationi: nõ orationi locus ẽ ad glorioſum p̃liũ cõdeſcẽdo. Doleo uæheméter patres reuerẽdiſſi-
mi uoſq; uiri ĩtegerrimi q̃ ex tãta largitiõe ueſtra nequeã dignas uobis referre gr̃as: q̃d libenter faceré:
ulla ſi occaſio uel facilitas facilis p̃mitteret, ueꝫ ne me ĩgratũ ac ĩmemorem huius ueſtræ liberalitatis
fore exiſtimetis: quas poſſum uobis omnibus ago & habeo gratias. dixi.

Introitu examinis pro recitatione punctorum præfatio.

Anc diẽ celeberrimi patres cuiq; etiã eruditiſſimo ambiguã pauẽdã atq; tremẽdã fore ſæpe-
numero ipſe mecũ tractaui ac dixi. Ea. n. ẽ q̃ librãdos ac pẽdẽdos ancipitis libræ nos gemina
lance ſuſpẽdit. & q̃ ſi male & inepte agaẽ: ignominiã & dedecus: ſi bene & apte: laudẽ gloriam
& honorẽ afferre ſolet. In hũc quoq; locũ intra tãtoꝫ patrũ cõſeſſum nõ paſſim quoſq;: ſed ĩgenioſos
dũtaxat atq; doctiſſimos admitti ſolere exploratũ habeo, eos q̃ppe ſolos doctoralis gradus celſitudinẽ
cõſcẽdere dignos meritoſq; iudicare & approbare cõſueuiſtis. Quo fit ut ego q̃ nõ ſatis doctus nõ ſatis
idoneus: nõ ſatis tandẽ meritus hoc tremẽdũ examẽ ĩtraui: niſi a ſummo oĩum patre luminũ: a quo (iu
xta canonicã Iacobi) omne datũ optimũ & omne donũ p̃fectũ deſcẽdit adiutus ueſtrarũq; humaniſſi-
maꝫ paternitatũ ſuffragiis ſuffultus: hinc cũ laude & honore euadere nõ poſſe me cenſeam. In tã igit̃
arduo tãq; ambiguo examine cõſtitutus tot corã clariſſimis uiris & patribus: illius a quo (ut ait apoſto
lus) omnis noſtra ſufficientia eſt: qui & potens eſt omnem gratiam abundare facere in nobis fauorem
gratiam & benedictionem petam: ueſtras pariter paternitates exorando: ut ſi non tam apte: non tã or-
nate: non tam denicp idonee hæc puncta recitauero q̃ & ſacratiſſimarum legum excellentia: & tanto-
rum patrum dignitas expoſceret: ueniam pro ueſtra ſolita humanitate tribuatis: & imperfectum meũ
ueſtra profundiſſima ſcientia perficiatis. Puncta igitur mihi hoc ſummo ueſperi per paternitates ue-
ſtras aſſignata recitaturus: hunc infradicendis ordinem obſeruatum meꝫri conſtitui. Primum nãq;. ff.
ueteris puncti exordium faciens: rubricam ipſam ſub qua ſituata eſt lex mihi in punctis aſſignata: ad
præcedentes continuabo rubricas: & ſuper ea quæ a ſummatore Azone recitantur referam. Dehinc
propius ad. L. me conuertens: illam diuidam: ſummabo, figurato caſu in terminis litteram legam: no-
tabilia colligam, dehinc quærendo notando & opponendo prout cõmodius ſe offerrẽt: expediã. Quo
puncto a me ſic abſoluto: ad punctũ Codicis me cõuertẽs: illud ſimili abſoluã ordine his a me ſic expli
citis ueſtro me limatiſſimo ac tremendo examini ſubiiciam. Pace itaq; ueſtra ad ea quæ inſtitui: uide
licet ad puncta recitanda progrediar: quæ q̃dẽ utinã mihi & oĩbus q̃ me audituri ſunt bene ſuccedãt.
Venio itaq; ad ipſam. L. imperiũ ſituatã ſub titulo. ff. de iuriſ. o. iudi. p cuius expoſitiõe capio glo. Ru-

brice:quæ quidē diuiditur &ce.Et cōtinuat̄ sic ad præcedentes hæc rubrica:prout in ea super hac rubrica & circa hanc materiam Azo de pluribus quærit.Primo &ce.

In licentia cōcedenda doctorandi cōmemoratio.

I ea laus religiosissime antistes:Magnifici p̄sides:utriusq; uniuersitatis rectores dignissimi: insignes eq̄tes:uosq; uiri celeberrimi huic Alexandro nostro tribuēda esset quā uirtus sua doctrinaq; meret̄:cedendū mihi quidē eēt & ab oratione oīno supsedendū.Nēpe cū uirtus sua mirificis p̄coniis laudū dignissima sit.ego aūt is sum qui nec īgenio nec facultate dicendi nec ullo oratoriæ munere tantæ suæ celebritati satisfacere possim.Si uero sūmū meū in ipsum studiū caritas atq; obseruantia cōsideret̄:nullus adeo iniquus rer̄ æstimator erit qui me nō diiudicet maxime teneri:ut quantū in me sit ipsius laudes efferam nomēq; suum ad sidera tollam.Nā si laudare tenemur clarissimos uiros quos nunq̄ uidimus:sed quos uel audiēdo itelleximus uel legendo cognouimus:quāto fortius illos extollemus qui quottidie nobiscū obuersant̄:qui nobis adūt:qui nos sūmo honore cōplectunt̄:quosq; nos mutuo teneremur facit igit̄ præstātissimi uiri magna huius hominis uirtus ut plura quæ de ipso dicēda essent:necessario p̄termittāt̄.ecōtra aūt magna amicitia ac familiaritas quæ mihi secū est me cōpellit:ut quædā saltē dissērā quæ ad suā laudem decusq; ptineant.Nam si plene ipsum laudare cupiā:laudādū mihi suū genus nobilissimū esset:quod uel antiquitate uel nobilitate nullo uicentino generi cedit:siue paterna siue materna familia requirat̄.Cōmemorandū esset quod uiris p̄stātibus abūdauerit nenia triscineaq; psapia.& nō modo splēdor:sed etiā uetustas utriusq; pēitus ptractāda.Afferendū eēt quoniam parēte natus ēt philosopho clarissimo uiroq; pariter sapientissimo: qui & hippocratis præceptis & Aristotelis disciplinis uir præstantissimus habebat̄.Sed & uis ingenii mei tota succūberet:& ipsius tpis facultas minime patereť.Adest.n.maius īsigniusq; huius nostri tironis præconiū:in quo ingeniū suū uirtusq; cōpræhēdit̄.& siquidē id longe lateq; diffiniā:difficillimū erit.Illud aūt studii sui decus amplissimū quod satis oībus patet recēsere cogor ipsum cū septēnio ciuili iuri operam dedisset.unoq; item anno iura pontificia suscepisset:ab hac amplissima uniuersitate dignum iudicatū esse:qui decretoq; codices explicaret publiceq; iterprætaret̄.Et cū in dies præclarius in hac se exercitatione gereret:optimaq; apud uiros doctissimos opinio de ipso cōciperet̄.cursus sequēti anno sine ullius dissensu cōfirmatus est.& a Venetis principalibus ea mercede exornatus:qua exornari consueuerāt qui eiusmodi interpretationes superiori tpe pertractauerant.Magna quidem sunt hæc disciplinæ suæ testimonia:hoc uero multo maius quod hodierno die omniū ad unū cōsensum de te exhibitum est.Quapropter clarissime uir cum bonū certamē certaueris.cursum cōsūmaueris:in eūq; eueris uirū ut alios iam docere tametsi antea docuisti:audētius possis.autoritate a sacratissimo pōtifice Patauino.d.Randulfo de dandalo mihi tradita:doctoralia in iure ciuili insignia tibi permitto.quæcūq; de his studiis benemeritis cōcedi solent.dās tibi potestatē in iure ciuili magistralē cathedram ascendēdi:legēdi:glosandi:interpretandi. cæteroq; actus doctores exercendi hic & ubiq; locorum.Ad laudem dei nostri omnipotentis Amen.

Ad petendum insignia in iure ciuili Oratio.

E sacrarū legū laudibus excellentia ac dignitate dicere amplissimi patres nūc omittendū censeo.Nam nec ingenii mei parua uis:nec ipsa temporis breuitas tam grandia nūc recensere facile tribuerent.Ad hoc.n.explicandū & maiore ingenio:ampliore dicēdi facundia: ꝑlixioreq; spacio tpis opus ꝑfecto foret.Quænam ingenii magnitudo cōcipet̄ quæ elegātia linguæ explicaret̄ q̄ quātūlibet cōpositā aut longa oratio maximas legū laudes nō solū complecti:sed uix attingere queat? Quis id quod omni laudū genere præstantius est satis laudare possit? Quis rem quæ omnē præcellit ornatū uerbis ualeat exornare? Nullū ꝑfecto laudatorem nullāue laudem ad id satis efficiēdum sufficere posse existimo.Cuncta uero transcēdit q; leges iusticiam coli:& ius suū cuiq; tribui iubent.Sūmū enim in rebus bonū est iusticiam colere & iura sua cuiq; seruare.xii.q.ii.cum deuotissimā.Iusticia nāq; omniū uirtutū domina est & magistra:& maior inter cæteras est uirtutes:in Auctētico ut oēs obediant iudici in principio.Et cūctas uirtutes ipsa secū sola trahit.Ab aliis.n.uirtutibus augeri: & ad maius apparere desiderat:in Auctētico de referenda in parafo pro ea.A me igit̄ īpræsentia hæc sunt silentio prætereunda:ne si rem adeo grandem & supra uires attentare uelim:ī ipso conatu succūbam.Grādes enim materias(ut Hieronymus ait)ingenia parua nō sufferūt.uerū ad id dūtaxat ueniam qd̄ sum postremo dicturus:ad petitionē.s.insigniū sapientiæ ciuilis.Cuius cū ego salubria & diuina aduerterē instituta:me sibi totum dedicare & omne studiū meū ac tempus in ea capescenda cōsumere semp optaui.Quod meū desideriū licet iam aliqua ex parte sit expletū:tamē hoc mihi quoq; restat ut eius insigniar ornamētis:quod & maioribus nostris in alio etiā genere rer̄ factitatū legimus.Nā siqdē ordinē quisq; ꝑfiteri uoluisset:eius sibi tradebant̄ insignia.Sic poetæ lauro.sic militari stigmate milites.sic uictores triūphalibus infulis.sic serui dei in apocalipsi signati in frōtibus.sic tandē omnes illius artis cui se dedicauere:insignibus decorari solent.Sic igit̄ & ego iurisciuilis cui deditus eē uolo insignia:ab hoc almo iurisc̄sultoq; collegio mihi tribui humiliter petā. Abs te igit̄ iurisciuilis interprete Clarissimo domino Catone Sacco tuo in primis nomine:deinde alioq; meorū ꝑmotoq;:quos hic astare concer-

nis me comiciãdum ſupplex expoſtulo. Ad laudẽ oĩpotentis dei omnia qui regnat ꝑ ſæcula. Amẽ. dixi

In tradendis inſignibus Oratio.

Axĩe optarẽ ꝑſtantiſſimi ꝓres ut ea mihi dicẽdi uis idq; tꝑs adeſſet: quo uiri huius clariſſimi ꝑclara merita: ornatiſſimos mores: cumulatiſſimaſq; uirtutes & facile cõmodum in mediũ afferre poſſem. Si. n. hoc mihi daret ut eam oratione q̃ magnitudini rex atq; ſplẽdori cõueniret adhibere poſſem: ſentiretis ꝓfecto doctiſſimi uiri ex ipſa oratiõe q̃q̃ longa nullũ tædiũ nullũue faſtidiũ (qd' orationis lõgitudo generare ſolet) ĩmo magis ſuauitatẽ q̃dam ſũmam ꝑ animi oblectationẽ mẽtibus uſris illabi. Nam huius nobiliſſimi uiri ea ſunt geſta: hi mores: ea merita: ea ſcia ac ꝓbitas: ut de his audire cuiq; iucũdũ eſſe debeat & ſuaue. uex cũ longiori orõni tꝑs breuitas locum ullũ nõ relíquat pauptaſq; ĩgenii mei & exigue uires: celeberrimi iſtius uiri laudes ĩnumeras & facta præclara ſui maiorũq; ſuox nobiliſſimã ſtirpẽ: & ſuſceptas in adoleſcẽtia ãpliſſimas dignitates cõplecti nõ ſatis ſufficiãt: hoc unũ tãtum q̃tum uidelicet ad legalẽ ſapientiã adipiſcendã ĩſudauerit: breuius ut facilius potero: conabor abſoluere. Is itaq; oẽ ſuũ ſtudiũ: oẽm operã ſolicitudinẽ atq; curã: quo ſacratiſſimarũ legum doctrinas ꝓquireret ꝓſequeret & diſceret ita adhibuit: ut ĩ eox numero poſſit facile cõputari: quos in ueteribus hiſtoriis legimus luſtraſſe ꝓuincias: nouos adiſſe populos: maria tráſiſſe: quo eis aliquid ſapiẽtiæ munus ꝓcipere liceret. Sicut Plato Egyptũ: Pythagoras mẽphiticos uates: & Architã Tarantinũ: eáq; horã Italiæ quæ quõdã magna Græcia dicebat laborioſiſſime ꝓgraſſe dicũt. Apolloni um quoq; ſiue illũ magnũ (ut uulgus loq̃tur) ſiue philoſophũ ut Pythagorici dicũt ĩtraſſe Perſas: ptrãſiſſe caucaſum. albanos. ſcitos. maſſagetas opulẽtiſſima Indiæ regna penetraſſe: & ad extremum latiſſimo Phiſon amne tráſmiſſo ꝓueniſſe ad Bragmanas ut Hiareã in throno ſedentẽ aureo audiret docentẽ memoriæ tradit. Is poſtremo ĩueniſſe dicit ubiq; qd' diſceret: & ſemp ꝓficiẽs ſe ſemp melior fieret. Quis uero colẽdiſſimi uiri hunc minus his ut legalẽ ſapiẽtiã ſeqret feciſſe negabit? qs hũc ꝓpari ſtudio oĩa ꝓ ſcia ꝓq; uirtute tẽtaſſe nõ affirmet? Illis nẽpe q tot ꝓ ſcia ſuſcepe labores nõ ĩparẽ merito dixeri. hic náq; ab ipſis teneris ãnis ĩcredibili quodã diſcẽdi ductus ardore pr̃iam. parentes. frẽs. cognatos. natos. amicos. cõciues & agros & cũcta q̃ aut iucũditati aut uoluptati homini eẽ poſſũt ſua ſponte relinquẽs: ab extremis migrare finibus ad ea ſeſe cõtulit loca ubi lr̃is ĩcũbere poſſet. deniq; hũc nõ a patrio domicilio abſentia: nõ ĩteriacẽs lõgitudo terrax: nõ uiax diſcrimĩa: non maris fluctus atq; ꝓcelle ſpumãtes: nõ latronũ ĩſidiæ: nõ tãdẽ illa ꝓicula: qn oĩa ut hãc legalẽ ſapiẽtiã capeſceret: aggrederet: terrere potuerũt. Quinĩmo nihil hox q̃ maximis ĩcõmodis cæteros afficere ſolẽt ueritus: ĩmẽſo quodam amore ſciæ ductus: ſua ſpõte factus ꝓgrinus & exul: ſe oĩbus ꝓiculis ut ſcĩam adipiſceret: expoſuit. Et tãta demũ uirtutis opinio ualuit: ut nulli labori nullis uigiliis nulli ĩcõmodo nulli ꝓceret ſudori: & ſuas ad extremũ ꝓ hac ipſa ſapĩa exinaniret ops. Quas ob res q̃tũ ꝓfecerit q̃tãq; ſciæ hubertatẽ retulerit: hodierna die latiſſime patuit: quoniã ab oĩbus iltis pr̃ibus & dominis nemĩe diſcrepãte fuit merito & laudabiliter approbatus. Quare dilectiſſime frater cũ iã tꝑs quo bonox labox quos ꝓ ſcia ſuſcepiſti glorioſos ac dulces carpas fructus aduenerit: ego te meo ac ꝓmotox tuorũ noĩe legũ doctorem cõſtituo: declaro atq; decerno: & q̃ efflagitaſti ĩ iure ciuili doctrĩalia ĩſignia tibi trado. Librũ. ſ. clauſum & aꝑtũ: birretũ capiti tuo: ãnulũ digito: ac pacis oſculũ. Ille aũt te benedicat q̃ ſemꝑ eſt benedictus. In cuius te noĩe benedico. In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti Amen.

Cum quis in collegium recipitur doctorum Præfatio.

Vã maxĩa erga me ſit bẽiuolẽtia uſra ꝑſtãtiſſimi pr̃es q̃ ſim uobis cariſſimus & q̃ ꝓnus in me ſit animus ueſter & ꝓpterea q̃tũ oĩbus uobis debeã ãpliſſimũ munus qd' mihi hodierna die cõtuliſtis ĩdicat. Quod qdẽ eo magis ac magis æſtimandũ ac magnipẽdendũ puto: quo me ꝑlatũ eẽ uoluiſtis oĩbus aliis: q̃ etſi nobilitate: ĩtegritate mox: grauitate: ĩgenio & legũ ſcĩa ꝑſtẽt: me tamẽ unũ delegiſtis ex oĩbus: & reliq̃s dimiſſis ac ſpretis almo collegio uſro me aggregaſtis: ac ĩ eũ uocaſtis & ĩtroduxiſtis locũ. q q̃ magnus q̃ ꝑcioſus: q̃ ꝑcipuus: q̃ deniq; primarius ſit: qa nec ĩgeniũ nec tꝑs ſuppetũt: & id ꝑterea notiſſimũ ẽ nũc nõ explico. cætera quoq; taceo q̃ gloriæ: ſplẽdori laudũq; uſrarũ cumulo accedere poſſũt. Et ne ĩgratitudĩs uitiũ maximũ ĩcurrã ad gr̃ax uẽio actiões: quas qdẽ ſi ꝓ beneficii magnitudĩe uobis a me ſatis referri poſſe putẽ nõ ſapiã. Eas aũt quas poſſũ dominatiõibus ueſtris gr̃as ago: & illũ deprecor & exoro q̃ ĩ euãgelio ait. Beati miſericordes quoniã miſericordiã conſequẽtur: ut quẽadmodũ mecũ miſericorditer egiſtis: ita & uobiſcũ agat ipſe deus oĩpotẽs. Poſtremo ne quam de me habuiſtis in ullo fallatur opinio. p. v. polliceor me pro uiribus conaturũ: ut is ſim qui & honorem collegio: & uobis omnibus grata procurem: dixi.

In principio alicuius libri legendi præfatio.

A D interprætationẽ iuris ꝑfatiõe aliqua nõ facta ꝓcedẽdũ nõ fore admõuit iuriſcõſultus ĩ. l.
B i. ff. de ori. iu. cuius autoritatẽ ſecutus Bar. ĩ Rubrica. ff. de ac q. hære. ait doctorẽ non debere
ſine ulla ꝑfatiõe libx uel lecturã ĩcipe. Quæ uero ꝑſtãtes uiri dignior ꝑfatio: quodue aptius exordiũ ꝓmitti põt: q̃ ut primũ qdẽ diuinũ poſcamus auxiliũ: quod & apud ueteres factitatũ legimus. Nã ſi qppiam opis facturi fuiſſent: ante oĩa celeſtẽ fauorẽ ꝑcantes deũ ĩuocabant. Vnde apud p-
C ſiũ de hoc inſtituto legit. Vatibus hic mos eſt centũ ſibi poſcere uoces. Centum ora: & linguas is car-
D mine centum. Hinc Ouidius ait. Dii cæptis aſpirate meis. In minimis quoq; rebus diuinum auxilium

implorari debere placuit in Thimeo Platoni. Cuius autoritatem e uestigio Boetius. iii. cõsolationis ĩmitãs inqt: inuocandũ reꝝ omniũ patrẽ: quo prætermisso nullũ rite fundaꝛ exordiũ. Gregorius ẽt de cõse. di. omnis christianus. ad deũ prius cõfugiendũ qui nostræ possit curare animæ passiones: & ante omnia diuini fauoris gratiam postulandũ monet ac p̃cipit. Huic Impator ĩ li. ii. C. de offi. præfec. præto. Afri. Ad oĩa cõsilia oẽsq; actus In noĩe domini nr̃i Iesu christi ꝓgrediꝛ. Idcirco cupiés ego lectionũ mearũ initiũ: ad inuocationẽ honorẽ & laudẽ nom̃inis Iesu christi fieri: qđ quãdo recolo flectere debeo genua saltem cordis. c. decet de ĩmunita. eccle. ipsumq; dominũ Iesũ harũ lectionũ meaꝝ (ut uerbis Boetii utar) p̃rĩcipiũ: uectorẽ: ducẽ: semitã & terminũ fore. Ab eo exordiũ peto q ait. Sine me nihil potestis facere. A quo (iuxta canonicã iacobi: & habeꝛ. i. q. ii. q̃ pio) Oẽ datũ optimũ & oẽ donũ ꝓfectũ est. Vnde elegãter Augustinus ĩ li. de ciuitate dei ait: & habeꝛ. xxvi. q. ii. q sine saluatore salutẽ habere & sine uera sapientia æstimat se prudentẽ fieri posse: nõ sanus: sed æger est: nõ prudẽs: sed stultus ĩ ægritudine assidua laborabit: & ĩ cæcitate stultus & demẽs ꝑmanebit. Apostolus quoq; iacobus dixit. Siqs indiget sapiẽtia postulet a deo q dat oĩbus affluẽter & nõ ĩpropat. oĩs. n. sapientia a domino deo est & cũ eo fuit semp: & ẽ ante eũ Eccle. primo. Cũ igiꝛ desup bona cũcta, pcedãt ad illũ: me atq; meũ uertã sermonẽ: q dixit petite & accipietis: pulsate & apieꝛ uobis. Et in quo (ut dixit apostolus) sunt oẽs thesauri sapiẽtiæ: & scíæ in cuiusq; noĩe cũcta facere debemus: qđ idẽ apostolus p̃cepit dicẽs & héꝛ. xxvi. q. v. nõ licet. Oĩa quæcũq; facitis siue in uerbo siue in ope: oĩa in noĩe domini nr̃i Iesu christi facite. Et dicam cũ Salomone. Da mihi domine sediũ tuaꝝ assistricẽ sapiẽtiam. mitte illam de sede magnitudinis tuæ: ut mecũ sit & mecũ laboret. Et cũ Iudith. Da domine sermonẽ bene sonãtem ĩ os meũ. Et nõ põderatis hũanis demeritis: tua sola clæmẽtia in me tui cælestis irrigui gratiã influas scíæ & eloquentiæ supplẽdo defectũ: augẽdo ĩgenii modulũ: & memoriæ quãtitatẽ: ut possim scripturaꝝ libri p̃sentis quẽ legendũ susceꝑi: ueritatẽ pãdere: errores fugare: nodos soluere: obscura dilucidare: & dubia quẽ admodũ ad doctoris officiũ ꝑtinet declarare. c. i. de reli. & uene. sanc. ut sic cõseruẽ & augmenteꝛ scía: uirtus: & gratia in meipso: & iuxta uerbũ psalmisticũ de uirtute ambulẽ ĩ uirtutẽ de peni. di. i. c. domino sanctã. Ne ĩ numero cõputer ipsoꝝ q ut dicit Innocẽ. in prin. sui operis: multa legũt: sed uacui recedũt: quoniã etsi mente qdẽ intellectũ recipiãt: in cordis tamẽ desideria nõ ponũt: similes illis q ut Hieremias ait: uenerũt aurire aquã & uasa sua uacua reportauerũt: & ideo cõfusi sunt piter & afflicti. Nos ergo ne cõfundamur ꝑiter & affligamur: Innocẽ. præcepta seruemus: & has scripturas & cõstitutiones sacras legẽtes: eaꝝ intellectũ sanũ in uẽtre mentis nr̃æ ꝑcipiamus: coquamus: & frequẽti meditatiõe digeramus ac mẽtis desiderio seruanda cõdamus. Et sic ĩpleaꝛ in nobis qđ egregie legiꝛ ab angelo dictum. Vẽter tuus comedet & uiscera tua ĩplebunꝛ uolumine isto quod ego do tibi. hoc est ut qđ deo autore legimus: mente retineamus & desiderium & intẽtio nostra haꝝ constitutionum nimio sapore completa satientur.

In gratiarum actionibus habendis Oratio.

